PROPERTY OF THE Shelf No. 3515.28

Public Library of the City of Boston

SICUT PATRIBUS SIT DEUS NOBIS
BOSTONIA
CONDITA A.D.
1630.
CIVITATIS REGIMINE DONATA A.D. 1822.

From the Bates Fund.

ISTITUTO STORICO ITALIANO
ISTITUTO STORICO PRUSSIANO

Regesta Chartarum Italiae

* 3515.28
Ad 3

REGESTO DI CAMALDOLI

A CURA DI

ERNESTO LASINIO

VOL. III.

ROMA
ERMANNO LOESCHER & C.°
(W. REGENBERG)

1914

4124
Nu. 13

Bates
Feb. 18, 1906
P
cont

* 3515.28
Vol. 3

REGESTO

DI

CAMALDOLI

PUBBLICATO

DALL'ISTITUTO STORICO ITALIANO

A CURA

DI

ERNESTO LASINIO

ROMA
ERMANNO LOESCHER & C.°
(W. REGENBERG)

1914

DIRITTI RISERVATI

AVVERTENZA

L'incarico di continuare il *Regestum Camaldulense*, che il prof. Schiaparelli insieme col dr. Baldasseroni aveva iniziato nel 1907, venne a me affidato. Già quest'ultimo aveva preparato una parte del materiale col fare gli opportuni estratti delle pergamene sino al 1238; da quell'anno al 1250, termine fissato per la raccolta, continuai io un simile lavoro di preparazione e riempii non poche lacune rimaste, copiando varie pergamene di anni diversi, anteriori al 1238, non ancora trascritte. Queste copie, tutte da me collazionate ad una ad una sugli originali, mi servirono a comporre i regesti, dei quali pure curai le note paleografiche e bibliografiche.

Quanto ai criterii osservati nella loro compilazione, non potevo non seguire quelli dei volumi precedenti; così il regesto venne sempre redatto in forma oggettiva, anche perchè ormai essa è la forma usata dai notari di quella età negli originali, e dove il discorso diretto fu volto in indiretto, furono osservate le regole sintattiche, ricorrendo a note solo nei casi di ambiguità; mantenni, senza alcuna eccezione, la grafia dei nomi propri di persone e di luoghi, anche se grammaticalmente apparivano errati, e abbondai nell'uso delle parentesi tonde, quando si trattò di completare un nome proprio, che il documento indicava colla sola iniziale, oppure quando dovevasi fletterlo e la desinenza n'era incerta.

Il presente volume comprende le carte sino al 1236, ed

è accompagnato dal solito prospetto, che dà i numeri dei regesti corrispondenti a quelli delle carte stesse nello *Spoglio* dell'Archivio di Stato in Firenze; nel quarto pubblicherò le altre carte coll' indice generale, le aggiunte e le correzioni di tutta l'opera.

Pisa, Febbraio 1914.

ERNESTO LASINIO.

ABBREVIAZIONI ADOTTATE NEL TESTO.

a. = annus, i
abb. = abbas, atis
act. = actum, acta
Anc. = Anconitanus, i
Ar. = Aretinus, i; a, ae
archic. = archicancellarius, ii
archid. = archidiaconus, i
archiep. = archiepiscopus, i
archipresb. = archipresbyter, eri

B. (b.) = Beatus, i
b. m. = bonae memoriae
Bon. = Bononiensis, e

Cam. = Camaldulensis; Camalduli
can. = canonicus, i
canc. = cancellarius, ii
Castell. = Castellanus, i
civ. = civitas, atis
cl. = clericus, i
Class. = Classensis, e
com. = communis, e

d. = dicitur
dat. = datum, data
den. = denarius, rii
diac. = diaconus, i
dim. = dimidium, ii
dioc. = diocesis, is

eccl. = ecclesia, ae
ep. = episcopus, i
ex. = exeunte

f. = filius, ii; filia, ae
ff. = filii, orum
Flor. = Florentia, ae; Florentinus, i; a, ae

g. = germanus, i
gg. = germani, orum

imp. = imperator, is; imperium, ii
ind. = indictio, onis
intr. = intrante
iud. = iudex, icis

l. = locus, i
l. d. = loco dicto
lat. = latus, eris
libr. = libra, ae
Liv. = Liviensis, e
Luc. = Lucensis

m. = manus, us
med. = medium, ii
mens. = mensis, is
mon. = monasterium, ii

not. = notarius, ii

ord. = ordinarius

pal. = palatium, ii
ped. = pedes, *misura*
pert. = pertica, ae, *misura*
Pis. = Pisanus, i
pleb. = plebs, bis
pont. = pontificatus, i
pos. = positus, a, um
pot. = potestas, atis
pp. = papa, ae
prep. = prepositus, i
presb. = presbyter, eri

q. = qui, quae, quod
qd. = quondam
q. d. = qui, quae, quod dicitur
q. v. = qui, quae, quod vocatur

Rav. = Ravennatis, e
R. E. = Romana Ecclesia
rect. = rector, is

S. (s.) = sanctus, i; a, ae
sext. = sextariora, sextarius, sextarium, ii
sit. = situs, a, um
S. m. = Signum manus; signa manuum
sol. = solidus, i
spend. = spendibiles, ia
S. R. E. — Sancta Romana Ecclesia
Ss. = Sancti, orum
ss. = subscripsi, it
star. = starius, starium, ii; stariora
subdiac. = subdiaconus, i

t. = testis, is
tab. = tabula, ae, *misura*
torn. = tornatura, ae, *misura*
tt. = testes, ium

v. = vocatus, a, um
ven. = venalis, e
Veron. = Veronensis, e
Vult. = Vulterranus, i

Nota. Con *Summaria* è citato il Regesto del sec. XIII e con *Summaria 1698* l'inventario del Baroncino (cf. vol. I, p. viii). Sono racchiuse tra parentesi quadre le lettere e le parole che non si possono leggere per guasto dell'originale e tra parentesi tonde quelle aggiunte per maggiore chiarezza.

REGESTUM

CAMALDULENSE

Vol. III.

1379. *Arezzo, 24 Gennaio 1201.*

A. MCCI, Innocentio pp. residente, imperio vacante, VIIII kal. febr., ind. IIII. Rodolfinus f. qd. Biççe dominii proprietatis et possessionis iure vendit partim et partim iure donationis inter vivos donat et tradit Guilielme abb. eccl. S. Marie de Pratallia unum campum sit. in plebeio de Bibiena, in l. q. d. Frasseneta: iuxta rivum q. venit a Frasseneta ab I latere, ab alio ipsius eccl. S. Marie et a superiori, ab inferiori vero Martini Blanci. Confitetur se recepisse pretium, XLVI sol. den. Investitorem tradit, q. eum in predicti campi possessionem mittat. Pena dupli. Iohannem, Dominicum Aritium et Guilielminum rogat tt. Act. in civ. Arit., in eccl. S. Iuliani. Machabeus not.

Originale.

1380. *Arezzo, 14 Febbraio 1201.*

A. MCCI, Innocentio pp. residente, imperio vacante, XVI kal. mar., ind. quarta. Basta f. qd. Iannis Piatti de Marcena vendit et tradit presb. Raneri, suo fratri, eccl. S. Marie de Pratallia nomine recipienti, duas petiolas terre sit. Marcene, una(m) in l. q. d. ad Puteum: iuxta (terram) Guidonis ab uno latere, ab alio Sinibaldi Pecialini, a tertio Ciuffi, fossatus est medius, a quarto eiusdem presb. Raneri et filiorum qd. Rodolfini de Matrignano; aliam ad Gavinam, olivum videlicet de Gavina, cum terra VI brachiorum circa olivum, ea parte qua dare eam potest, et est ipsa olivus iuxta terram Ugolinelli; via est in medio. Confitetur se suscepisse pretium, XX sol. den., et eum in possessionem mittit. Pena dupli. Ubertinum, Pepum et Ranerium rogat tt. Act. in civit. Arit., post casam Machabei not. Eodem die et in civitate eadem, ante ipsius Baste casam, in presentia eorumdem testium, Donçella Baste venditoris uxor venditioni consentit. Machabeus not.

Originale.

1381. *Arezzo, 28 Aprile 1201.*

In presentia Aguratii, Manentis, Primicerii olim Greci et aliorum, Ubertinus f. Tramunti promisit dare Benedicto priori eccl. S. Quirici suisque successoribus c sol., si amplius moveret litem aliquam et faceret ei aut suis successoribus de XL sol., quos ab eo pro quadam fideiussione pro priore Cam. petebat pro X sol., quos inde recepit ex laudo, ex voluntate sua et dicti prioris, ab Orlando, comunis Aritii iudice, facto. Act. in civit. Aretina, in domo Guillielmi potestatis Aret. A. MCCI, IIII kal. madii, post obitum Henrici imp. imperio vacante, Innocentio pp. residente, ind. IIII^a^. Omnebonus not.

Originale.

1382. *Bologna, 2 Agosto 1201.*

A. MCCI, nullo imperatore Romano modo vivo, quarto non. aug., ind. quarta. Arardus Codagnelli vendit et tradit Sanson maiori eccl. S. Marie Cam. Bon., recipienti pro Martino priore cenobii de Cam., si proprium, est in perpetuum, si vero conditicium, unde pertinuerit, unam clausuram terre et vinee, q. est in Cerrola, cum ingressu et egressu suo usque in viam. Confines: a mane Ugicio Triaca, a sero strata publica et quod tenent heredes Artenisii, a meridie clausura, quam Calanchinus dederat Cam., de suptus via publica. Pro pretio C et L libr. Bon. toto soluto. Pena dupli. Act. Bononie, in hora S. Stephani. Prenominatus venditor scribere rogavit et confessus fuit se bene esse etatis XXV annorum et plurium. Testes: Bene Recorzetti et Ubertinus Iohannis Rodaldi et Calanchettus et Bonus Iohannes Bataioli et Ungarellus Cessabovis, et in predictorum testium presentia promisit Arardus, pro se et pro suis heredibus, sub pena dupli predicti pretii, quod ipse faceret emptorem vel priorem vel eius successores certum quod hec res non esset obligata pignori fratri suo, q. dicebat eam esse sibi obligatam, et quod ostenderet hoc ei per scripturam manu tabellionis factam infra unum mensem postquam peteret, et, si certificare non posset, quod daret ei de hoc bonum et idoneum receptorem, q. principaliter se obligando, adsensum emptoris vel prioris, conservaret eos eorumque successores in hoc per omnia indempnes, aut liceat emptori tanto tempore tenere XXV libr. Bon. de pretio huius rei, donec hec res sit liberata de predictis XXV libr. Bon. a fratre eiusdem Arardi, et quod ipse daret emptori vel eius successoribus omnem cartam, quantumque ipse haberet, factam de predicta re vel exemplum, vel faceret ei successorive copiam de ea carta vel cartis, ad comune Bononie quandocumque emptori vel eius fratribus et successoribus expediret.

Et ibidem, in eorumdem presentia, Aiclina uxor eiusdem Arardi, q. fuit confessa se esse etatis xxv annorum et plurium, presens et consentiens predicte venditioni, certiorata eamdem clausuram sibi pro dote suis esse obligatam, remisit Arardo suo viro id suum ius ypothecarum, quod ipsa in hac re pro dote eius habebat vel esset habitura. Pena dupli predicti pretii. Insuper Arardus promisit, sub predicta pena, quod faceret suam uxorem confiteri de hac renuntiatione eamque confirmare hinc ad biennium finitum infra octo dies postquam emptor vel eius fratres successoresve postularent. Martinus palatinus not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

1383. *Bologna, 27 Agosto 1201.*

A. MCCI, quinto die ex. aug., ind. IIII. Testes: Caciavillanus legum doctor, Rodaldinus Iohannis Rodaldi et Rolandinus Batiferri. Arardus Codagnelli pro se et pro suis heredibus promisit, sub pena mille sol. Bon. et sub obligatione bonorum suorum, Sanson maiori eccl. S. Marie de Cam. Bon., recipienti pro eadem eccl. et pro cenobio de Cam., quod hinc ad id tempus, quod continetur in ea caucione scripta per manum Bertrami not.[1] de possessione eius Arardi, que est adspis[2], deque aliis bonis eius pro debito quod fratri suo debet xxv libr. Bon., liberaret eam clausuram, quam ipse Arardus eidem Sanson vendiderat[3], ab ea obligatione xxv libr. Bon. Itaque Sanson vel eius successores nullum dampnum nullumque gravamen ob eam obligationem incurrere(n)t aliquo modo vel tempore. Act. in curia S. Stephani. Martinus palatinus not.

Originale. Si conserva unito alla perg. 1201, Agosto 2.

[1] *Documento perduto?* [2] *Così ha l'orig.* [3] *Cf. il reg. precedente.*

1384. *Bologna, 24 Dicembre 1201.*

A. MCCI, nono kal. ian., ind. IIII. Testes: Bonavolta Guidotti Petriboni et Zangarellus pistor et Guilielmus Teutonicus et Aldrevandinus de Campezo et Guido de Zapulino. Iohannes f. qd. Bonizi et Ottoverine de Partignano optulit se ipsum cum omnibus suis bonis et actionibus, conversionis nomine, in manus Angeli de Gozolo monachi mon. Cam., recipientis eumdem Iohannem pro converso, procuratorio nomine pro Martino priore eiusdem mon. et pro Sanson maiore eccl. S. Marie de Cam. Bononie et pro toto conventu et fraternitate cenobii de Cam. Pena: x libr. Bon. Act. Bononie, in hora S. Stephani. Martinus palatinus not.

Originale.

1385. *Anagni, 6 Febbraio 1202.*

« Innocentius papa III^us mandat ep. Aretino, ut privilegia Cam. eccl. a se ipso vel ab aliis suis predecessoribus data et ipse conservet et fatiat a suis subditis conservari. Dat. Anagnie, VIII° id. febr., pont. eius a. IIII° ».

Summaria, c. CCXXVI, n. 1. Mittarelli, IV, 190 cit.

1386. *Arezzo, 11 Marzo 1202.*

A. MCCII, ind. V^ta, V^to id. mar., imperio vacante, residente pp. Innocentio. Aldebrandinus Azi inter vivos donat, concedit et offert heremo Cam. et Phylippo priori S. Michaelis, recipienti vice eiusdem eccl. et Martini prioris Cam., medietatem unius vineę, pos. in plano Aret. civit. in avocabulo Vitartale: iuxta vineam Rogerii Raveduti ab uno latere, ab alio Bastardi et Ugolini iam Piatti[1] et iuxta terram Blanci pelliciarii et viam; et medietatem unius petie terre pos. in avocabulo Vepre, VIIII star.: iuxta terram Artini et filiorum Rolandini de Duomo, et iuxta viam et Rolandini Berte et Mariani de Motetino filiorum et Manni de Tegoleto. Investitorem dedit, et confessus est se accepisse et accipere debere meritum secundum legem. Pena: XX libr. den. Act. in eccl. S. Michaelis Aret. civit. S. m. Biccus, Aparitius et Aldebrandinus de Cortolopone tt. Phylippus not.

Originale. Summaria, c. CI, n. 3.

[1] *Corretto da* pitti *col segno d'abbreviazione su* p; *la* a *nell'interlineo.*

1387. *Arezzo, 19 Marzo 1202.*

A. MCCII, ind. V^a, XIIII^mo kal. apr., imperio vacante, residente pp. Innocentio. Munaldus f. qd. Tiniosi de Clarentana donat pure et absolute tradit Martino priori Cam. et heremo et Phylippo priori eccl. S. Michaelis sit. Aritii, recipienti vice heremitarum Cam., duas petias terre pos. in comitatu Aretino, in plano Castellionis Aret. in combarbiis de Meletolo, quattuor star. Quibus petiis coheret terra Gionte[1] et Petri Carbonciuculi ab uno latere, ab alio Rainerii Setembrine, a tertio Rodulfini Bocencii et via a quarto. Pena: X libr. den. Act. in claustro S. Michaelis Aret. civit. S. m. Benguarnitus f. Tebaldi comitis, Leonardus f. Benenati et Rainaldus f. olim Crescentie tt. Philippus not.

Originale. Summaria, c. CII v., n. 1.

[1] *Corretto da* giogne *col segno d'abbreviazione su* o

1388. *Marzo, 1202.*

« Christoforus et Patricia uxor eius et Berta eius mater, nomine donationis, oblationis et iudicationis, in perpetuum

dederunt donno Martino priori Cam., recipienti pro ipsa domo, totum suum ius et podere, q. habebant ultra Sova et citra Ginesoli, ubicunque fuerit inventum, et in predicto confinio et in populo S. Marie de Partina vel territorio, pro pretio sol. c Pis. Sub a. Domini M°CC°II°, mense mar. Carta manu Iohannis not. ».

Summaria, c. XXX, n. 3.

1389. *Rivocavo, 13 Maggio 1202.*

A. MCCII, tempore Innocentii pp., nullo imperatore esistente, die tertiodecimo maii, ind. v, in eccl. Rivocavi. Berardus dat et offert se per conversum et integrum mobilium et immobilium dat, cedit, transfert atque transactat Guigelmo, abb. mon. S. Marie in Pretalia, acceptori pro eccl. Rivocavi, et successoribus in perpetuum et refutat proprietate(m) et omnium legum auxilium et promittit obedire et observare precepta eius et successorum. Pena: auri uncie due. Guigelmus cum consensu fratrum suorum predicte eccl. Rivocavi promittit Berardo et eius uxori Clarite dare victu(m) et vestimenta omnibus diebus eorum vite, et insuper eis concedit integra(m) parte(m) eorum de molandinis et gualkera(m) et eorum massaraticum; post eorum hobitum revertatur in predicta eccl. Rivocavi, cuius est ius et proprietas. Et ita promisit agere iamdictus Berardus. Iulianus tab. In presentia testium Patrimazoni, Dominici eius f., Zauli de Berta, Girardini Guidonis Regis.

Originale.

1390. *21 Giugno 1202.*

« Mainetus f. olim Spalle per se suosque heredes in perpetuum vendidit donno Benedicto, priori S. Quirici, recipienti nomine ipsius eccl., unam petiam terre vineate, pos. in podio S. Quirici: iuxta viam publicam a duobus lateribus et vineam dicte eccl.; pro pretio sol. L. Sub a. Domini M°CC°II°, XI° kal. iul. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CLXXIIII v., n. 4.

1391. *Santa Colomba (Montefeltro), Giugno 1202.*

A. MCCII, nullo imperatore Romano imperio astante, iun., ind. III[1], Innocentius pp., in plebe S. Petri a Missa. Tibertus f. qd. Clemendinus de la Petiol(a) vendit, tradit et concedit Iacobus priore de eccl. S. Iohannis inter Anbas Paras et eius successoribus in perpetuum medium mansum unum, q. fuit de Lanfredi, in pleberio S. Petri a Missa cum omnibus finibus et pertinentiis, propter dannum et malefitia, q. fecerunt is et filii eccl. in plebe S. Mar-

tino; quod dannum estimatum fuit plus de sexsaginta libr. den. Pena: duplum. Act. at S. Columba. Investitor Tebaldus villicus. Rodulfo de Revalparie, Iacobus de Tignosi, Girardus de Montevetulo, Angelo Rufo tt. Bonafides not.

Originale.

[1] *Nel 1202 correva l'ind. V.*

1392. *Arezzo, 26 Luglio 1202.*

[A. M]CCII, ind. V^a^, VII° kal. aug., imperio vacante, residente pp. Innocentio. Bonushospes f. Ranucii[1] Petri Fantini olim et Donisia uxor eius donant inter vivos et offerunt Martino priori Cam., recipienti vice heremitarum Cam., petiam unam terrę et olivetum unum pos. in plano Aret. civit.: prope eccl. S. Thome in avocabulo ad S. Thome iuxta viam et iuxta terram Guidonis Gisalberti et Mathei de Vilalba et Siccamora. Meritum, centuplum et vitam ęternam. Investitorem dederunt. Pena: duplum. Act. in eccl. S. Petri in Picculo Aret. civit. S. m. Rainerius Berge, Matheus f. Rolandi Bracani et Azo tt. Philippus not.

Originale. Summaria, c. LXXXXII v., n. 1. Cf. i regg. nn. 1401 e 1426.

[1] *L'orig. ha* oranucii *con la* o *espunta.*

1393. *Pantaneto, Luglio 1202.*

A. MCCII, iul., ind. V, Phylippo regnante. Sobilia olim uxor Çagni de Piero Teoçi Ingoli de Planettole, pro sustentamento filiorum, vendit, tradit et concedit eccl. heremi Cam., per manum Guidonis prioris eccl. de Planettole, terram et aquibolum in vocabulo S. Vitalis, que sit oportuna ad molendinum et ad hedifitium molendini, pos. a la Ripa, et, si antea illud molendinum permutabitur in illo territorio, dat potestatem et licentiam conducendi aquam ad ipsum molendinum per terram suam, ubicumque est, in vocabulo illo. Pretium recepit, XXVIII sol. Pena dupli. Et si aliqua persona inrumpere temptaverit, heremus habeat potestatem in toto quarto, quod sibi competit de bonis q. fuerunt suprascripti viri sui Çagne, lucrando ea donec predictam venditionem ei quietaverit. Act. in foro Pantaneti. Testes: Caciato de Verraçano, Rainaldello Anglaris, Boso Verraçani investus et testis; et Buiolus hoc recepit simul cum Guido suprascripto pro mon. Iohannes not.

Originale. Summaria, c. CXI v., n. 1.

1394. *Subiaco, 14 Agosto 1202.*

« Innocentius papa III^us^ mandat ep. et preposito Flor., quod questionem de decimis et quibusdam aliis motam ab abb. Vallum-

brose determinet, appellatione remota. Dat. apud mon. Sublacense, XIX° kal. sept., pont. eius a. V° ».

Summaria, c. CCXXVIII v., n. 6. Mittarelli, IV, 190 cit.

1395. *Camaldoli, Settembre 1202.*

A. MCCII, pp. Innocentium residente, sept., ind. v. Verotto et Bonfiliolo per se et per uxorem Verotti et per eorum filios et heredes, cum data parabola patri eorum Morando, donant et dant heremo Cam. et priori Martino totum terrenum, quod habent d Albarini a Ssufulone, et sicut trait via da Monte Cornio a la Saiola ritto a Monte del Porri et ritto a la Cruce a Focaiole, et sicut trait via de Soci a Barbarini, et est in commitatu Aretino, in plebe S. Marie, sito Partina in suprascripto circuitu. Meritum recipiunt, sacrificium et elemosinam et beneficium eiusdem eccl. Pena dupli. Act. Camaldolis. S. m. Morandi et Verotti et Bonfiliolo. S. m. maister Boncompagno et Mainetto f. Boinsingne et Ioanni de Angna et Martino Castellano tt. Ioanne not.

Originale. Summaria, c. XI, n. 5.

1396. *Verona, 21 Ottobre 1202.*

A. MCCII, ind. quinta, die XI ex. oct., in eccl. S. Felicitatis. In presentia abatis Gregorii Insule, Drudonis, Martini, Açonis conversi, Erigoli, Martini de domna Data, Iacobini f. Isnardi macelatoris, Omodei de Broilo, Çeche pistoris, presb. Ivonis, presb. Bonitemporis, Osbergini sartoris et aliorum tt. Iacobinus de Biço, Isnardus iudex, Adaminus de Bella, Tempradinus et Capa dant, concedunt et offerunt inter vivos inrevocabiliter priori M(artino) Cam., recipienti vice heremi Cam., locum pro eccl. edificandam, secundum quod domus lignea ibi edificata est, in Avesa. Conditiones: mortuo priore ipsius loci, prior Cam. habeat consilium fratrum ipsius loci per se vel per nuncium; et si fratres sunt concordes, omnes vel maior pars, de alico monachorum ipsius loci, prior vel eius nuncius eligat eum et confirmet, alioquin prior mittat de conventu et preponat bonum et honestum; preposito autem priore non removeatur a priore Cam., nisi malus fuerit; liceat autem priori illius loci monachare et conversare convenientes et utiles illi domui, cum consilio tamen fratrum ibi deservientium, et facta professione et obedientia priori et conventui Cam., quicumque ibi monachabuntur vel conversabuntur, faciant professionem et obedientiam conventui et priori Cam., secundum consuetudinem conventus, nec removea(n)tur a priore nisi pro prelatione vel malitia, nec debeat prior Cam. convendere vel alienare tesauros et possessiones vel auferre ipsius loci. Act. in civit.

Verone; duo vel tria brevia in uno tenore scripta sunt. Bonetus not.

Originale. Altro esemplare che sembra una copia contemporanea. Copia del sec. XIII di Ugolinus de Anconella iud. et not., *che segue ad altra copia del doc. 21 Febbraio 1210; cf. il reg. n. 1468. Summaria, c. CLXXXXVI v., n. 1. Mittarelli IV, App.* 247, *n. CLIII, colla data* die II ex. ott.

1397. *Camprena, Ottobre 1202.*

Breve recordationis securitatis ac firmitatis, qualiter factum est loco Camprene, in presentia abb. et Marco et presb. Teuço et presb. Mafelio et Orlandini Rodolfini et Ioanni Nerbotti et Riciardo et Iubetto et Mafelio de Spinacio et Vitali et Beneintende et aliorum plurium. Raneri de Gressa et Ingolo, cognita veritate ex utraque parte per bonos idoneos testes, commandarunt et finierunt et quietarunt omne litidium et querimoniam et contraversiam « inter Cam. domus et Aldino de Salçole et filiis suis de quidam omminibus de Camprena et Sorasa, q. unusquisque abeat suum fictum et domando et alogamento per medium omni tempore imperpetuum ». Pena: decem libr. in manu potestatis. S. m. Aldibrandini et Ugolini f. eius, q. parabolam dederunt in hoc scripto, in presentia Morandi vesconte receptore viedomno priore. Act. a. MCCII, pp. Innocentium residente, oct., ind. v. Ioannes not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

1398. *(Camprena?), Ottobre 1202.*

« Aldinus de Salçole cum filiis suis promisit per se suosque heredes in perpetuum Cam. heremo nullam inferre molestiam super possessione et redditibus hominum de Camprena et Sorasa, recepta sua portione fictus sibi debiti. Sub a. Domini M°CC°II°, oct. Carta manu Iohannis not. ».

Summaria, c. LXVI, n. 2. Cf. il reg. precedente.

1399. *Forlì, 1 Novembre 1202.*

A. MCCII, tempore Innocentii pp. et imperatore non existente, ind. quinta, die primo nov., in Forlivio, in domo ep. Iohannes s. Liviensis eccl. ep., presente et consentiente Drudone Liv. archidiac., per pactum in annis centum ad renovandum, concedit, largitur et confirmat Martino priori Cam. conventus duas tornaturias terre pos. in Casale, territorio Liv. et plebe S. Martini cum omnibus sibi pertinentibus ad eccl. ibi libere hedificandum, sub pensione omni anno in mense mar. vel infra indictionem illius anni duodecim den. Rav. tantum, et si quo in tempore Peppus vel eius liberi plus darent vel relinquerent predicto priori

de possessione ibi iuxta, sub hac pensione et concessione, libere remaneat iure patronatus eidem priori remisso. Tempore innovationis is ipse (Iohannes ep.) vel sui successores renovabunt, recepta ea mercede, q. priori Cam., qui tunc fuerit, placuerit tantum et non plus. Et quandocumque sui canonici invitati fuerint ad aliquam sepulturam ipsius eccl., debeat ipsos recipere cum honore et reverentia, et paramenta, q. ibi habuerit, eis prestare pro officio celebrando, et totum officium cum ultima missa et eius misse oblationibus sit canonicorum, sed liceat fratribus (Cam.) missas quot voluerint ante ultimam missam canere et earum oblationes habere; sed tunc quando ita convenerint pro defuncto, debeant canonici maiora loca in choro eccl. optinere, nec predictus prior nec eius confratres debeant crucem illius loci portare per civitatem nec per burgos. Et si que possessiones de plebe S. Crucis ad eumdem priorem pervenerint, quas propriis manibus vel sumptibus laboraverit, de his decimas prestare non debeat; in aliis vero decimis eiusdem plebis intromittere non debeat et possessiones canonicorum scienter non recipiet, et si eas receperit et de eorum iure esse postea cognoverit, eas ipsis restituet; et si alique possessiones ei evenerint de plebibus S. Mercurialis, S. Martini et S. Laurentii, nisi de illis, q. propriis manibus vel eius amicorum pro domo (Cam.) laboraverit, sibi et suis successoribus medietatem decimarum solvere debeat, si que eius domui evenerint; et si excomunicationem vel interdictum speciale vel generale (predictus ep.) fecerit, illa sicut alii clerici observare teneatur, et si quis parochianorum in vita vel in morte domui Cam. se tradere voluerit, debeat per priorem ipsum admoneri, ut sibi et suis successoribus de testamento honorifice, ut decet pontificem, relinquere. Pena unius libre auri, hinc inde promisse ad invicem. A Bonomartino Liv. not. scripta. In presentia abb. Insulani et prioris Faraçani, Argoliosi Forliv. potestatis, Nicholai iudicis, Upicini, Petri Auliverii, Boccacii not., Ugonis not. et aliorum plurium tt.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVI v., n. 3. Mittarelli, IV, App. 249, n. CLIV.

1400. *(Bologna), 26 Novembre 1202.*

A. MCCII, nullo imperatore in Ytalia existente, V die ex. nov., ind. V. Iacobus de Tuscis omnes res suas et possessiones inter heredes, legatarios atque fideicommissarios suos dividere atque ultime voluntatis iudicium, testamentum per nuncupationem faciens, declarare vult. In primis itaque vult quod dentur CCC libr. Bon. in restitutione usurarum, quas accepit, et super hac re-

stitutione facienda et in sui testamenti legata distribuendo suos commissarios constituit priorem domus Cam., Albertum Guidotti de Maio, Ugolinum de Munso, Henrigittum Gerardi Taudesci et Gerardinum. Si quid vero de his (ccc libr.) residuum fuerit, cum c libr. Bon., quas pro anima sua relinquit, ut inferius patefecerit, dispendant. Cam. eccl. relinquit partem suam terre et nemoris, quam pro indiviso habet cum nepote Ioseph ibi prope, et apud eamdem eccl. vult quod corpus suum sepeliatur; ibidem dari unum bonum pallium, de predictis c libr. emptum et super corpus suum deferendum, de quo clerici eiusdem eccl. vult quod faciant unam planetam, et insuper eisdem dari vult calicem unum argent., quem habet, ut cum eo assidue missam decantent; arma sua, videlicet osbergum, ganberie, elmum, scutum et sela, vult quod per Ruffinum de Burgonovo mittantur ultra mare et apud hospitale S. Iohannis deponantur et sint hospitalis. Item vult quod uxor sua cum commissariis det tantum panis et vini cum aliis necessariis uni homini unde possit ire et per unius anni spatium stare ultra mare pro eo quia illuc se proposuerat iturum. [*Seguono altre* dispositiones pro ecclesiis et hospitalibus, *di cui si fa l'enumerazione,* et pro sorori, uxori, filio, filiabus ceterisque propinquis]. Act. in domo predicti testatoris. Iulianus Henrigitti Buscitti, Gerardus Spelta, Bonus Bolonius Arardi, Bulgarinus de Birulfis[1], Montanarius Guidonis Ungarelli, Balduinus de Viscontis, Marhisius sartus, Ugolinus Munsi, Henrigittus Gerardi Taudesci, Gerardinus et Manuellus tt. Leo imp. Henrici auctoritate tabellio.

Originale.

[1] *L'orig. ha* Birulfi *con un segno d'abbreviazione sull'ultimo* i

1401. *Arezzo, 16 Gennaio 1203.*

A. MCCIII[1], ind. VI, XVII kal. febr., imperio vacante, residente pp. Innocentio. Bonoste f. olim Ranucii Petri Fantini et Donisia uxor eius donant inter vivos, tradunt et concedunt Martino priori Cam. et Gerardo vicario eiusdem, recipientibus nomine eccl. S. Salvatoris de Cam., quicquid habent a vinea Rolandi Nicole usque ad murum vetus civit. Aret., tam extra murum novum civit. quam intra murum, in terris et vineis. Meritum confitentur accepisse secundum legem; investitorem dederunt. Pena dupli. Act. in eccl. S. Petri in Picculo Aret. civit. S. m.: Cesarius f. olim Rainerii, Vivianus et Azo tt. Phylippus not.

Originale. Nello Spoglio: 1204, Gennaio 16. *Mittarelli, IV, 202 cit. Cf. i regg. nn. 1392 e 1426.*

[1] *L'orig. ha* MCCIIII *con l'ultimo* I *espunto.*

1402. *Bibbiena, Gennaio 1203.*

A. MCC[III], pp. Innocentio, [ia]n., ind. VI[1]. Aliotto de Serra vendit, dat, tradit, donat, iudicat, offert et transfert de suo iure in ius et dominium eccl. S. Mari(e) de Pratalgla et ab. et suis successoribus Brunitto et Guirto de Frasineta cum totum illud q. ipsi teneunt a se et totum servitium q. sibi faciebant et debebant facere annualiter et a mulier et a suis filiis et heredibus in perpetuum in commitatu Aretino, in plebe S. Ipoliti, sito Biblena in suprascripto loco. Marco camerario receptore vice ab. manumvestitore(m) dedit, q. eum in tenimentum misisset, et de venditam recepit benedictionem de eorum aure, et de donationem meritum, orationem, elemosinam, sacrificium, besicium[2] eiusdem eccl. Pena: duplum. Act. in foro de Biblena. S. m. Aliotti. S. m. Burcio, Dadeo, Boncambio et presb. de Contra tt. Ioannes not.

Originale. Nello Spoglio: Sec. XII, n. 7.

[1] *Datazione corrosa. Cf. il reg. n. 1406.* [2] *Così ha l'orig.*

1403. *Arezzo, 13 Febbraio 1203.*

Cum lis et controversia verteretur inter magistrum Bonumamicum nomine eccl. S. Salvatoris, ex una parte, et abbatem de Vergarita nomine eccl. S. Angeli, ex altera — que talis erat: dicebat Bonamicus quod domus Boniacorsi, domus Savię, domus Baronci, domus Riccomanni et domus Frere pertinebant ad eccl. S. Salvatoris in omnibus; abb. e contra dicebat dictas domos ad eccl. S. Angeli pertinere, et insuper reppetebat a dicto Bonoamico utramque domum filii Ugolini Malpecçi et domum Sereni et domum Martini Griffonis — placuit utrique parti Iohanni archipresb. plebis civit. et presb. Guilielmo et Benencase dictam litem tribuere et, quicquid inde dixerint, totum promiserunt servare, pena L libr. Arbitrantur, laudant, diffiniunt et inrevocabiliter statuunt, sub dicta pena, quod domus Boniacorsi et domus Savię sint de populo et parrochia S. Salvatoris in penitentiis viventium et cotidianis offitiis et ceteris spiritualibus; in penitentiis infirmorum capellanus S. Salvatoris vocet capellanum S. Angeli et, si venire voluerit, non tribuat penitentiam infirmo sine eo. In sepultura pertinent ad eccl. S. Angeli, et tunc de prima missa habeat eccl. S. Salvatoris tertiam partem oblationis et tertiam iudicii, deductis expensis funeris de domo Boniacorsi; sed prima missa de domo Savie sit tota in oblationibus S. Salvatoris, iudicio dicto modo soluto. Si vero aliquis de dictis domibus iudicaverit se in sepultura apud S. Salvatorem, tunc iudicium illius defuncti sit per medium S. Angeli et S. Salvatoris, similiter deductis expen-

sis, et tertia pars oblationis primę misse pro defuncto de domo Boniacorsi sit S. Angeli. Domus Baroncelli sit de populo et parrocchia S. Angeli in omnibus, excepto quod in una missa pro reverentia maiores domus vadant cum oblationibus ad S. Salvatorem in Natale Domini et in Resurrectione; domus Riccomanni, domus Frere et domus Pascalis qd. foris portam sint in omnibus eccl. S. Angeli; domus filii Ugolini Malipecçi sint S. Salvatoris, et domus Martini Griffonis et Sereni similiter in omnibus. Deinceps eccl. S. Angeli nullum recipiat ad divina offitia cotidiana de his, quos nunc habet et tenet eccl. S. Salvatoris, qui sint de eius parrochia, contra sacros canones; et idem dicunt de eccl. S. Salvatoris erga eccl. S. Angeli. Dat. in domo plebis Aret. civit. In presentia Omnibene plebani de Sieterna et Petri plebani de Galatrona et Bonacorsi nepotis presb. Foiani et Orsetti. A. MCCIII, residente Innocentio pp., non. febr., ind. VI^a^. Bonus not.

Originale. Nello Spoglio: 1203, Febbraio, n. 1. *Mittarelli, IV, 193 cit.*

1404. *Laterano, 14 Febbraio 1203.*

Innocentius papa .. ep. Castellano et .. Cam. et .. S. Fridiani prioribus. Volens reformationi monasteriorum per Tusciam, Marchiam et ducatum Spoletanum constitutorum sollicitius imminere, duxit statuendum, quod hoc anno apud Perusium abbates monasteriorum ipsorum singuli cum uno vel duobus tantum monachis et quinque equitaturis, ne monasteria in multarum personarum et equitaturarum numero immoderatis graventur expensis, convenientes in unum coram predictis ep. et prioribus, quos in capitulo sua vice vult presidere, per quos etiam illos ad capitulum, statuto termino, convocari mandat, de reformatione religionis et ordinis studiose pertractent, et per predictos ep. et priores, sua vice fungentes, visitatores eligantur idonei, q., ad singula mon. personaliter accedentes, que in ipsis circa temporalia et spiritualia corrigenda et reformanda corrigant et reforment, contradictores regulari districtione, sublato appellationis obstaculo, punientes. Ipsi visitatores, cum ad mon. predicta accesserint, quaternarium equitaturarum numerum non excedant. Si datum fuerit ut per hoc sollempne capitulum mon. illa proficiant, singulis annis, in diversis locis et sub diversis personis, q. debeant in capitulo presidere, precipiet capitulum celebrari, taliter providere volens quod per statutum (apostolicum) monasteriis vel abbatibus nullum prorsus in libertate sua preiudicium geretur. Unde mandavit, ut abbates, statuto loco et die, convenire procurent et efficaciter in executione mandati procedant. Mandat atque

precipit, quatinus mandatum apostolicum studeant implere, quod, si non omnes hiis exequendis potuerint interesse, duo eorum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani, XVI kal. mar., pont. a. quinto.

Originale; sigillo di piombo perduto. Nello Spoglio: 1202, Febbraio 14. *Raynaldi Ann. eccl. a. 1203, LXVI cit.; Bréquigny, Dipl. II, 227, n. CLIX; Migne, CCXIV, I, 1173; Potthast, n. 1828 colla data* XV kal. mar.

1405. *Laterano, 27 Febbraio 1203.*

Innocentius papa abbatibus et conventibus per Tusciam, Marchiam et ducatum Spoletanum constitutis. Volens reformationi eorum monasteriorum sollicitius imminere, duxit statuendum, quod hoc anno apud Perusium abbates singuli, cum uno vel duobus tantum monachis et quinque dumtaxat equitaturis, convenientes in unum coram .. ep. Castellano et .. Cam. et .. S. Fridiani prioribus, quos in capitulo sua vice vult presidere [*etc. come nella bolla 14 Febbraio 1203; cf. il reg. precedente*]. Dat. Laterani, III kal. mar., pont. a. sexto.

Originale; sigillo perduto. Mittarelli, IV, App. 254, n. CLVII; Migne, CCXIV, I, 1174, nota 619; Potthast, n. 1843.

1406. *Foiano, Febbraio 1203.*

A. MCCIII, residente Innocentio pp., febr., ind. VI. Giliottus, Ugo, Rolandus, Giborga uxor Giliotti et Druditia uxor Rolandi per hanc cartam permutationis dant, tradunt atque ad proprium concedunt Rainerio abb. mon. S. Egidii sito Campriano, recipienti nomine eiusdem mon., totum illud, q. habent et tenent aut aliquis tenet suo nomine in curte et territorio de Campriano de emptione, quam fecerunt a filiis Rodulfini de Grinta, de podere, q. qd. fuit Gualfredi, infra hos fines: a Salpeciano in sursum et domum Ianucii et a Pederipa et Vitartallia in sursum usque ad Tribianum; preter unam galinam, quam pro commenditia debent habere de Uliele, quam sibi retinent, accepto ab eo cambio ecclesiam S. Savini cum tenimento, iure et ratione, quam eccl. S. Egidii ibi habebat. Investitorem dederunt presb. Gerardum. Pena dupli. Act. in castro Foiani, V id. febr. Testes: presb. Gerardus de Classe, Vivianus de Antekie, Guittone de Libia, et Preite Guerçonis. Albertus not.

Originale. Nello Spoglio: 1203, Febbraio, n. 2.

1407. *Bibbiena, Febbraio 1203.*

A. MCCIII, pp. Innocentio [re]sidente, febr., ind. VI. Rodolfinus f. Biçi de Serra vendit, dat et tradit S. Marie de

Preta[li]a et a ab. Guiglelmo et a suis [p]osteris totum servitium et fictum, censum et decima(m), q. Brunit(us) de Frasineta sibi et a filio suo et a mulier sua annualiter debet facere et est solitus facere, et totum terrenum unde hoc servitium et fictum exiebat, in commitatu Aretino in plebe S. Ipoliti, sito Biblena in suprascripto loco. Manumvestitorem dedit, q. Marco receptore vice ab. in tenimentum misisset, et ab eo investituram recepit pro anima patris, matris et parentis, sacrificium et elemosinam ut fuisset inde particeps omni tempore de suprascripta eccl. Act. in foro Biblena. Pena dupli. S. m. Rodolfini. S. m. Riciardo de Gessa, Ugonis Berardi, Raineri de Frasineta castaldo tt. Ioannes not.

Originale. Nello Spoglio: 1203, Febbraio, n. 3. *Cf. il reg. n. 1402.*

1408. *Ferentino, 19 Maggio 1203.*

Innocentius pp. .. Aretino et .. Castellano episcopis. Cum .. Fesulanus ep. de mandato suo in .. filios Galbini Aretine dioc. excomunicationis et in terram eorum interdicti sententias promulgarit[1], eo quod ipsi quoddam castrum cum tota curte in heremitarum Cam. preiudicium occuparant, illi (f. Galbini), sententias negligentes, adhuc castrum et curtem detinent et reddere contradicunt; quocirca mandat, quatinus sententias ipsas usque ad satisfactionem condignam faciant, appellatione remota, inviolabiliter observari. Quod si non ambo hiis exequendis potuerint interesse, alter ea nichilominus exequatur. Dat. Ferentini, XIIII kal. iun., pont. a. sexto.

Originale: sigillo perduto. Mittarelli, IV, App. 255, n. CLVIII; Potthast, n. 1904.

[1] *Cf. il reg. n. 1362.*

1409. *Micciano, 25 Maggio 1203.*

A. MCCIII, mad., ind. VI, Phylippo rege. Stephanus, Guido f. eius et Blunda uxor Guidi, a iudice inquisita, per hanc cartam venditionis dant et tradunt Ugolino unam petiam terre, in l. q. d. Aquaviola: (ex una parte) ipsa aqua, ex alia parte terra plebis Mizani, (ex) altera terra Symeonis, et a quarta alia sua, XXVII tab. et dim. Profitentur recepisse de unaquaque tab. XII den. nomine pretii. Per Ianellum Guidoli eum investiunt. Pena dupli. Act. in Mizano, iuxta domum suprascriptorum, VII die ex. mad. S. m. Stephani et Guidi et Blunde. S. m. Grimaldi, Ianelli et Ianelli Lukese tt. Dadeus iud. et not.

Originale.

1410. *Forlì, 29 Maggio 1203.*

A. MCCIII, tempore Innocentii pp., imperio vacante, ind. sexsta, die vigesimonono mad., in Forlivio, in palatio comunis. Sanguinius Forl. potestas, cum conscilio et voluntate totius conscilii Forl. coadunati, promittit Martino priori Cam., accipienti pro se et suis successoribus et pro omnibus personis, q. modo sunt vel in antea erunt in domo in fundo q. d. Casale, recipere predictam domum et personas ipsius domus et res omnes et bona omnia, q. nunc habent vel in antea habuerint, sub protectione et defensione comunis Forl., et quod non debeant illas decimas dare mon. S. Mercurialis nec plebi S. Martini in Strata de possessionibus, quas ad suas manus laboraverunt infra predictis plebibus; et promittit ponere in statutis Forl. quod omnia supradicta debeant observari a comuni Forl. in perpetuum. Ugolinus Ainardi Liv. not.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVII, n. 1. Fortunius, II, 178 cit.; Mittarelli, IV, 193 cit., colla data die decima nona maii

1411. *Territorio Aretino, Giugno 1203.*

A. MCCIII, ind. VI, Noccecio pp. et nullo Romano imperatore, iun., territurio Artini. Paginam perpetualem transactationis atque renuntiationis seu venditionis faciunt Viveneius f. qd. Ranucius, per se et per Mirabile iugale sua et heredibus, et Ranerius Guidoni Rainei f., Girardi Cam. vicario, accipiente in vice Martini prioris et fratrum heremitarum et successorum. Viveneius dat, tradit, renuntiat et refutat in perpetuum « one gus et acciones et perptinencia » in totam ipsam terram, per quartam et per tertiam partem, in loco et fundo Valle de Taliole. Liceat ei introi et per Verotolus Raçeropoli investire. Canbium a Ranerio accepit totum hoc quod Aldrebandinus f. Ugolinus habuit in curte de Raçiropoli et in Balneo in Romania, et quod Sasolinus habuit similiter in Balneo. Accepit pretium XX libr. den. Pis. pro terra tota de Valle de le Taliole. Pena: pretium duplum et paginam valentem. Verotolus, Iacobus Blubani, Martinociu Merli, Rusticus Moçoni et Ardemanno tt. Iohannes not. Feretr.

Originale. Nello Spoglio: 1203, Giugno, n. 2. *Summaria, c. XVII v., n. 4. Mittarelli, IV, 202 cit. Cf. i tre regg. seguenti.*

1412. *Fontebono, Giugno 1203.*

A. MCCIII, Innocentio pp. presidente, imperio vacante, iun., ind. VI. Apud Fontembonum, in camera prioris, presentibus Gerardo Cam. vicario, Iohanne atque Basilio heremitis et Uberto

abb. de Silvamunda et aliis monachis, et Morando et aliis quam pluribus conversis, et Iacobo f. Uberti de Bibiano et Martinotço et Averotto de Ragilopoli et aliis multis. Rainerius f. Guidonis de Raineri per manum Iohannis iud. et not. investivit Viventium f. qd. Rainerii de Agna de tota possessione, quam Ugolinus Ildibrandini habuit in curte de Ragilopoli et apud Balneum S. Marie et de omnibus, q. Sasolinus in Balneo detinuit, ut ipse Viventius predictas res in cambio et commutatione habeat pro tota et integra parte, quam ipse habuit in campo q. v. Valle de le Talliole, et ei dedit investitorem Averottum. Viventius, cum notitia et auctoritate suprascripti iudicis et rogatu Rainerii, cartam refutationis, renuntiationis, vendictionis atque perpetue transactionis fieri rogavit a predicto iud., investiendo prenominatum Gerardum vicarium, recipientem vice Cam. heremi et Martini prioris atque omnium suorum fratrum, de tota et integra illa parte. Similiter suprascriptus Rainerius, pro se et suis fratribus et tota domo sua, investituram vendictionis suprascripto vicario fecit de iamdicta terra de Valle de le Talliole et investitorem dedit Averottum, q. Camaldulenses in tenimentum mitteret de predicta portione, quam Viventius refutavit. Exinde Camaldulenses xx libr. Pis. dederunt prefato Rainerio. Pena dupli. Act. in claustro Fontisboni. Iacobus de Bibiano, Martinozo de Merlo, Averottus et Rusticellus de Moiona et Ardemannus tt. Iohannes not. Feretr. descripsit. Ubertus denotavit.

Originale. Nello Spoglio: 1203, Giugno, n. 3. *Cf. il reg. precedente e i due seguenti.*

1413. *Giugno, 1203.*

« Raynerius f. Guidonis Raynerii per se suosque heredes et homines de domo sua in perpetuum vendidit donno Gerardo vicario Cam., recipienti vice donni Martini prioris Cam., totam terram, quam habebat in Valle de Talliola, cum omni suo iure et actione, quam tenuerat Vicentius olim Raynerii de Agna pro pretio libr. xx Pis. Sub a. Domini M°CC°III,° mense iun. Carta manu Iohannis not. ».

Summaria, c. XI, n. 6. Cf. i due regg. precedenti e il seguente.

1414. *Giugno, 1203.*

« 1203, mense iunio. Viventius olim Raynucii et Raynerius olim Dominici remiserunt et dederunt d(onno) Martino priori Cam. pro eremo omne ius et actiones, quod et quas habebant in possessione pos. in loco dicto Valle de le Taglole; pretio libr. xxv Pis. Manu Iohannis not. ».

Summaria 1698, p. 74. Cf. i tre regg. precedenti.

1415. *Giugno, 1203.*

« Donnus Ildebrandus abb. mon. de Pino et Benencasa de Fracta, electi arbitri a presb. Aritio pro eccl. S. Michaelis de Nasciano et a donno Benedicto priore S. Quirici pro ipsa eccl. super lite, quam inter se habebant, pronuntiaverunt et laudaverunt auctoritate arbitrii et compromissi sibi facti, quod presb. Aritius et donnus Benedictus recipiant ad sepulturam quemcumque de domo olim Iohanelli de Rigomagno vel de domo olim Raynucii de Segina, causa devoctionis apud eorum eccl. si contigerit eligere sepulturam, et iuditium mortuorum, deductis expensis pro sepultura factis, dividant inter se; ad penitentias vero in eccl. et ad visitationes in pascatibus fatiendas una domus vadat ad mon. S. Quirici et altera ad eccl. de Nasciano; decimam autem antiquam tenimenti Iohanelli predicti recipiat eccl. de Nasciano, et decimam tenimenti Ranucini recipiat eccl. S. Quirici. Et hec sub pena libr. xx. Sub a. Domini M°CC°III,° mense iun. Carta manu Fini not. ».

Summaria, c. CLXXV, n. 1. Mittarelli, IV, 193 cit.

1416. *Arezzo, 5 Luglio 1203.*

A. MCCIII, residente Innocentio pp., III non. iul., ind. VI. Aldebrandinus qd. Ubertini inter vivos donat, tradit atque ad proprium concedit Rainerio abb. mon. S. Martini et S. Egidii sit. Canpriano, recipienti nomine predicti mon., totum quod habet et tenet aut aliquis tenet suo nomine in Canpriano et in tota eius curia et districtu, tam homines cum eorum tenimentis et cum omni iure, ratione, dominio et usu, excepto quod habet in podio Castelli Novi. Item donat IIII petias terre cum omnibus inferioribus et superioribus; quarum una in [Canpria]no: iuxta terram [. . . . . .][1]; alia a la Pila: iuxta terram Çalli et Ameçi et viam; tertia in Planpoli: iuxta terram Orlandini Fantinelli et Çalli et viam; quarta in Ortale: iuxta terram eccl. de Classe et Ubertini de Fino et Guilielmi Agolantis et Picinakii. Profitetur se recepisse meritum, secundum legem. Pena dupli. Act. in civit. Aret. Testes: presb. Guido, Rainaldus Alberici Deteguardi, Guidonis Cinoli, Matheus Bruni et Ugolinus frater predicti Aldebrandini, de cuius consensu hec carta facta est. Albertus not.

Originale. Nello Spoglio: 1203 Luglio.

[1] *Nell'orig. la scrittura in parte è svanita, in parte erasa, in parte lacunosa.*

1417. *26 Luglio 1203.*

« Henricus de Sacco f. olim Alberti de Sacco de Alamania per se suosque heredes in perpetuum pro Deo donavit et optulit donno Martino priori Cam. eccl. S. Remedii de Valle Mesuncine pos. in episcopatu Coriensi super quemdam montem cum omnibus possessionibus suis, iuribus et pertinentiis, hoc videlicet tenore: ut predictus prior et eius successores habea(n)t in predictis dominium disponendi, ordinandi, locandi, mutandi, instituendi et destituendi temporalia ipsius eccl. et abbatem et monachos pro tempore secundum Cam. consuetudinem, sicut suas eccl. manuales. Promisit insuper predictus prior predicto donatori quod anniversarium patrum et matrum eius faceret fieri in Cam. heremo et conventu singulis annis, et predictam donationem non alienare, ad penam C marcarum argenti. Sub a. Domini M°CC°III,° die VI^a mens. iul. ex. Carta manu Locarni not ».

Summaria, c. CLXXXXVII v., n. 2. Mittarelli, IV, 193 cit.

1418. *Ferentino, 21 Agosto 1203.*

« Innocentius papa III^us mandat archiep. et ep. per Ytaliam constitutis, ut sententiam, quam prior Cam. in professos suos monachos vel conversos duxerit promulgandam, fatiant per suos dyoc. publicari et etiam observari, ipsius excomunicatos vitantes, et ab aliis vitari mandantes. Dat. Ferentini, XII kal. sept., pont. eius a. VI.°

Summaria, c. CCXXVI, n. 2. Mittarelli, IV, 192 cit.

1419. *Bologna, 12 Ottobre 1203.*

A. MCCIII, nullo imperatore in Ytalia regnante, XII die intr. oct., ind. sexta. Bonus prior Cam. eccl. prope Bononiam, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet Iohanne Placentino, Laurentio, Benedicto, Rambaldo, Angelo monachis predicte eccl. et eiusdem conversis Mazenfusa et fratre Ventura, dat et concedit Martino f. qd. Engelesche eiusque heredibus usque in tertiam personam iure emphiteosim medietatem pro indiviso unius petie terre laboratorie et buscive in l. Bosco de Burellis cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum medietate pro indiviso omnium q. habet supra et infra se. Confines: a mane via publica, a sero Bonus Iohannes et Gislandus, a meridie Arditio spiularius, ab aquilone emphiteocarius (Martinus) de iura hospitalis Crucifferorum. Pro pretio IIII^or lib. Bon., quas in presenti sibi solvit. Post tertiam personam exactam aliud emphiteosim instrumentum innovetur, pensione singulis annis den. I Bon. in festo s. Marie de mense aug. Pena: duplum.

Testes: Leonardus Firmanus, Petrus de Vinti, Martinus Garri et Petrus de Aguzano. Act. in capitulo prenominate eccl. Cam. Wuilielmus sacri pal. not.

Originale.

1420. *Forlì, 24 Ottobre 1203.*

A. MCCIII, tempore Innocentii pp. et imperatore non existente, die XXIIII oct., ind. VI, in Forlivio. Rigo Ruffus pro se suisque liberis et heredibus Alberto rectori eccl. S. [Iohannis] de Rivocavo, sub dominio Guilielmi abb. mon. S. Marie de Pratalia, accipienti nomine dicte eccl. et pro se, dicto abb., confratribus et successoribus in perpetuum transigendo refutat et definit actiones et iura, quas et que habet vel habere sperat in predicta eccl. S. Iohannis et in eius bonis iure patronatus sive aliquocumque iure vel modo. Hec omnia facit, quia dat sibi viginti quinque sol. den. Rav. et redemptionem anime sue suorumque parentum. Pena: viginti libr. den. Rav. Per manum Bertami Forl. not. Agustolus intintor[1], Andolfus Calanchi, Vitalis, Deusmesalvi magister [et] Astardus tt.

Originale.

[1] *L'orig. ha* intirtor *col segno d'abbreviazione sulla sillaba* ir

1421. *6 Dicembre 1203.*

« Segninus olim Aldiarie et Maria uxor eius per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt donno Ugerio rectori eccl. S. Mich(aelis) de Curte Luponis petias XVI terre infrascriptas pos. in territorio S. Petri in Gello. Quarum prima est pos. infra clausuram dicte eccl.: a tribus lateribus et iuxta terram eiusdem eccl. et Ursonis Bençi; alia est pos. ante portam domus dicte eccl.: iuxta terram filiorum Griffoli de Saxa et Iacobi et supradicte eccl.; alia est pos. in plano: iuxta terram Laurentii Guidonis et eccl. predicte; alia est pos. ad Quercietum: iuxta terram Molliardini et dicte eccl. et viam publicam in capite et rivum in pede; alia est pos. in loco dicto Rippa: iuxta terram dicte eccl. et Petri Savie et viam publicam; alia est pos. ad stratam: iuxta terram filiorum Astuldi et dicte eccl. et viam publicam; alia est pos. in l. d. Palumbaio: iuxta terram filiorum Bençi et rivulum et viam publicam; alia est pos. in Fridamattara: iuxta terram Guidonis Rubei et Iacobi et dicte eccl. et stratam; alia est pos. ibidem: iuxta terram Iohannis Imeldine et terram dicte eccl. et stratam; due vero petie sunt simul pos. in l. d. Quercetinum: iuxta terram filiorum Mençi et dicte eccl.; alia est pos. ad Iunchetum: iuxta terram dicte eccl. et Guidonis Rigitti et rivum in pede; alia est

pos. in l. d. Orfi: iuxta Ubertinum Clerice et Guidonem Rigitti et dictam eccl.; alia est pos. ad cerretellum Orfi: iuxta terram filiorum Blanchi de domo et dicte eccl.; alia est pos. in l. v. Campus Mauri: iuxta terram filiorum Bençi et dicte eccl. et viam publicam; alia est pos. ad olivas Raynerii: iuxta terram filiorum Magitti et dicte eccl. et viam publicam. Eodem iure concesserunt predicto emptori pro dicta eccl. quartam partem totius cerreti de Orfi pro indiviso, pos. iuxta silvam dicte eccl. et filiorum Raynerii de Montagnano; item aliud cerretum pos. in l. d. Trebium: iuxta generum Gualmanni et filios Bençi; item terram et silvam, quam habebant in Casalino. Insuper fecerunt finem et perpetuam reffutationem predicto emptori totius sui iuris et actionis, quod et quam habebant in dicta eccl. iure patronatus, pro pretio libr. XXXIII. Sub a. Domini M°CC°III°, VIII° id. dec. Carta manu Fini not. ».

Summaria, c. CLV v., n. 1.

1422. *(Bologna?), 30 Dicembre 1203.*

A. MCCIII, nullo imperatore Romano vivo, tertio kal. ian., ind. VI. Constat Girardum Bandini et Beatricem eius matrem vendidisse et tradidisse Angelo monacho eccl. S. Marie de Cam. Bononie, recipienti procuratorio nomine pro Martino priore maiore de Cam. eiusque fratribus et successoribus, petiam unam terre et vinee et berlete cum omnibus fossatis, q. circa eam sunt, in hora Cerole, cum introitu et exitu usque in viam publicam. Confines: a mane currit Savena et tenet inde usque ad mediam eam Savenam, a sero heredes Zambonelli Petri de Russi, q. est de S. Rofillo, et inde via publica, a meridie Petrus Coradi, de suptus via publica. Pretium: XVIII libr. Bon., quod confitentur accepisse. Pena dupli. Matelda, uxor Girardi, presens et consentiens prescripte venditioni, certiorata quod predicta res vendita esset obligata sibi pro dote sua, sponte renuntiavit in hoc facto iuri suo, confitendo se esse maiorem XXV annis. Pena dupli. Testes: Ambrosius Merzadrus, Zilius Merzadrus, Becchedellus Basia Becchi, Ubaldinus de Pocicalvuli, Bonus Iacobus de Floribus et Rodaldus de Pocicalvuli. Martinus palatinus not. imp.

Originale.

1423. *26 Gennaio 1204.*

« Albertinus et Matheus de S. Quirico per se suosque heredes in perpetuum promiserunt donno Benedicto priori S. Quirici solvere star. II grani nomine census, et venire in die Nativi-

tatis Domini et Resurrectionis ad eccl. antedictam, et ad sepulturam in morte, et ponere dimidium iuditiorum super altare S. Quirici, pro locatione eis facta a predicto priore unius petie terre vineate pos. in Podio S. Quirici, in l. d. Campus castagni, iuxta Soffredum et Benencasam et terram dicte eccl., predictis apposito pacto quod predicti tenitores ad predicta tenerentur, quamdiu predictam terram vineatam tenerent. Sub a Domini M°CC°IIII°, VII° kal. febr. Carta manu Fini not. ».

Summaria, c. CLXXV, n. 2.

1424. *Bologna, 21 Marzo 1204.*

A. MCCIIII, nullo imperatore Romano vivo, XII kal. apr., ind. VII. Iacobus Aulie de Villanova vendidit et tradidit Henrico et Angelo monacis Cam. petiam unam terre aratorie pos. in Maxerata suptus furcis, cum introitu et exitu usque in viam publicam et cum medietate illius fossati, quam habet ibi Zamboninus Zanzarelli a mane, et similiter medietatem illius fossati, q. est de super eam Zamboni Gualdrade. Confines: a mane Zamboninus Zanzarelli, a sero et de suptus emptores, de super Zambonus Gualdrade. Pro pretio XIIII libr. et VI sol. Bon., q. confessus est accepisse. Pena dupli. Act. Bononie, in eccl. S. Blasii de Braida. Testes: presb. Albertus S. Blasii, presb. Petrus crucifer, Arlottus de Scazo, Ubertinus de Villanova, Girardettus de Montevegio. Egidius not.

Originale.

1425. *Imola, 12 Maggio 1204.*

A. MCCIV, ind. VII, temporibus Innocentii pp., Romanorum imperatore vacante, die XII intr. madii, Ymole, sub porticu domus S. Pauli. Pepolus Tachinberti inter vivos dat, donat, tradit perpetuoque transactat Martino priori Cam., receptori nomine heremi Cam., duas tornaturas terre lab(oratorie) pos. in l. q. d. Braita de Querzola, territ(orio) Ymolensi, pleb. S. Cassiani: ab uno latere via, ab alio Poretinus, a tertio Aliottus, a quarto heredes Guidoli de Bonomartino. Hoc facit pro anima Rogerii f. sui et pro remissione peccatorum suorum et Alamanne uxoris. Pena X libr. Tradit Deutesalvi Tuscum ut in possessionem predicte terre mittat. Testes: Guido abb. S. Pauli, Petrus Minzonis, Petrustus, Benzevenne presb. et monacus, frater Fabianus, donnus Symon, Bernardinus et Gregorius conversi. Michael sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVII v., n. 3.

1426. *Arezzo, 27 Luglio 1204.*

A. MCCIV, Innocentio pp. residente, imperio vacante, VI kal. aug., ind. VII. Buonoste f. olim Ranucii Pieri Fantini cum consensu Doniscie uxoris dat, donat inter vivos, offert, tradit, cedit et concedit Martino priori Cam., recipienti nomine heremi Cam., donnicatum suum cum omnibus suis adiacentiis et omni suo iure sit. in territorio civit. Arit. prope civitatem, iuxta Orlandinelli Bastardum, filios olim Pieri Taviani et hospitale S. Petri maioris in l. q. d. Pratum Novum, et tradit Bernarnum, q. in prefati domnicati XX st. ad tabulam possessionem introducat. Pena dupli. Bernardum, Tuscanum, Simonem et Aççum tt. rog. Act. apud civit. Arit., extra muros civit., in eccl. S. Laurentini. Machabeus not.

Originale. Summaria, c. CI, n. 4. Cf. i regg. nn. 1392 e 1401.

1427. *(Anghiari?), Dicembre 1204.*

« Donnus Guido prior mon. Anglar. et Rodulfinus consul comunis Anglar., de conscilio hominum eiusdem comunis, elegerunt Astancolum ord. iud. ad scrutinium faciendum per antiquos homines de Anglare, de quibus mansis sive tenimentis custodie fierent eiusdem castri antiquitus, sub iuratoria cautione premissa. Sub a. Domini M°CC°IIII°, mense dec. Carta manu Astancoli not. ».

Summaria, c. CXVIIII, n. 1. Cf. il reg. seguente.

1428. *Anghiari, Dicembre 1204.*

A. MCCIV, dec., ind. VII, nemine imperatore, Phylippo rege. Astancollus ord. iud., rogatus a Guidone priore mon. de Anglare et a Rodulfino consule totius comunis de Anglare, de voluntate et consilio hominum eiusdem comunitatis, ad cognoscendam veritatem, sub districtu iurisiurandi, per antiquos homines eiusdem comunis de quibus masciis sive tenimentis guaite et custodie constitute [anti]quitus fuerunt et fieri consueverunt pro custodia castelli de Anglare in nocte, super his quosdam testes interrogavit. [*Seguono le* interrogationes]. In presentia Carsedonii, Iohannis Bernardini, Iudicis, Marii, Ugolini de Guilielmo, Plantanelli, Turcli, Blondonese et Mathei Gambe tt. Act. in Anglare, sub porticu eccl. Astancollus ord. iud. et not.

Originale. Mittarelli, IV, 197 cit. Cf. il reg. precedente.

1429. *9 Febbraio 1205.*

« Donnus Iohannes abb. mon. de Agnano, de mandato donni Raynerii ep. Fesulani, donni pape Innocentii delegati, deosculando

librum, quem donnus Martinus prior Cam. heremi in suis tenebat manibus, et stolam, quam ad suum tenebat collum, promisit priori predicto per se suosque successores in perpetuum, cum consensu fratrum suorum, observare inviolabiliter sententiam et arbitrium, q. predictus donnus ep. Fesulanus, iure delegationis et compromissi in eum facti, de sapientum consilio promulgavit, offerendo predictum librum et stolam suis manibus super altare S. Michaelis de Aretio, et protestando nullum in hoc generare preiuditium Cam. heremo, quin sui successores hoc ipsum apud Cam. facere teneantur iuxta tenorem arbitrii et sententie a predicto ep. late. Sub. a. Domini M°CC°V°, V° id. febr. Carta manu Alberti not. ».

Summaria, c. CVII, n. 1. Cf. il reg. n. 1364.

1430. *10 Luglio 1205.*

« Maria de Thorri faço christa[1] carta cum voluntate de Deus et de so donno meo iudice Gomita de Laccon et de sa murie donna Specla regina de loco et de so fiio donno Mariano rege et de sa mama donna Pretiosa de Orruu, sa dona mea et de fiios meos, donno Guantine et donno Mariane et donno Barosone, et cum voluntate de donno Petro duxampiscopo de Ampori, chi lla confirmaiti, et cum voluntate de sos clericos donavit et optulit las im manu de so donno maiore donno Martino, sso priore de Cam. ambas ssas clesias ad S. Maria et ad S. Iusta de Orrea Pichina cum omnia pertinentia issoro, con servos et com ancillas, ad Petro Mancho et ad sa muier Susanna, un dio[2] ebbas de vare[3] ca duchella(s) Iohanni Campulle, et latus de Mariane Forma, et Petro Mate mirego,[4] et cum so molino, cum ortos et cum bineas, et cum terras de agriles et domesticas et cum figno de omnia batorpedia, ebbas et vaccas et berbeches, porcos et capras. Appant inde prode sub priore cum sos heremitas de Cam. ipsore usque in finem seculi, amen. Et donavit ad S. Maria sa corte mea peculiare de Nugudui, que appi de parentes meos, cum servos et cum terras et cum bineas et cum saltos et cum quadrupedia, que est apo sa domo, et cum omni pertin(entia) sua. Et liceat priori predicto et suis successoribus predictas eccl. et bona possidere et usufructare et ad suam voluntatem eligere priores in predictis eccl. et ponere monachos, et apans erga sos servos de S. Maria,[5] quale avemos ende servos de donno Petro de Marogno et de sa muliere. Sub a. Domini M°CC°V°, VI° id. iul. usque in finem seculi amen ».

Summaria, c. CLXXXVIII v., n. 4. Mittarelli, IV, 200 cit.

1 *S'intenda* chusta 2 un dio *forse per* etiam dio 3 *Potrebbe essere* varo *per* vulvare 4 *Errato per* intrego *o* integro? 5 *Segue* et *espunto.*

1431. *Bologna, 25 Luglio 1205.*

A. MCCV, nullo imperatore in Ytalia regnante, die lune VII ex. iul., ind. VIII. Ricardus maior heremi Cam. sit. prope Bon., presentibus et consentientibus fratibus suis, monacis iamdicti heremi, scilicet Iohanne Placentino, Laurentio, Benedicto et Ugone, et Guidone Aretino converso eiusdem eccl., hoc emphiteosim instrumento, dat et concedit Inganna maiori et heredibus octavam partem pro indiviso unius clusure pos. subtus Bonon. in l. q. d. Savenella Secca, q. fuit qd. Passi eius fratris, quam ipse emerat ab Henrigetto Cornaclini, cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et cum octava parte omnium pro indiviso, q. habet supra et infra se. Confines: a mane flumen Sabine usque ad medium aque, a sero androna vicinalis et Rodulfus Pedeferro et eius frater, a meridie Petrus Gilbertini, ab aquilone Rambertus et Arrimundus de Albaro et Scogozza presb. Pretium, XVII libr. et XVI sol. et III den. Bon. Huius rei nomine liceat predicto Inganna eiusque heredibus et sibi suisque successoribus gratia pensionis singulis duobus annis Veron. unum in mense mar. solvere. Pena: duplum. Testes: Melgaettanus et Auliverius de Munzoni, Mercatellus vecturalis, Ugolinus Tuscus et Lambertus f. qd. Pelegrini. Act. in capitulo iamdicti heremi. Wuilielmus sacri pal. not.

Originale.

1432. *Vicenza, 5 Ottobre 1205.*

Florasius et Nicolaus maioris Vincentine eccl. archidiaconus et prepositus nec non universum eiusdem eccl. capitulum magistro Roberto de Anglia, Wilielmo Gaucelino de Provintia, Warnerio de Alamania et Manfredo de Cremona rectoribus pro universitate scolarium in Vincentina civitate commorantium ad hoc specialiter constitutis. Iustis eorum postulationibus annuentes, eccl. S. Viti iuxta situm Vincentine civitatis pos. cum omnibus possessionibus suis et populo pleno iure eis, pro dicta universitate recipientibus, canonice duxerunt concedendam, et per presentem investituram archidiaconus in spiritualibus, prepositus in temporalibus omne ius et dominium, quod in ea habent cum fratribus, concedunt dant et conferunt. [*Seguono le* conditiones]. Act. MCCV, ind. octava, tertio non. oct., in presentia Artusii de Fabrica, presb. Thomasii de S. Stefano, presb. Alberti de S. Salvatore, Martini cl. de Longa et aliorum. Interfuerunt de canonicis maioris Vincentine eccl. Martinus, Albertus et Bonifatius presbiteri, Clarius

diac., Çilbertus subdiac., Pitius et Iohannes canonici confirmantes concessionem. Bellellus Frederici Rom. imp. tabellio.

Originale. Fortunius, I, 179 cit.; Mittarelli, IV, App. 260, n. CLXI ex authentico tabularii S. Luciae de Vicetia; *Hessel, Geschichte der Stadt Bologna, 421, nota 25, cit. Cf. il reg. n. 1437.*

1433. *Monastero dell'Isola (Galeata), 15 Dicembre 1205.*

A. MCCV, die XV intr. dec., ind. VIII. Drudo abb. mon. de Isola pro se suisque fratribus dat, concedit atque largitur in perpetuum Rolando f. Bacalarii, recipienti pro se et uxore Divitia suisque filiis et heredibus, totum tenimentum q. fuit Giguli Teber[ti] vel ei pertinuit sive aliquo modo habuit (a) dicto mon., pos. in Spogna de subtus eiusque districtu, cum omnibus pertinentibus, territorio plebis S. Petri Gaberti, pro quattuor sol. den. Rav. pretio, ita tamen quod annualiter debeat sibi (Drudo) reddere duas sarcinas de perticis, omni tertio anno unam salmam vini, alio tertio anno unum par focatium cum una spalla, alio tertio anno unum star. fr[umenti] et totidem annone, alio tertio anno unam [. . . . . .] operam manibus ad metendum et unam in vindemiis et [. . . . . ad] sappandum et alia consueta servitia nomine pensionis. Pena dupli. Act. in mon. de Isola, coram Berardo, Superbo, Rustico et Rigolo tt. Iohannes not.

Originale.

1434. *1205.*

« Petrus Emporiensis ep., cum consensu suorum clericorum, videlicet Iohannis presb., Serdonis presb., Petri de Oliva presb., Iohannis de Orrea, dedit et concessit donno Martino priori Cam. eiusque successoribus in perpetuum eccl. S. Marie de Orrea Pichina et eccl. S. Iuste, cum omnibus eorum iuribus et pertinentiis, reservato sibi iure episcopali, hoc apposito pacto, ut prefato priori eiusque successoribus et Cam. ordinis fratribus liceat predictas eccl. cum omnibus suis rebus ordinare, instituere et destituere sine ipsius ep. et eius successorum vocatione; et non teneantur predictus prior vel eius successores ire ad capitulum vel crisma episcopatus Emporiensis, nec obedientiam ep. promittere nec partem testamentorum ad episcopatum pertinentium largiri ep. vel successoribus eius. Si vero predictus prior vel eius successores predicta dimiserint, episcopatui et patronis remaneant. Sub a. Domini M°CC°V° ».

Summaria, c. CLXXXVIII v., n. 3. Mittarelli, IV, 200 cit. Cf. i regg. nn. 1430 e 1471.

1435. *Fontebuono, Gennaio 1206.*

A. MCCVI, ian., ind. VIIII, imperio vacante, Innocentio pp. residente. Albertus et Matheus Montis Acuti et Albertus eorum nepos, auctoritate Raineri Nofie sui tutoris, finiverunt, refutaverunt priori Guidoni Cam. et toti conventui Cam. omne ius, usum, actionem vel petitionem, quod vel quam habebant vel habere videbantur, iure vel non iure, in castello Cast(ellionis) vel in curte de castello vel in hominibus predicti loci pro contractu habito cum priore Martino[1] contra voluntatem heremitarum et monachorum Cam. Prior G. Cam., voluntate et licentia heremitarum et monachorum, concessit[2] Alberto, Matheo et Alberto eorum nepoti feudum, videlicet in castello Cast. medietatem illius domus, quam ibi proceres hedificaverant, et non debent altius eam hedificare de lapidibus neque lignamine sine voluntate et licentia prioris Cam., et in castello et in curte eiusdem castelli Cast. debent proceres dicti habere et eorum filii legittimi masculi et nepotes et pronepotes; et deinceps similiter in feudum medietatem placitorum per iudicem facta(m), foliarum, bandorum et locationum, et hoc debent habere per balium Cam.; si erit monachus vel conversus, prior Cam. precipiet ei per obedientiam; si erit laicus, faciet ei iurare dare medietatem dictarum rerum dictis proceribus et eorum filiis et nepotibus; et non debet unus alteri proceribus dictis succedere in dicto feudo. Et pro hoc feudo fecerunt dicti proceres, Albertus et Matheus, fidelitatem et iuraverunt dicto priori G. Cam., et promiserunt eum iuvare et monachos et defendere, et eorum bona maxime in partibus eorum et sine expensis eorum; et dictus prior cum monacis et heremitis promisit[2] non vendere vel alienare dictum castellum Cast., nisi inquirat[2] proceres infra XXX dies, et, si voluerint accipere, debet[2] eis dare minus X libr. quam alteri, et, si noluerint accipere, possit[2] dare cui voluerit[2]; et dicti proceres non debent facere aliquod aquisitum per comandisiam vel aliter vel per testamentum in dicto castello Cast. neque in curte ab hominibus prioris, sine voluntate et licentia prioris Cam., et si homo prioris faceret aliquam offensam homini vel hominibus procerum, debet prior vel eius balius aufferre in bandum et offensam mandare, et proceres debent facere similiter de eorum hominibus. Albertus et Matheus fuerunt confessi in capitulo heremitarum Cam., coram Mariano iud. et testibus infrascriptis, quod iuraverunt precepta prioris G. Cam. de contractu habito cum priore Martino de facto Cast. et curte et hominum eiusdem castelli. Albertus, Matheus et Rainerius Nofie, tutor Alberti, promiserunt et obligaverunt se et eorum heredes non alienare castellum Cast., quod dividitur vel quod est iusta illud prioris, nisi inquirant priorem G. et suos suc-

cessores infra xxx dies, (et) si voluerint accipere, debent eis dare; si noluerint, possi(n)t dare cui voluerint; et si pro anima iudicare voluerint, promittunt non iudicare alicui eccl. vel ospitali nisi Cam. Promisit prior G. Cam. dictis proceribus, quando morietur aliquis eorum et nuntius venerit Cam., (quod) mittet brevia ipse et sui successores pro anima mortui eorum per totum conventum Cam. Pena ccc libr. den. Pis. S. m.: prefati proceres et prior. Act. Fontibone Cam. Testes: Iacobus Valialle, Orlandinus Rainulfi, Gueriscius Petri Nigre, Guido Stephani. Marianus iud. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1206 gennaio, n. 3. *Copia contemporanea; nello Spoglio:* 1206 gennaio, n. 4. *Summaria, c. CXXII v., n. 2. Cf. Mittarelli, IV, 203. Cf. i regg. nn. 1234, 1361, 1362 e 1408.*

[1] *Documento perduto?* [2] *L'originale usa il plurale.*

1436. *Fontebuono, Gennaio 1206.*

A. MCCVI, ian., ind. VIIII, imperio vacante, Innocentio pp. residente. Guido prior Cam., Symon vicarius, Bonus, Albericus, Atto, Ildibrandus, Attus, Guido, Rainerius, Guilielmus Çannai[1], Benedictus, Ugo et omnes alii heremite, et Angelus, Matheus, Carus, Benedictus, Donatus, Berardus et Guillelmus monaci Fontisboni, et Morandus, Bernardinus, Colle, Palmeri(us) et omnes alii conversi insimul, bona voluntate et pari concordia, dant et concedunt Alberto, Matheo et Alberto f. qd. Guilielmini nepoti feudum, videlicet in castello Castillioni(s) medietatem illius domus, quam ibi dicti proceres Albertus et Matheus hedificaverant eorum expensis et non debent *etc. come nel documento precedente (reg. n. 1435) con le stesse condizioni,*[2] *la stessa* refutatio *per parte dei* proceres *(v'è in più la clausola* salvo tamen iure vel usu q. in eodem cast(ello) vel curte habent vel habuerunt pro contractu habito cum priore Placito[3]) *e la stessa pena, sebbene in ordine diverso. Aggiunge:* Prior Guido cum heremitis et monacis abstraxit dictos proceres de vinculo anathematis et reintegravit in eccl. heremitarum sicuti continebatur in licteris ep. Fesulani, legati pape super hanc causam, et eos recepit ad osculum pacis et constituit eos esse participes orationum et omne bonum factum domus Cam., et si aliquis eorum morietur de proceribus, ex quo nuntius iverit Cam., mittat brevia per totum conventum pro eis sicuti pro suis conversis vel monacis, et quicquid (proceres) receperunt de castello Cast(illionis) vel de curia dicti castelli vel de hominibus, in integrum et in totum dictis proceribus remittit et condonat. Act. in eccl. et domo iuxta eccl. heremitarum et iuxta mon. Fon-

tisboni. S. m.: prior Guido, heremite, monaci et conversi. Testes: Iacobus Valiall(e), Orlandinus Raynulfi, Gueriscius Petrenigie, Guido Stefani, Rainerius Nofie. Marianus iud. et not.

Copia del sec. XIII; notaro Vellius qd. Ubertini de Aritio imp. auct. not. *Nello Spoglio:* 1206, Gennaio, n. 2. *Altra copia della fine del sec. XIII o dei primi del sec. XIV; notaro* Guillelmus olim Iohannis Guinaldi iud. *Nello Spoglio:* 1206, Gennaio, n. 1. *Summaria, c. CXXII v, n. 2. Mittarelli, IV, 203 cit. Cf. i regg. nn. 1234, 1361, 1362 e 1408.*

[1] *D' incerta lettura; una copia ha* Çanai *col segno d' abbreviazione su* n, *l' altra* Camor *col segno d' abbreviazione su* mor [2] *Manca il passo* et dicti proceres non debent facere aliquod aquisitum *fino a* similiter de eorum hominibus [3] *Cf. il reg. n. 1234.*

1437. *Vicenza, 12 Febbraio 1206.*

A. MCCVI, ind. VIIII, die XII intr. febr., in Vincentia, in eccl. S. Marie de Domo, presentibus Alberto et Bonifacio presbiteris canonicis, Clario diac., magistro Bonocompagno et aliis. Magister Robertus de Anglia et Warnerius de Alamania rectores universitatis scolarium, in Vincentina civit. commorantium, pro se et tota predicta universitate, representaverunt fratrem Sansonum de religione et ordine Cam. Vincentino capitulo, rogantes archidiaconum et prepositum et capitulum Vincentinum ut eum investiant et instituant de prioratu et ministratione eccl. S. Viti super Asticello et possessionum eius. Florasius et Nicolaus, archidiaconus et prepositus, pro se et fratribus suis et capitulo Vincentino, investivere et instituere fratrem Sansonnum de prioratu et ministratione suprascripte eccl. et possessionum eius, archid. videlicet in spiritualibus et prep. in temporalibus, ut suprascriptus Sanson regat et gubernet eccl. et possessiones eius, salvo tenore conventionis, q. inter predictos canonicos et suprascriptam universitatem conscripta est per not. infrascriptum. Bellellus Federici Romanorum imperatoris tabellio.

Originale. Mittarelli, IV, App. 262, n. CLXII, ex authentico tabularii S. Luciae de Vicetia. *Cf. il reg. n. 1432.*

1438. *20 Febbraio 1206.*

« Rinucius olim Guidi per se suosque heredes in perpetuum promisit annuatim solvere donno Benedicto priori S. Quirici star. V boni grani, ad star. cum quo datur fictus in terra sua, pro locatione sibi facta a dicto priore de duabus pet. terre in curte de Fracta Guinildi: prima est in l. u. d. via Fili: iuxta terram filiorum Guinildi et viam Fili; secunda est in Atestallo: iuxta terram eccl. S. Marie de Farneta et Guidonis Guinildi et viam in pede. Sub a. Domini M°CC°VI°, X° kal. mar. Carta manu Ildebrandini not. ».

Summaria, c. CLXXV, n. 3.

1439. *Bologna, 3 Giugno 1206.*

A. MCCVI, nullo imperatore in Ytalia regnante, die sabb. tertio intr. iun., ind. VIIII. Constat presb. Gratianum capellanum eccl. S. Bartholomei de Pallazzo vendidisse atque tradidisse presb. Uguitioni priori Cam. heremi prope Bononiam, ementi et recipienti ad utilitatem predicte heremi fratrum et successorum, in perpetuum duas petias terre arat. pos. in curia Villanove, q. sunt ad perticam comunis de X ped., XIII torn. et XXIII tab., quas emit ab Ubertino et Rolando de Guarinis cum omnibus earum iuribus, actionibus, ingressibus et egressibus usque in viis publicis. Confines: a mane prime petie terre, q. est XII torn. et XXIII tab., heredes qd. Thome de Tuscis, a meridie Scogozza presb., a sero Deotevolbi et Scogozza presb., ab aquilone Bonus Bononius f. qd. Boniacursii; inganbatura ab uno latere dictus Bonus Bononius, ab alio latere Deotevolbi; a mane secunde petie terre, q. est torn. una, Petrus Matilde, a meridie et sero heredes qd. Thomasii de Tuschis, ab aquilone strata. Pretium: septuaginta et quatuor libr. et X sol. et VII[1] den. Bon., quod bene solutum et numeratum esse confitetur. Pena dupli. Testes Rolandinus Lenguatii cavestrarius, Iohannes Ravennas f. Ugolini, Nicholaus Faventinus, Ugolinus Bosco, Angelus monacus et Bonuscompagnus conversus. Act. in Bononia, in canonica prescripte eccl. Wuilielmus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1206, Giugno 3, n. 1. *Cf. il reg. seguente. Mittarelli, IV, 205 cit.*

[1] *L'originale ha* VIII *con l'ultimo* I *espunto.*

1440. *Bologna, 3 Giugno 1206.*

A. MCCVI, die sabb. tertio intr. iun., ind. VIIII. Uguitio presb. et prior heremi Cam. prope Bononiam, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet Angelo monacho et Bonocompagno eiusdem heremi converso, promisit se soluturum presb. Gratiano vel eius heredibus vel cui ipse designaverit LXXIIII libr. Bon. hinc ad quattuor annos, pro rata XVIII libr. et dim. Bon. pro quolibet anno et in festo s. Proculi; de decem et octo libr. et dim., quas ei solvere debet in hoc primo anno, vocavit se pacatum. Pena dupli. Quam pecuniam debet ei solvere pro duabus petiis terre, quas ab eodem presb. Gratiano emerat pos. in curia sive in pertinentia Villanove, quas ipse presb. Gratianus emerat ab Ubertino et Rolando de Guarinis, ut in instrumento per manum Orabone not.[1] Pro predicta pecunia solvenda et pro omnibus expensis obligavit ei petiam I terre predicti heremi, pos. prope predictas II petias terre; ita ut, si non solverit, liceat pre-

dicto presb. Gratiano vel eius heredibus vel illi, cui ipse designaverit, sua auctoritate intrare in possessionem predicti pignoris et vendere aut alii pignorare aut apud se iusto pretio retinere. Testes: Rolandinus Lenguatii, Iohannes Ravennas Ugolini f., Nicholaus Faventinus, Ugolinus de Bosco. Act. in Bononia apud eccl. S. Bartholomei de Palazzo. Iohannes presb. et monachus ss., Iohannes Bonus monachus ss. et vice et iussione Benedicti monachi et Iacobini conversi ss. Frater Enricus ss. Wuilielmus sacri pal. not. ss. Guido prior Cam. consensit et ss.

Originale. *Nello Spoglio:* 1206, Giugno 3, n. 2. *Cf. il reg. precedente.*

[1] *Documento perduto.*

1441. *3 Giugno 1206.*

« Donnus Salimbene heremita heremi de Montali donavit et supposuit donno Guidoni priori Cam., recipienti pro Cam. heremo, predictam heremum de Montali, et eam per librum cum stola propria manu in altari Cam. heremi obtulit, hac videlicet condictione, ut predictus prior, nomine Cam. heremi, habeat plenum dominium in predictis instituendi, destituendi, corrigendi et plantandi pleno iure tanquam in sua propria domo; et promisit donno Guidoni priori predicto pro Cam. heremo obedientiam secundum regulam s. Benedicti et consuetudinem Cam. ordinis per manum donni Symonis vicarii Cam. heremi. Sub a. Domini M°CC°VI°, die IIIª iun. Carta manu Ugonisboni not. ».

Summaria, c. CLXXXXVII v, n. 4. *Mittarelli, IV, 203 cit.*

1442. *Foiano, 7 Novembre 1206.*

A. MCCVI, die VII intr. nov., ind. VIIII, nemine imperante, Innocentio pp. residente. Arnolfinus et Raignoneus gg. filiorum qd. Griffoli de Periuro vendunt, tradunt atque concedunt Marco genero Buccalardi unam petiam terre sibi pertinentem pos. in curia Foiani et prope villam de Cociano et in l. q. v. Sedimena: iuxta viam publicam et terram f. Ranucci de Ascivile et terram f. qd. Buscetti. Per Rolandinum de Margolo investiunt. Iustum pretium receperunt, IIII libr. et XI sol. den. de Pisis. Pena dupli. S. m. suprascriptorum venditorum. Act. in Foiano. S. m. Iohannis Scarpetti, Cenci Sorcai et Rolandini Margoli tt. Rainaldus not.

Originale.

1443. *Roma, 27 Novembre 1206.*

Innocentius pp. .. priori Cam. Veronen. Ecclesiam S. Viti Vicentie, quam scolares civitatis eiusdem construxerunt

et monasterio (Cam.) subdidere, predicto priori et per eum mon. ipsi, sicut eam iuste possidet et quiete, confirmat et presentis scripti patrocinio comunit. Dat. Rome apud S. Petrum, v kal. dec., pont. a. nono.

Originale; sigillo perduto. Summaria, c. CCXXX, n. 4. Mittarelli, IV, App. 263, n. CLXIII. Potthast, n. 2923.

1444. *Bibbiena, Dicembre 1206.*

A. MCCVI, ind. VIIII, dec., Innocentio pp. residente, nullo imperatore in suo trono residente. Rainerius Gresse, per hoc scriptum stantie, convenientie et perpetue obligationis atque refutationis, rennuat et in perpetuum renuntiat eccl. S. Marie sit. Pratallie et Guilielmo, recipienti vice illius eccl., servitium IIII^or^ caseorum, q. sibi annualiter (Guilielmus) faciebat. Pretium recepit, quatuor libr. den. Pisane monete. Pena: duplum. Act. in comitatu Aretino, in foro Biblene. Rikardus de Gressa, Donosdedeo de Oçano, Iacobus de Biblena tt. Iacobus not.

Originale. Precede, sulla stessa pergamena, il doc. Febbraio 1207; cf. il reg. n. 1447.

1445. *Castiglione Aretino, Gennaio 1207.*

A. MCCVII, tempore Innocentii pp. et Henrico qd. imperatore defuncto, ian., ind. x[1]. Cristiana f. olim. * * * * pro se et suis heredibus inter vivos donat, tradit pro remedio anime sue et concedit Guidoni priori mon. S. Savini pro dicto mon. recipienti et successoribus tres libr. den. pro una planeta, et insuper sex libr. den. Dictus prior promittit eam regere et gubernare, dum vixerit, de victu et vestitu secundum possibilitatem dicti mon. et secundum quod fuerit conveniens, et, si ita non observaverit, dictos den. reddere. Pro quibus den. obligat unum campum prope dictum mon. iuxta domum Mathei Ingelesi ex uno latere, ex alio quidam rivus, a tertio via; quem campum recollegit de dictis den. ab uxore qd. Iohanelli de Recenello et in quem campum, si predicta non observaverit, deinde (Cristiana) ingrediatur sua auctoritate, sine legis vinculo et nuntio potestatis, et habeat, teneat et fructus percipiat usque ad solutionem dictorum den. Pena dupli. Si dicta Christiana decesserit, dicti den. ad mon. deveniant. Act. in burgo mercati Castil(ionis) Aret. Testes: Iohannes Aregali, Godençus et Tignosus Donçelle. Amideus not.

Originale.

[1] ind. x *aggiunto nell' interlineo.*

1446. *13 Febbraio 1207.*

« Raynerius olim Guidalotti de Pelago per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque filiorum et parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno magistro Lamberto viccario Cam., recipienti vice donni Guidonis prioris Cam., integrum suum ius patronatus ecclesiarum infrascriptarum, videlicet S. Clementis de Pelago, S. Salvatoris de Liciolo, S. Petri de Casi, S. Bartholi de Castronovo, plebis de Pumino, S. Margarite de Tosina et suum ius omnium bonorum et possessionum ad predictas eccl. pertinentium. Sub a. Domini M°CC°VII°, id. febr. Carta manu Karoli not. ».

Summaria, c. CVII, n. 2. Mittarelli, IV, App. 268, n. CLXVIII, ex apographo authentico Classensi.

1447. *Gressa, Febbraio 1207.*

A. MCCVII, ind. X, febr., Innocentio pp. residente, nullo imp. imperante. Marsilio f. qd. Rodolfini et Bonademani uxor predicti Rodolfini, fratres Ingolus, Ubertinus, Ildibrandinus ff. qd. Rugerii, Ildibrandinus f. qd. Grisi et Druda olim uxor predicti Grisi, per hoc scriptum stantie, convenientie et perpetue obligationis atque refutationis, refutant et in perpetuum renuntiant eccl. S. Marie sit. Pratallie et Guilielmo abb., recipienti vice illius eccl., servitium VIII^to^ caseorum, q. sibi annualiter (abbas) faciebat. Pretium receperunt, octo libr. den. Pisane monete. Pena dupli. Act. in comitatu Aretino, in pleberio Partine, in castro Gresse. Rikardus, Robertus, Ildibrandinus eorum nepos tt. Iacobus not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al doc. Dicembre 1206; cf. il reg. n. 1444.

1448. *(S. Savino di Chio), 25 Marzo 1207.*

A. MCCVII, tempore Innocentii pp. et Henrico qd. imp. defuncto, mar., die s. Marie virginis, ind. X. Cartam finis, refutationis, renuntiationis, cessionis, concessionis, transactionis et convenientie fecit Guido prior mon. S. Savini nomine dicti mon. pro se et suis successoribus et confratribus omnibus et cum voluntate Guidonis camerarii Cam., Guidonis prioris mon. de Anglare, Simonis cam. vicarii et * * * * * * * * * * in persona Magni abb. abbatie Petrorii, recipientis pro dicto mon. et suis successoribus et confratribus, de omni iure et actione, usu ac abusu, in una petia terre pos. in vocabulo Latus: iuxta terram Guiniçelli a duabus partibus; et in duabus petiis silvarum similiter, una quarum pos. in vocabulo Rancus, alia in vocabulo Staf-

file; de medietate pro indiviso homagii quattuor hominum, scilicet Ugetti, Bernardi, Dalanterre ac Paganelli, et de medietate omnium tenimentorum et resediorum, q. dicti homines habent, etiam resident preter comparam et duas petias terre, q. inferius dicentur. Item, dictus abb. Petrorii finivit, refutavit, cessit, concessit, transegit atque convenit dicto Guidoni, mon. S. Savini priori, omne ius et actionem, usum ac abusum, in compara illa, quam Camaldolenses fecerunt Agaçis, scilicet de silvis, terris cultis et non cultis, vineis, arboribus pomiferis et inpomiferis, et in duabus petiis terre; una quarum in vocabulo Casavekia: iuxta viam publicam ex uno latere, ab aliis duabus partibus rivus; alia in vocabulo Vallis Meliaris: iuxta viam a capite, ab alio latere dicta compara. Talis inter eos finis et conventio: quod tenimenta et resedia, q. dicti homines tenent et resident, dividantur per medium ad sensum eorum tabulatoris seu mensoris preter supra designatas terras, et una medietas serviatur abbatie Petrorii tantum et alia medietas mon. S. Savini tantum, et dicti homines dent comuniter dicte abbatie Petrorii annuatim nomine census tres sol. den. preter antiqua debita servitia et quattuor sol. mon. S. Savini, quia plus ab eo possident preter antiqua debita servitia. Simon vicarius, in presentia et testimonio Ricci qd. Iohanelli, Guidonis de Vignale et Guidonis de Grignano, dixit et denuntiavit Amideo not. ut scriberet quod dicti homines adiutorium dent abb. dicto de pane et caseo vel ovis semel in mense et non plus, si ipse venerit personaliter ad villam de Polvano, et hoc sine multo gravamine hominum. Idem facient priori S. Savini, si postulaverit stando ipse apud mon. et non alibi, et quod non possit aliqua dictarum partium acquirere plus iuris vel usus in dictis hominibus, tenimentis et resediis, quod et quem utraque dicta pars nunc in illis habet vel habebat, sine comuni voluntate dictorum domnorum; et si aliqua dictarum partium ius vel usus vendere voluerit, inter se vendant, si altera partium emere voluerit, facta prius requisitione trium terminorum cuiuslibet continentis spatium XX dierum, et minus dabit ei XII den. de unaquaque libr. de pretio convento; et si emere noluerit, liceat ei vendere cui voluerit. Pena: quinquaginta libr. den. Testes: Iohanettus Piccoli et investitor pro abb., Iohannes Areçali et investitor pro priore dicto, Corsettus de civitate Castellana, Guido de Vignale, Rainaldus de Clusura, Guido de Grignano[1], Ricius Iohannelli et alii. Amideus not.

Originale. *Mittarelli, IV, 207 cit.*

[1] *L'orig. ha* Grignano *coll'* i *corretto su* a

1449. *Bibbiena, Marzo 1207.*

A. MCCVII, mar., ind. X, Innocentio pp. residente, nemine imperante. Denanti f. qd. Farolfi rennuat et in perpetuum renuntiat Guilielmo abb. preposito eccl. S. Marie sit. Pratallie, recipienti vice eiusdem eccl., servitium, q. sibi annualiter (abbas) faciebat, scilicet unum den. et dim. et unam comestionem duorum hominum. Meritum recepit secundum legem et X sol. den. Predicta eccl. semper pro se orabit. Pena dupli. Act. in foro Biblene. Rainerius de Gressa, Ingolus, Ildibrandinus f. qd. Rossi tt. Iacobus not.

Originale.

1450. *Chiesa di S. Savino (Pisa), 28 Aprile 1207.*

Guido Sola[1], Cam. prior, pro reservando iure q. habet heremus Cam.[2] in mon. de Cantignano, fratrem Gregorium eligit in abbatem et rectorem predicti mon. et corporalem possessionem tam in temporalibus quam in spiritualibus concedit. Act. in eccl. S. Savini. In presentia Simonis abb. S. Savini, Iohannis prioris claustralis eiusdem mon., Guidonis abb. S. Michaelis de Burgo, Gilii prioris S. Fridiani de Pisa, Gerardi prioris de Cam. Florentie, Ugonis abb. de Monte Muri et Guidonis camerarii Cam., et etiam in presentia et testimonio Foretani qd. Rodulfini, Pauli qd. Manni atque Ugolini f. Montemagni. A. MCCVII, ind. nona[3], quarto kal. madii. Vivianus imperialis aule iud. et not.

Originale.

[1] Sola *aggiunto posteriormente nell'interlineo, pare, da altra mano.* [2] heremus Cam., *come alla nota precedente.* [3] *È usato il computo pisano (= 1206).*

1451. *Anghiari, 6 Agosto 1207.*

A. MCCVII, octavo id. aug., ind. X, Innocentio pp. residente. Guido prior Cam. cum voluntate Guidonis prioris de Anglare et fratrum mon. de Anglare fecit et constituit sindicum et actorem Raignerium priorem eccl. S. Michaelis de Aritio ad omnes causas, quas eccl. Cam. vel mon. de Anglare habet versus homines de Anglari vel eius curie seu in rebus de Anglari vel eius curie. Act. in castro de Anglari, in testimonio Iohannis Bernardini, Mathei et Açonis. Item eodem anno, quarto id. aug., apud heremum Cam., in testimonio Martinelli, Ockii de Moçione et Raignerii, omnes heremite Cam., scilicet Thomas sacrista et maior heremi, Maurus, Iohannes, Basilius, Ildebrandus, Çanni, Pontius, Marinus, Benedictus, Bartholus, Çanni, Iohannes Bonus, Ugo, Vivianus, Iohannes Grassus, Orlandus, Laurentius, Guarinus, Leonardus et Fantone cocus heremitarum, quod factum fuerat a priore Guidone de con-

stitutione dicti sindici ratum habuerunt et illi consenserunt. Hoc idem fecerunt omnes monachi de Fontebona, scilicet Matheus maior claustri, Guido camerarius, Donatus, Lanbertus, Raigrerius, Angelus, Benedictus, Raignuldus, Beggnus, Çanni, Guilielmus, in claustro mon. de Fontebona, et conversi eiusdem mon., scilicet Branca, Collo, Baldo Detaiuti, Albertinuçius, Homodei, Picolinus, Griffolus, Bonumservitium, Aço, Teuço, Calvuçius, Rusticus, Castellus, Çolla, Musso, Homodei, Kalendolus, Çanellus, Guidone, Burnettus, Bernardus, Martinus, Piero, Ugolinus, Galligarius et alii, in testimonio Mencoli, Tedaldi, Iuliani et Pasarini. S. m. dicti prioris Cam., prioris de Anglare et predictorum heremitarum, monachorum et conversorum. Gualfredoctus iud. et tabellio.

Originale.

1452. *Corneto, 23 Ottobre 1207.*

« Innocentius papa III^us^ confirmavit priori et heremo Cam. locum, q. v. Cam. de Verona[1] et eccl. S. Viti de Vicentia, eccl. S. Marie prope Forlivium in Casale, eccl. S. Eustasii iuxta civitatem Ymolensem et heremum Salimbene. Dat. Corneti, x° kal. nov., pont. eius a. x°.

Summaria, c. CCXXX, n. 2. Mittarelli, IV, 206 cit. colla data die xxii mensis octobris.

[1] *Il ms. ha* Vorona

1453. *Corneto, 24 Ottobre 1207.*

Innocentius pp. .. ep. Fesulano et .. priori Castellano. Super controversia, q. inter eos (episcopum et priorem) de Moiona, de Agna et de Lorenzano ecclesiis vertebatur, mandavit ut commissio, q. super illis impetrata fuerat, inter eos suum processum haberet, ita quod idem ep. interdicendo vel excommunicando seu aliquid exigendo lite durante nichil presumeret innovare. Mandatum huiusmodi, si necesse fuerit, faciant per censuram ecclesiasticam inviolabiliter observari. Dat. Corneti, ix kal. nov., pont. a. decimo.

Originale; sigillo perduto. Mittarelli, IV, App. 266, n. CLXVI. Potthast, n. 3202.

1454. *Arezzo, 30 Novembre 1207.*

Bertramus pro comuni civit. (Ar.), vicecomes Montanee, accepta querimonia a Morando sindico sive actori eccl. Cam., quam faciebat de Guilielmo, Bernardino et Ugone Verne, q. iniuste inquietabant dicte eccl. possessionem unius tenimenti, q. detinent pro dicta eccl. per Martinum de Farneta et per Pançium in locis,

q. dicuntur Giordona et Farneta, quibus legittime citatis et peremptorie commonitis ut ad iustitiam faciendam venirent, nec venire volentibus, immo recusantibus, pronuntiat dictum Martinum vel ipsam eccl. pacifice morari in possessione dicti tenimenti, et dedit Orbastam, q. hanc sententiam exequeretur, sic eam observari faciendo ut, veniens infra annum et restitutis expensis, q. sunt xxx sol., et prestita satisdatione iudicio sisti, de causa cognosci possit. Data hec tenuta in civit. Ar. in domo Iacobi Parlasaii, in presentia Rainerii Vitalis, presb. Nicole de Ca(m)pileone, Rainerii de Fabrecke et aliorum. A. MCC°VII°, tempore Innocentii pp., imperio vacante, pridie kal dec., ind. X^a^. Bonimcuntrus not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

1455. *30 Novembre 1207.*

« Morandus sindicus Cam. accepit corporalem tenutam pro Cam. heremo unius tenimenti pos. in Iordona et Farneta, quam tenutam dedit Beltramus vicecomes pro communi Aret. in Montanis. Sub a. Domini M°CC°VII°, II kal. dec. Carta manu Bonincontri not. ».

Summaria, c. LXXXIII, n. 4. Cf. il reg. precedente.

1456. *Pratovecchio, 10 Gennaio 1208.*

A. MCCVII, quarto id. ian., ind. XI[1]. Guido Guerra Tuscie comes palatinus, pro anime sue suorumque parentum remedio, offert, donat, tradit et concedit Guidoni Cam. priori eiusque successoribus in perpetuum integre [totum podere][2], quod fuit Spinelli de Bocena et est in [villa de Bucena et Pratale][2] cum omni iure et actione, exceptis casis et casolaribus, si de ipso podere sunt in Castell(ione) vel in burgis suis[3]. Pena dupli. Act. Pratoveteri. S. m. dicti comitis. S. m. Ugolotti plebani de Stia, Struffaldi de Montedacruci, Orlandi de la Rocca, Colli, Vanghe et Aczi conversorum Cam. In quorum presentia alia die proxima Gualtrada comitissa, uxor comitis, consensu viri fecit similem donationem, oblationem et promissionem eidem priori, sed Struffaldus non interfuit. Rusticus iud. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1207, Gennaio 10. *Summaria, c. XXIII, n. 5, colla data* III id. ian. *Mittarelli, IV, 206 cit.*

[1] *È usato il computo fiorentino.* [2] *Le lacune sono restituite secondo il testo dei Summaria.* [3] *L'orig. ha* meis

1457. *Pieve della Sovara, Luglio 1208.*

A. MCCVIII, iul., ind. XI, imperio vacante, Innocentio pp. residente. In presentia presb. Guiberti, Argumenti conversi, Martini

balitoris de Valialla, Iohannis, Iacobi Valialle et Rainaldi Albiani, Capitaneus, archipresb. plebis Subare et capellanus eccl. Valialle, per hanc cartam permutationis, dedit, cessit et concessit priori Guidoni Cam., recipienti nomine eccl. Cam., licentia Iacobi patroni eccl. de Valialla, aqueductum ad molendinum de Fovea, q. est iuxta Subaram per terram dicte eccl. de Valialla, undecumque vellet facere, ducere predictam terram a molendino de supra usque ad fossatum, q. a domo Dominici vadit in Subaram et a Subara usque ad Ripam, et, si quando esset necesse mutare aqueductum vel regulam a dicto molendino, semper possent homines et conversi Cam. mutare ad utilitatem eorum molendini predictam terram et illa, q. remanet a regula, sit predicte eccl. de Valialla. Recepit a dicto priore Cam. pro predicta eccl. de Valialla, in l. q. d. Ridaio, prope plebem Subare, unum campum bonum et utilem dicte eccl., et insuper molendinarii Cam., q. erant pro custodia in dicto molendino de Fovea vel molendinis, semper debent molere segetem eccl. de Valialla sine molitura, quanta sit necessaria domui eccl. idest rectoribus dicte eccl. de Valialla et non ultra, et sine malitia ad quemcumque molendinum voluerint in dicto loco. Pena: x libr. den. Pis. Per presb. Guibertum dictum priorem investivit de predicta permutatione. Act. apud plebem Subare. S. m. archipresb. Capitaneus. Marianus iud. et not.

Originale. Summaria, c. CXI v., n. 2.

1458. *S. Maria di Camaldoli (Bologna), 11 Dicembre 1208.*

A. MCCVIII, non existente Romano imperatore, die XI intr. dec., ind. XI. Henricus procurator domus S. Marie de Cam. et Iohannes conversus ipsius eccl., hoc emphyteosis instrumento, consentientibus ac presentibus fratribus Rainerio, Ugitione, Iacobo, Angelo[1] et Achanxio[2], dant et concedunt Bonfantino et Runnolo, recipientibus pro se et procuratorio nomine pro Compagnone et Gueretulo fratribus et heredibus, v partes omnium possessionum, q. fuerunt patris in Partignano, aut ubicumque sint, pro indiviso cum introitu et exitu earum usque in viis publicis. Pretium IIII libr. Bon., quod sibi solvisse confitentur. Dant et concedunt ita ut singulis annis in die veneris sancti, pensionis nomine, unum den. Bon. sibi et successoribus exibere debeant. Pena: duplum. Act. in claustro dicte S. Marie de Cam. Durante, Albertinus de Verardo et Arditionus ultramontanus tt. Tancredus Henrici qd. imperatoris not.

Originale.

[1] *Nell' orig.* Angello *colla prima* l *espunta.* [2] Achanxio *aggiunto dopo con altro inchiostro, sembra dalla stessa mano, nello spazio lasciato in bianco.*

1459. *Contado di Perugia, 17 Gennaio 1209.*

A. MCCIX, imperio imperatore vacante, Innocentio pp. residente, XVI° kal. febr., ind. XII°. Rainerius qd. f. Bertrami Bernardi de Perusio inter vivos, pro remedio anime sue, Erminie uxoris et parentum, atque in remissionem peccatorum suorum, donat, tradit, cedit et concedit Guidoni priori Cam., recipienti nomine eccl. S. Salvatoris heremi Cam., tantum de sua vinea, pos. non longe a civitate Perusina in vocabulo Palliola, iuxta terrenum Bernardi fratris et filiorum Cardinalis et Carlevaris et iuxta viam publicam, quantum ei (priori) placuerit recipere, et receperit seu recipiet ex ipsa vinea a quacumque parte voluerit pro mon., claustris et officinis ipsius construendis et pro orto mon.[1]. Item donat, cedit et concedit Leonardum Clare et Ber(n)ardum eius f. cum eorum tenimentis, resediis, servitiis, q. sunt pos. prope Perusium in Villa de Campo et eius pertinentiis; item unum donicatum suum similiter prope Perusium in l. q. d. Campo: iuxta terrenum dicti Bernardi et Alfani et viam publicam a duobus lateribus. Eum per manum Boni eiusdem rei testis investit. Confitetur se recepisse meritum secundum legem et centuplum in vitam eternam. Pena: duplum. Act. in comitato Perusino, non longe ab hospitale Planis Carpini, in plano Quatrubiani iuxta stratam. Rainerius prior S. Michaelis, Matheus prior de Fieri, prior S. Savini, Bonus, Laurentius Pieri Stantii, Bernardinus Ferradii, Gerardus, Detacomandus, Arengus, Ugo, Collus et alii tt. Ubertus not.

Originale. Summaria, c. CCIII v., n. 2. Mittarelli, IV, App. 275, n. CLXXV.

[1] *Cf. il reg. 1477.*

1460. *S. Mamma, 2 Febbraio 1209.*

A. MCCIX, ind. XII, IIII non. febr., imperio vacante, residente pp. Innocentio. Guido camerarius et Morandus sindicus Cam., nomine dicte eccl., perpetue libellario nomine locant Orlandino f. qd. Tieçi de castello Focognano tres partes illius poderis, quod habebat olim Spinellus ab eccl. Cam. in Basciano et in pleberio plebis S. Martini et ubicumque de illo podere invenitur in silvis, stirpetis, cultis et incultis, aquis, rivis per loca et advocabula. Annualiter per totum mensem ian., pensionis nomine, is et heredes debeant dare IIII sol. sine omni redditu. (Orlandinus) ius vendere volens, nulli vendere debeat quin primo se et successores infra XXX dies inquirat, et, se illud emere volentibus, II sol. minus quam alteri sine asto dare debeat. Quod si emere noluerint, salvo iure proprietatis et dominii, liceat ei et heredibus vendere cui voluerit, non tamen servo alterius nec eccl. neque suis (Gui-

doni et Morando) paribus, sed tali persone q. ita pacifice sibi serviat sicut is servire debet, et nichilo amplius ei et heredibus petatur neque superimponatur. Confitentur recepisse pro ingressu locationis xxxv libr. den. et in utilitate proprie domus expendidisse. Investitorem dederunt Barlutium de Basciano. Insuper quartam partem suprascripti poderis, quam habet Iohannes de Basciano vel quicumque, si aliquo tempore ad manus Cam. reveniret, promittunt ei locare; is debeat sibi dare tantum de illa parte pensionis nomine et pro ingressu quantum debet pro una de dictis tribus. Pena: xx libr. den. Act. in porticu eccl. S. Mame. Masarius de Cornano, Bencevenne de Clerico et Barlutius tt. Rainerius not.

Originale in doppio esemplare. Cf. il reg. seguente.

1461. *(S. Mamma), 2 Febbraio 1209.*

« Orlandinus f. olim Teuçi de Focognano tenetur solvere Cam. heremo sol. IIII^{or} den. bon. spend. per se suosque heredes in perpetuum de mense ian. pro annua pensione pro locatione sibi facta a donno Guidone camerario et donno Morando sindico Cam. poderis cuiusdam, q. olim tenuit Spinellus in Basciano et in terris plebis S. Martini. Sub a. Domini M°CC°VIIII°, IIII° non. febr. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. LXXXVII v., n. 4. Altro regesto anche a c. LXXVI v., n. 3; differisce nel termine di tempo pel pagamento dell'annuo censo, stabilito de mense iunii, *e manca delle parole* et donno Morando sindico Cam. *Cf. il reg. precedente.*

1462. *Firenze, 7 Marzo 1209.*

A. MCCVIII, non. mar., ind. XII[1]. Bonaffede f. Orlandi Moronti et postea kal. iun. proximi Gherardus f. Bottrighi Moronti vendunt et tradunt Bellincioni f. Niccole integre XIII stariora, et si plus sibi infra scriptos confines pertinet terra, silva, bosco et sterpeto, pos. ad Casarsa ad Spiligari: ex uno latere rivus, ex alio f. Albertini Buioli, ex tertio Mainetti, ex quarto dicti Bellincionis. Nomine pretii dictus Bonaffede sol. XL et predictus Gherardus sol. quinquaginta den. accepisse fatentur. Pena dupli. Act. Florentie in burgo S. Iacobi. S. m. predictorum venditorum. S. m. Petri Fabri f. Maggioli, Luculene de dicto burgo f. Orlandini, Guineldi f. Gherardusci et Vernacci Peczai f. Martini dal Ponte ad Grieve tt. in venditione dicti Bonaffedi; et dicti Petri, predicti Guineldi et Pieri Casciaioli f. Albertini tt. in venditione dicti Gherardi. Skiettus iud. Frederici imp. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1208, Marzo 7. *Nella parte inferiore della carta, di mano dello stesso notaro:* Predicto priore die predictus Bonaffede promisit

dicto Bellincione quod ab inde ad II menses faciet ei • • • • uxorem suam facere cartulam de dicta terra, silva, bosco, sterpeto et re pro dicto pretio. Pena: duplum. Testes prioris contractus. Predicto posteriori die et coram testibus prioris contractus predictus Gherardus obligavit de suis bonis, iure pignoris, dicto Bellincioni usque ad duplum pro Spendina eius uxore quod, quandocumque eum inquisierit, faciet eam ei facere capitulum de dicta terra, silva, bosco, sterpeto et re pro dicto pretio. Pena: sol. c.

[1] *É usato il computo fiorentino.*

1463. *28 Aprile 1209.*

« Guido Rigetti cum suis filiis et uxore dederunt et optulerunt, pro remedio animarum suarum suorumque parentum, donno Morando vicecomiti Cam., recipienti pro Cam. heremo, Mainetum f. olim Benintendi in perpetuum. Sub a. Domini M°CC°VIIII°, IIII° kal. maii. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. XXIII, n. 6.

1464. *Todi, 12 Giugno 1209.*

A. MCCIX, temporibus Innocentii tertii pp., ind. XII, iun. die duodecima. Rusticus Tudertinus ep., consentiente priore canonice episcopatus eiusdem Petro et eius canonicis, devotus oratorio Beati Antonii in suo episcopatu constituto, vult quod tam per se quam per successores suos tali gaudeat libertate ut, preter confirmationem persone, q. ad personatum illius loci fuerit electa et in spiritualibus correctionem personarum ibidem pro tempore existentium, nullum annuum censum ipse vel successores sui ex debito ab eodem loco petere valeant nec ei imponere aliquam exactionem. S. m. predicti episcopi, Petri prioris et eius canonicorum. Act. in choro episcopatus Tudert. coram Iustiniano de Ranaldo, Galgano de Salomone, Bonavolte de Tudino Manerii, Abrunamonte de Matheo de Nero, Donadeo de Alferio, Bertraimo de Gilio et Saraceno de Montemolino tt. Atto Tudert. iud. ex precepto iamdicti ep., prioris, canonicorum et Ranaldine, cui pro dicto oratorio concessio facta est.

Originale.

1465. *Chiostro di S. Vito in Vicenza, 25 Luglio 1209.*

A. MCCIX, ind. XII, die VII ex. iul., in claustro S. Viti[1] extra burgos civit. Vicent., presentibus Scoto f. qd. Malescoti, Raimondino f. Amabili de Marano, Guidoto nuncio scolarium Vic., magistro Lamberto Teotonico, Ypolito de Apolia, Pedrino et Salliinbene et aliis. Caçavillanus et Lanfrancus domni et magistri legum, magister Çufredus, magister Fortis, magister Ardengus, Bonus Iohannes de Aste, Rusinus de Papia, Martinus de Boemia, Engelbertus Teotonicus, Michael rec-

tor de Ongaria, Iacobus de Betuno de Francia, Çufredus de Bergonia, magister Menendus, Nicolaus prepositus in Pollonia, pro se et pro tota universitate scolarium Vicent. ibi coadhunata, constituerunt atque ordinaverunt cum parabola et voluntate omnium scolarium Vic. Yvonem canc. Polonie et Simonem archidiac. Artrebaten., Thomasium can. Capoanum, Herboldum Teotonicum can. de Confluencia, Desiderium archidiac. de Ongaria, Benedictum de Ongaria, Stevanum can. Bisentinum de Bergondia, Matheum de Yspania, Çanetonem de Mantua, Iohannem can. Ferrarien. de Verona sindicos, nuncios et procuratores ad dandum, remittendum et refutandum totum illud ius et iuris actionem totam et omnes rationes et actiones in eccl. S. Viti et in eius possessionibus tam immobilibus quam mobilibus in Martinum presb. et officialem eiusdem eccl. S. Viti, recipientem pro illis de domo Cam., ita quod illi de Cam. possint in ipsa eccl. et de ipsa et de eius possessionibus facere, dicere et exercere in omnibus et per omnia ut universitas scolarium Vic. poterat per totum, et eos constituerunt in locum suum. Andreas sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVIII v., n. 1. Fortunius, I, 180 cit. Mittarelli, IV, 213 ed.

[1] Viti *aggiunto nell' interlineo.*

1466. *Fucecchio, 6 Novembre 1209.*

Otto quartus Romanorum imperator Cam. heremum cum toto conventu et universis locis, possessionibus, rebus atque pertinentiis in specialem sue maiestatis protectionem recepit *etc. Segue la enumerazione dei possessi come nella bolla d'Innocenzo III (cf. reg. n. 1351). Aggiunge:* (in episcopatu Aretino) eccl. S. Laurentini prope civitatem Ar., mon. de Pratalia[1], castrum de Trecciano cum eccl. et pertinentiis et ius q. habet in castro de Capresa[2] et in toto eiusdem castri destrictu et omnia q. iam fuerunt Bernardini olim f. Sidonie[2] et omnia q. Quintavallis[2] et Astuldus dederunt sive concesserunt heremo, homines quos habet heremus in villa de Lonnano, in villa de Tegiano et in toto Casentino atque Muscello, partem sive ius q. habet heremus in Partina et in toto eiusdem districtu, et homines quos habet in castro Serravalle et quicquid iuris habet in ipso castro et eius curia, et vendictionem factam ab Henrico preposito Ar. canonice S. Donati et eius canonicis[2], sicut in privilegio pp. Innocentii III[3] et Henrici VI[4]; (in episcopatu Fesulano) eccl. sive canonicam S. Margarite de Tosina[5] et ius patronatus eiusdem eccl. concessum heremo a Ranerio qd. Guidalocti et in plebe de Pomino[5] et plebe de Glagceto et in aliis eccl., et quicquid dictus Rainerius heremo concessit[5]; (in civitate

Pisana) hospitale S. Fridiani; in episcopatu Camarinensi mon. S. Helene Esine[6] cum omnibus pertinentiis *(nella bolla d' Innocenzo III appare* in episcopatu Spoletano), et similiter in Marchia heremum Aqueperellis[7] et eccl. de Quadrigara[8] cum eorum pertinentiis; in episcopatu Ariminensi heremum de Montali[9], in episcopatu Cesenati hospitale de Rovoreto; (in episcopatu Fori Populiensis) mon. S. Marie de Urano iuxta Brettinorum[10]; in episcopatu Forliviensi eccl. S. Marie iuxta ipsam civitatem[11]; in episcopatu Imolensi mon. S. Eustasii[11]; in episcopatu Veronensi mon. S. Marie de Cam.[11]; in episcopatu Vincentino mon. S. Viti[11-12]; (in insula Sardinie) mon. de Orrea[13]; in episcopatu Perusino possessionem quam dedit Rainerius qd. Bertrami, civis Perusinus[14], heremo. Pro remedio anime sue et parentum, ad imitationem antecessoris Henrigi, donat eccl. S. Salvatoris Cam. heremi foderum de curte Socii[15] et de Moiona[16] et de hominibus in eisdem locis manentibus *etc. come nel reg. n. 1247.* De aliis vero locis ipsius heremi et monasteriorum sui ordinis et hominibus, iuxta concessionem ipsius Henrici, sicut in alio privilegio[17], fratres Cam. ordinis fodrum imperialem competenter colligant et cui dandum fuerit persolvant, nisi forte sibi (Ottoni) placuerit illud eisdem Dei servis donare. Concedit etiam quod nulla alia prescriptio quam octogenaria eis ab aliquo possit opponi. *Seguono le disposizioni contenute nei diplomi di Enrico VI, reg. n. 1251; di Federico I, reg. n. 1112, intorno al* novum aqueductum*; di Enrico VI, reg. n. 1268.* Pena: c libr. auri. Testes: Wolfkerus patriarcha Aquilegensis, Ubaldus Ravennas archiep., Lottharius Pisanus archiep., Ildebrandus Wulteranus ep., Engelhardus Cicenensis ep., Petrus Urbis prefectus et Theobaldus frater eius, Azzo marchio Estensis, Ildebrandinus palatinus comes, Hartmannus comes de Kirchberc, Ezzelinus de Tarvisio, Henricus marscalcus de Callendin, Henricus de Ravenesberc camerarius, Gunçelinus dapifer et alii quam plures. S. Ottonis quarti Romanorum imp. Conradus Spirensis ep. imperialis aule canc. vice Theoderici Coloniensis archiep. et totius Italie archicanc. recognovit. A. MCC°VIIII, ind. XIII, a. imperii primo, apud Ficiclium, octavo id. nov., per manum Gualterii protonot.

Originale; sigillo perduto. Copia membr. del sec. XIII colla data MCCVIII., ind. XIII ..., oct. id. nov. (*Spoglio:* 1208, novembre 6); *Copia membr.* 1322, settembre 17 *del not.* Marsoppus Guidalotti Pintaccii de Signa (*Spoglio:* 1209, novembre 6, n. 2); *Copia membr.* 1345, novembre 29 *del not.* Iohannes f. Nuti de Martignana Flor. dioc. (*Spoglio:* 1209, novembre 6, n. 3). *Summaria, c. CCXLII v., n. 3; Rotolo cart. del sec. XIV, reg.:* Camaldoli, 1095 novembre. *Fortunius, I, 180 cit. colla data* 8 id. apr. *Mittarelli, IX, App. 283, n. CLXXX* ex codice membr. S. Michaelis Pisarum. *Tola, Cod. dipl. Sardiniae, I, 316, n. XVIII. Ficker, Winkelmann, Reg. n. 321.*

[1] *Cf. il reg. n. 1228.* [2] *Cf. il reg. n. 1112.* [3] *Cf. il reg. n. 1351.* [4] *Cf. il reg. n. 1242.* [5] *Cf. il reg. n. 1446.* [6] *Cf. il reg. n. 1228.* [7] *Cf. il reg. n. 1228; Mittarelli, IV, 108 cit.* [8] *Cf. Mittarelli, IV, App. 156, n. XCII.* [9] *Cf. il reg. n. 1441.* [10] *Cf. il reg. n. 1197.* [11] *Cf. il reg. n. 1452.* [12] *Cf. il reg. n. 1465.* [13] *Cf. i regg. nn. 1430 e 1434.* [14] *Cf. il reg. n. 1459.* [15] *Cf. il reg. n. 1246.* [16] *Cf. il reg. n. 1247.* [17] *Documento perduto? Cf. il reg. n. 1112.*

1467. *Vicenza, 18 Febbraio 1210.*

A. MCCX, ind. XIII, die iovis XI ex. febr., in domo Ferrarii de Fontaniva iuxta cimenterium Beati Viti iuxta situm civit. Vicent. extra portam S. Petri. In presentia Ugucionis nepotis qd. Pilii iud., Girardi qd. Symeonis Henrici Lollii, Marcii f. Berni de Uprando, Arnaldini Ganzerre, Palmerii conversi Cam., Deotevvarde de Faventia et aliorum, iure pure, mere et irrevocabilis donationis inter vivos et ad proprium Ferrarius de Fontaniva, consensu Palmerie uxoris ibi presentis, et in presentia Wilielmi abb. de Pratallia Cam., Henrici, Iohannis, Boni, Martini et Actonis fratrum Cam. et Iordani et Gregorii, investivit Guidonem priorem Cam., recipientem nomine eccl. S. Salvatoris heremi Cam., et ita quod, dum ordo Cam. fuerit in predicta eccl. S. Viti, quod ipsa sit usufructuaria de presenti datione et possideat, et, si ordo ille a dicta eccl. S. Viti cessaret, quod eccl. heremi Cam. huius donationis cum dominio habeat usufructum, et usufructus, redditus et possessio ad dominium et proprietatem revertantur et cum ea consolidentur nominatim de cuncta ea immobili proprietate et toto eo terratorio, quam et quod idem Ferrarius habet et tenet vel videtur habere, ipse aut alii pro eo, in villa Liserie aut in eiusdem loci finibus et in tota curia et circa et vvarda et pertinentia ipsius loci, exceptis vassallaticis, comitatu, mariganc(e), consortia et parte sua, quam habet in castro Liserie, q. omnia donator iamdictus in se retinuit. Eodem modo, nomine donationis predicte irrevocabilis inter vivos ad proprium, investivit sepedictum Guidonem priorem de quadam locatione in Braitesena, quam ab eo tenent ff. Baronci de Braitesena ad reddendum omni anno I modium inter milium et surgium ad mod. Vinc. et X sol. den. Veron.; retinuit usufructum huius donationis in vita sua. Pena dupli. Eodem die apud eccl. predictam S. Viti, presentibus predictis Ugucione, Girardo, Marcio, idem donator concessit, dedit, remisit predicto priori, nomine eccl. predicte S. Salvatoris, redditum et usufructum sepedicte donationis. Spinellus sacri pal. not. « hoc et aliud instrumentum huic consonans » scripsit. Hec est terra, quam Ferrarius donavit: in primis I mansus, q. tentus fuit per Martinum Grimaldi, quem nunc tenet Albertinus Claudus, in villa Liserie: ab uno latere Henricus Forbitus, ab alio idem Ferrarius,

ab I capite Ranfredinus de Angar(e), ab alio Çamboninus faber: I petia terre ipsius mansi iacet in Olnedo: ab I capite Phylippus, ab alio ff. Peregrini de Maria, ab I latere ff. Zannonis, ab alio Vitus Widote; alia petia iacet desuper a Fossesella: ab I latere Henricus Forb(itus), ab alio eccl. S. Lucie, ab uno capite eadem eccl., ab alio Henricus Forb(itus) et Gabriel Tardivelli. Item II petie terre a Fossesella insimul se tenentes: ab I capite Wido Henrici, ab alio via publica, ab I latere eccl. S. Lucie, ab alio Gabriel Tardivelli. Item I petia terre dicta clausura Brixete: ab uno capite palus comunis Liserie, ab alio via publica q. vadit in Runcosovusto: ab I latere Henricus Forb(itus), ab alio idem et ff. Carlexaris. Item I campus q. d. campus Brixete inter fossam et tribolum: ab I capite Gabriel Tardivelli, ab alio Henricus Forb(itus) et hospitale Liserie, ab I latere Henricus F(orbitus), ab alio idem Henricus. Item I petia in Vançofalone: ab uno latere Odolricus Galleti, ab alio Henricus, ab I capite Henricus, ab alio strada. Item alia petia in Vançofalone: ab omnibus partibus Henricus Forbitus, preter ab I parte Bartholomeus. Item alius mansus, q. fuit tentus per Iohannem Henrici et nunc tenetur a filiis Iohannis Henrici, in Liseria: ab una parte strada, ab alia abb. S. Felicis, a tertia eccl. S. Lucie et a quarta Ferrarius. Una petia terre in Runcosovusto, q. est circa duos campos et dim.: ab I capite Henricus Forb(itus), ab alio Odolricus Galli, ab I latere via, ab alio terra Odolrici Galli, q. fuit illorum de Bertelasio. Item I petia terre a frata Quinti: ab I capite Henricus F(orbitus) et Gabriel Tardivelli, ab alio Zamboninus faber, ab I latere Zamboninus faber, ab alio via publica. Item I petia terre in Vançofalone: ab I capite et ab alio ff. Carlex(aris), ab I latere Henricus Forbitus, ab alio Bartholomeus Martinelli. Item I campus a fossa: ab I latere et a capite via, ab alio latere Henricus Forbitus, ab alio capite ff. Petri de Alberico. Item I petia in campo Sigardulo: a capitibus et a latere via, ab alio latere Bartholomeus. Item in eadem hora alia petia: ab I capite et a latere via, ab alio capite Henricus Forbitus. Item II petie ad arrota, q. insimul se tenent: a capite et latere tribolus, ab alio latere et a capite Mucius. Item due petie prati, q. insimul se tenent a pratis paludis: ab I capite Henricus Forbitus, ab alio Odolricus Galli. Item I petiola prati in eisdem pratis: ab I latere ff. Zannonis, ab alio Wido Henrici Forbiti, a capite idem Wido, ab alio hospitale Liserie: hec prata non sunt divisa inter mansos. Item I petia prati, q. est in boschita et in mallatura, in frata Liserie: ab omnibus partibus illud nemus. Preterea I sedimen pos. in villa Liserie: ab I parte et ab alia Henricus Forbitus, a capite strada q. vadit ad castrum, ab alio

strada q. vadit Bolçanum. Item illa locatio de Braitesena nominata in instrumento.

Originale. Nello Spoglio: 1210, Febbraio 19. *Summaria, c. CLXXXXVIII, n. 2. Fortunius, I, 180 cit., colla data* die XI febr. *Mittarelli, IV, App. 295, n. CLXXXIII.*

1468. *Avesa, 21 Febbraio 1210.*

Die VIII ex. febr., in Avesa in domo S. Marie de Cam. in quodam oratorio iusta eccl. suprascriptam. In presentia Iohannis de Spicianis, Isnardi de Goiço can., Alberici de Lendenaria, Iacobini de Bicio, Adamini de Bella, Cape et Porcelli tt. Presb. Iohannes, Petrus cl., Rubinus q. d. esse cl., Iohannes conversus, et Elica, Clusara, Biata, Sophia, Temperancia et Maria converse eccl. S. Marie fuerunt concordes cum Widone priore eccl. S. Salvatoris de Cam. pro suo conventu quod eccl. suprascripta S. Marie, cum omnibus suis possessionibus tam in terris quam in molendinis, aquis, nemoribus et aiacentiis, pertinentibus ad ipsam eccl. constitutam in Avesa, est sub eccl. S. Salvatoris de Cam. (*Seguono le* conditiones [1]). Omnia suprascripta prior dictus heremi una cum suis fratribus astantibus confirmavit, laudavit, concessit. Nomina fratrum: Wilielmus abb.[2] Pretaie, Henricus, Bonus, Iohannes, Martinus. A. MCCX, ind. tertiadecima. Bernardus sacri pal. not.

Originale in doppio esemplare. Nello Spoglio: 1210, Febbraio 22, nn. 1 e 2. *Copia del sec. XIII di* Ugolinus de Anconella iud. et not., *che precede la copia dell'altro doc.* 21 Ottobre 1202, *reg. n. 1396. Nello Spoglio:* 1210, Febbraio 22, n. 3. *Summaria, c. CLXXXXVI v., n. 2. Mittarelli, IV, 222 cit., colla data* sub die octava februarii.

[1] *Le condizioni sono quelle stesse contenute nel doc.* 21 Ottobre 1202; *solo, dopo la formula* si fratres sunt concordes *(espressa però in altre parole)* ... eligat eum et confirmet, *si aggiunge la clausola* eo salvo quod si fuerint ibi tantum duo monachi, quod unus non possit eligere alium; set si fuerint concordes de eligendo alium q. sit de conventu Cam., dum tantum non sit prelatus, quod possint eligere et dictus prior teneatur et debeat ipsum confirmare. Sin autem noluerit confirmare, nichilominus debeat esse prior ille q. erit electus. [2] *Gli origg. e la copia hanno* habas

1469. *Ravenna, 2 Marzo 1210.*

« Otto imperator IIII^us^ confirmavit et concessit abbati S. Appollenaris in Classe ut non cogatur ad angarias vel perangarias vel ad alias operas per aliquem imperatoris nuntium vel ad ea q. per leges vel canones ad pia sunt opera deputata, nec de suis domicultibus aliquibus omnino prestare, sed neque collectam vel exactionem vel hospitia prestare cogatur invitus. Insuper statuit ut homines prefati mon. in Romania et Marcia, iurisdictioni suorum dominorum, sive inter se agant sive conveniantur ab aliis, subi-

ciantur omnino. Si vero alios ipsi conveniant sub eorum dominis, agant ita ut actor forum sequeretur rei; fodrum quoque alternis annis, qui unum iugum boum habuerit, den. XII Rav. solvat; qui autem duo iuga den. XVIII; qui vero tria sol. II pro se et familiis suis; qui autem unicum bovem habet den. VI; qui vero manibus unde operatur vel alia exercet opera den. IIII^{or} tantum, omni alia exactione cesante. Remisit denique albergariam castri Goçi; adiecit denique ut, si quando predictus abb. et sui fratres et eorum successores conveniantur vel agant, non cogantur prestare iusiurandum calumpnie, nisi per sindicum vel actorem, et quod nulla eis prescriptio in rebus eccl. opponatur, nisi C annorum tantum; liceatque sepenominatis fratribus, finito emphytiotico iure locationum et aliorum iurium, defectu personarum, temporis vel modo alio possessionem ingredi, non obstante consuetudine vel statuto alicuius civitatis vel castri vel loci. Item quod eis liceat in suis possessionibus molendina construere, et per possessiones suas aquam de flumine publico derivare. Item ordinavit ut in causis predictorum, sive conveniantur vel agant sive obtineant vel amittant, nostris iudicibus et potestatibus non nisi den. XII pro libra persolvant, et eorum cause[1] infra dies XL^{a} decidantur, nisi maiores indutias propter absentiam testium vel instrumentorum causa postulaverit vel nisi per appellationem fuerit facta suspensio. Item omnes possessiones et bona habita et habenda mon. nominati confirmavit eidem, que bona et possessiones propriis vocabulis in presenti privilegio sunt expressa. Require de hac materia retro in privilegio Urbani pape III.[2] Dat. Ravenne per manum Gualterii pronot., a. Domini M°CC°X°, die II^{a} mar. ».

Summaria, c. CCXLIIII, n. 1. Mittarelli, IV, App. 299, n. CLXXXIV, ex autographo Classensi. *Ficker, Winkelmann, Reg. n. 354.*

[1] *Il ms. ha* causa [2] *Cf. il reg. n. 1239.*

1470. *Bologna, 2 Aprile 1210.*

A. MCCX, die veneris secundo intr. apr., ind. XIII, regnante Ottone Romanorum imperatore. Calanchinus de Strata S. Stephani inter vivos donat Iohanni sindico Cam., recipienti nomine eccl. S. Marie de Cam. et etiam pro hospitali ipsius eccl., quod hospitale prope dictam eccl. est pos., petiam unam terre vineate pos. in l. q. v. Monte Donati in perpetuum, retento tamen usufructu in se donec vixerit et retento similiter usufructu pro uxore donec vixerit et in domo sua steterit caste et honeste. Insuper inter vivos donat predicto Iohanni sindico XX libr. Bon., quarum X sint ipsius eccl. et hospitalis, alie X sint pro pallio uno emendo pro se Calanchino, quas X libr. et quod palium nolit quod

ipsa (eccl.) et hospitale habeant nisi in fine sui obitus. Ad hec donat iamdicto sindico XL sol. Bon. recipienti pro priore, et XX sol. Bon. pro quolibet fratre ipsius prioris eiusdem eccl., qui sunt ibi vel pro tempore fuerint in ipsa eccl. tempore sue mortis. Pena dupli. Confines dicte petie: a duobus lateribus Girardinus de Meseraçano, a tertio lat. Bonaguisa, a quarto lat. Guidolinus Martini de S. Rofillo. De quo contractu debent fieri duo instrumenta voluntate partium uno eodemque tenore. Act. in civ. Bonon., in domo Boni Cambii de Carariis. Interfuerunt Bandinus legis doctor, magister Gratia, Guido archipresb. plebis de Barbarolo, Aldrebandinus Scolaris de Monte Aguto et Bolognettus nepos predicti Calanchini. Iacobus de Ulçiano imp. Ottonis not.

Originale.

1471. *26 Maggio 1210.*

« Bonincontrus, Phylippus et Gerardus et Nobilis eorum mater tenentur solvere Cam. heremo vel eius nuntio annuatim den. VIII bon. et spend. per se suosque heredes in perpetuum, in festo s. Stephani, nomine census pro quodam podere, q. a Cam. heremo tenent, pos. in loco dicto Ulmus, Pratasini et Carcerelle, iuxta terram eccl. S. Marie in Gradu, de quo podere tenentur predicto modo solvere decimam. Sub a. Domini M°CC°X°, VII° kal. iun. Carta manu Martini not. ».

Summaria, c. LXXXVIII, n. 1. Cf. il reg. n. 1474.

1472. *26 Maggio 1210.*

« Ianni et Iacobus fratres de Basciano per se suosque heredes in perpetuum tene(n)tur solvere Cam. heremo annuatim sol. IIII^{or} bon. den. spend. pro locatione eis facta a donno Morando, vicecomite Cam., pro Cam. heremo, unius poderis et tenimenti, pos. in terris S. Martini in Caliana, in districtu Basciani. Sub a. Domini M°CC°X°, VII° kal. iun. Carta manu Alberici not. ».

Summaria, c. LXXXVII v., n. 5. Cf. il reg. n. 1475.

1473. *11 Giugno (circa 1210).*

« Iudex Comita de Laccon et donna Agnese regina, cum consensu Mariani regis eorum filii, pro anima sua et suorum parentum donaverunt et optulerunt priori eccl. S. Marie de Orrea Pichina s abba dessas fontanas de Agithu, de Cutatu, et dessas fontanas de S. Iusta pro regersende su mulinu usque in finem seculi XI° die mensis iun. Carta manu Petri scriptoris iudicis Comite ».

Summaria, c. CLXXXVIII, n. 4.

1474. *Castel Focognano, 15 Giugno 1210.*

A. MCCX, ind. XIII, XVII[1] kal. iul., Odone imp. imperante. Matheus presb. eccl. S. Iohannis de Castello Focongnani, arbiter de controversia, q. vertitur inter Morandum sindicum[2] Cam., ex una parte, et filios olim Prove, idest Bonumcontrum, Filipom, Guardum et Nobilem matrem eorum, ex alia, de pensione et decima de terra pos. in commitatu Aritino et in plebeio plebis S. Marie sito Aritio et in l. q. d. Ulmo, Prattasini et Carcerelle: a primo et II latere terra eccl. S. Marie in Gradus et a III Bonooste; iudicat, arbitratur et difinit, per consilium archidiac. Guidonis, Martini presb. eccl. S. Donati, Iohannis archipresb. plebis S. Marie, Iohannis plobani de Buiano, Orlandi et Petri iudicum et aliorum quam plurium clerichorum et laichorum, ut ff. Prove annualiter persolvant VIII den. Pis., nomine pensionis et in festivitate s. Stephani, Morando vel Camaldulensibus et decimam de supra terra et non amplius. Pena: XX libr. den. Pis. Act. in castro Focongnani, in domo supra sacerdotis. Testes: Aldobrandinus f. olim Grifuli, Baracus et Baracucius f. eius. Martinus not.

Originale. Nello Spoglio: 1210, Giugno 25, n. 1. *Cf. il reg. n. 1471.*

[1] X *aggiunto nell' interlineo.* [2] *L'orig. ha* sinctticum

1475. *Borgo di Subbiano, 25 Giugno 1210.*

A. MCCX, ind. XIII, imperatore Ottone quarto regnante, VII kal. iul. Morandus vicecomes Cam., procurator, syndicus et actor, nomine Cam. eccl. et fratrum, libellario iure in perpetuum locat, tradit atque concedit Ianni et Iacobo de Basciano gg. fratribus et heredibus omnibus, masculis et feminis, totum et integrum illud tenimentum, olim a Petrucio f. qd. Petri de Popani detentum, cum omnibus pertinentiis, aiacentiis, contentis et omni suo iure, q. pos. est in plebatu S. Martini, sit. Caliano, in curte et districtu Basciani et in eius pertinentiis, iuxta terram supradictorum conductorum et iuxta eorum tenimentum; illud etiam, iure predii rustici vel urbani, in perpetuum concedit. Dat Iohannem castaldum de Subiano investitorem. Omni anno in mense ian. nomine censi reddant vel persolvant IIII sol. Pis., et de dicto censo liceat conductoribus et heredibus retinere quolibet anno VI den. pro comestione. Si ius aliquando alienare voluerint, nemini dare debeant quin prius se et successores vel dictam eccl. Cam. requirant, et intra XXX diebus requisitis II sol. minus quam alteri sine asto dare debeant; et si illud emere voluerint, liceat dare cui voluerint, attamen non suis paribus neque fortioribus nec servo alterius nec alicui loco religioso, sed tali persone, q. dictum tenimentum vel de dicto tenimento ser-

viat[1] sibi sicut ii (conductores) servire debent, et nichil iis superimponatur. Morandus eadem promittit. Pena: x libr. den. Pis. Act. in burgo Subiani ante domum Bie. Testes: presb. Ugicio de Subiano, Beçolus Caponeri, Petrucius supradictus, Rolandinus et Iohannes castaldus investitor. Albericus auguste celsitudinis iud. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1210, Giugno 25, n, 2. *Cf. il reg. n. 1472.*

[1] *Nell'orig.* serviant

1476. *1 Luglio 1210.*

A. MCCX. « Ego Maria de Thori, ki la fatho custa carta cum boluntate de Deus et dessu donnu meu iudike Comita de Laccon et dessa muiere donna Agnesa regina et dessu fiiu donnu Marine rege, et cum boluntate de fiios meos, las do anbas sas clesias meas S. Maria et S. Iusta de Orria Pithinna ad Sanctu Salvatore dessu heremu de Camaldula et oferio las in manu dessu priore maiore de Camaldula, donnu Martine, custas clesias[1] cum omnia pertinentia issoro, cum servos et cum ankillas et cum domos et cum saltos et cum vinias et cum terras de fune et cum omnia battorpedia, canta est apus ecustas clesias. Et do li sa domo mea pecuiare de Tiugulbi, ki appo de parentes meos cum omnia pertinentia sua, domos et saltos et servos et ankillas et binias et terras de fune et cum omnia battorpedia, canta est appus ecusta domo, pro appat inde prode supriore de Camaldula et issos heremitas », « pro ssa anima mea et de maritu meu et de fiios meos et de tota sa domo mea ». « Et ego iudike Comita de Laccon ki fatho custa carta pro precu, ki mi fekit donna Maria de Thori, thia mea, et issos fiios et issu priore donnu Rubertu, kivi fuit tando pro Camaldula in Sancta Maria. Et voio sos servos de custas clesias ki appant herga et ginithu da voie innanti, cale avean et tratavan sutta donnu Petru de Maroniu et sutta sa muiere donna Maria de Thori usque in sempiterna secula. Amen ». « Et sunt testes: primus Deus omnipotens, deinde Ithoccor de Navithan, Comita de Serra, Mariane de Maroniu testes; Comita de Navithan, Mariane de Laccon, Comita Pinna testes; Gunnari de Maroniu, Gosantine Dathen, Petru de Thori testes; Dekita de maiores de Ianna, Iohanne Derthas ekita sua testes ». Petrus scriptor iudicis Comita. Iul. prima die.

Originale. Summaria, c. CLXXXIX, n. 1. Mittarelli, IV, App. 305, n. CLXXXVI. Codex dipl. Sardiniae, I, 317, n. XX.

[1] *Nell'orig. segue* meas *espunto.*

1477. *(Perugia), 21 Luglio 1210.*

A. MCCX, ind. XIII, ex. iul. die XI, tempore Innocentii pape et Ottonis imperatoris. Iohannes Perusinus ep., cum consensu

Iohannis Perusini archipresb., Iohannis Perusini archidiac., Hermanni et Ugonis eiusdem canonice canonicorum, concedit Guidoni priori Cam. pro se et successoribus hedificare ecclesiam ad honorem S. Trinitatis et Cam. heremi in l. q. d. Palliola, Perusine diocesis, in possessione, quam Rainerius de Bertraimo ecclesie S. Salvatoris heremi Cam. dederat,[1] et dat et concedit libere et absolute primarium lapidem; et dicta eccl. ab omni honere vel gravamine sit libera et exempta, preter quod singulis annis prior vel prelatus eiusdem loci et successores solvent sibi ep. et successoribus XII den. infor(tiatorum) Luc(ensium), nomine synodatici, in festo s Laurentii; et si ipsa eccl. habebit populum, (prior) respondebit de quarta testamentorum et decimarum sibi ep. et successoribus; ad synodum venient; et si aliquis elegerit ibi sepulturam, quod non faceret testamentum specialiter ep., dabit quartam de hoc quod recipiet, nisi fuerit monachus vel conversus; et si fuerit generale interdictum, celebrent divina ianuis clausis, monachis et conversis supressa voce; interdictos et scomunicatos scienter non recipient, sed potius vitabunt; et populus ipsius eccl., si habuerit, teneatur venire in generalibus processionibus cum episcopo, archipresbitero et canonicis; et parrochianos plebium Campi et S. Stephani et iura sua malitiose non recipient. Ep. et prior pro se et successoribus promittunt se inviolabiliter observare. Act. in palatio eiusdem ep., coram Rainerio Bertraimi, Campolo Baldovini, Pane et Vino not., Andrea Diviçelli, Oliverio rectore eccl. S. Severi de Monte et Martino capellano S. Iohannis Rotundi tt. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. CCIII v., n. 3. Fortuntus, I, 181 cit., colla data XI Iulii, *e Mittarelli, IV, 221 cit.*

[1] *Cf. il reg. n. 1459.*

1478. *Presso Motena (Anghiari), 26 Luglio 1210.*

A. M°CC°X°, iul., ind. III.X, O(ttone) imperatore, VII kal. aug. Vivolus constitutus a priore G(uidone) Cam. ad iustitias faciendas in castello Cast(ellionis) et in curia eiusdem castelli et in plebe Miciani — accepta querimonia a Rigetto quam faciebat contra Martinum Stroccum et Rainaldum Albiani de duabus petiis terre: una pos. in l. q. d. Finile iuxta terram Oliveri et Rainaldi et viam, alia in Peceteta iuxta terram Aliotti et Iohannis Vilani et Nerconis — eos citavit legittime; — Rigettus dicebat quod tenutam de dictis rebus habebat et sibi data fuit per Orlandinum balidore(m) et instrumentum ostendebat —; ipsi ante se venerunt et fideiussorem sibi dederunt de lite exercenda, et postea penitus dimiserunt et iudicio standi negaverunt et renuerunt. Ideo, consilio Ma-

riani iud., mittit in possessionem predictum Rigettum de dictis duabus petiis terre per Iohannem de Çaço suum investitorem, et ei confirmat tenutam, reservato auxilio legali absentibus, q. respondere de iure noluerunt et contumaciter recesserunt, ut redientes infra annum, restitutis omnibus expensis XIIII sol. et prestita cautione de lite persequenda, recipiant possessionem. Data hec tenuta iusta domum Mutine. In testimonio Iohannis Çaçi et Guidonis Rebufate, Brunepti Montanini, Albiani et aliorum. Marianus iud. et not.

Originale.

1479. *Bologna, 4 Agosto 1210.*

A. MCCX, regnante Otone Romanorum imperatore, secundo non. aug., ind. XIII. Constat Oseppum f. qd. Thome iud. de Tusciis et Guidonem Blasii de Tusciis vendidisse et tradidisse priori eccl. S. Marie de Cam. Bonon. dioc., recipienti nomine predicte eccl., eiusque successoribus, proprium in perpetuum condititium unde pertinuerit, petiam I terre vineate cum domo desuper eam et unam aliam petiam terre de aulivetis pos. in pertinentia Meseraçani cum omni iure, actione et accessibus usque in viis publicis. Confines petie terre aulivate: desuper Albertus de Munso, a sero presb. Egidius de S. Andrea et de suptus, a mane via publica. Confines petie terre vineate, ubi est domus: a mane Michael et Rodolfinus, desuper via publica, a sero Melius de Meseraçano, de suptus Thomasinus et Nurdilolus ff. qd. Nurdiloli de Bavosis. Pretium uniuscuiusque terre XXI libr. Bon. et dim. Pena: duplum. Insuper predictus Osepus pro his omnibus observandis obligavit eidem priori specialiter braidam suam prope predictam eccl. et generaliter omnia alia sua bona, et similiter prefatus Guido omnia sua bona. Predictum priorem suum procuratorem constituerunt. Act. Bononie iusta eccl. S. Crucis. Uguitio de Regio iud., Iohannes monachus S. Marie de Cam., Gerardus de eodem loco et Filius Carus tt. Ricardinus Henrici imp. not.

Originale.

1480. *Castiglione Aretino, 19 Ottobre 1210.*

Depositiones quas faciunt in controversia inter Tebertum, ex una parte, et Iohannem Areczi et Pierum, ex alia, infrascripti testes: Arecço de Toppo, Teuçettus, Gianuculus, Berçellus, Turçanus, Gerarduccius, Iohannellus Gerardi, Guido Gerardi, Ugolinus de S. Stephano et Gerardus Boccius. Apud Castell(ionem) Aret. ante eccl. S. Michaelis, coram Isacco de Montecclo, Gecçalo

et Spinabello qd. Spinelli et aliis multis. A. MCCX, Octone Romanorum imperatore, XIIII kal. nov., ind. XIII. Petit Tebertus a Iohanne Arecçi et Piero restitutionem tenimenti unius pos. a le Torri cum suis pertinentiis et II pet. terre sub molendino de Toppo, una quarum iuxta terram Deustesalvet et Gerardi Bocci, alia iuxta terram Arecçi de Oliveto et dictam terram Gerardi, et duarum partium alterius petie cum arboribus pos. sub domo eiusdem Io(hannis), cui a duabus partibus via, ab alia terra eccl. S. Savini, q. omnia dicit eos iniuste detinere et ad se pertinere ex concessione sibi facta a fratribus Mat(heo) et Pie(ro) et eos sibi restituere debere, et in primis petit restitutionem possessionis. Confitentur Io(hannes) et Pie(rus) se predicta omnia possidere, nec credunt ea ad eumdem Tebertum pertinere nec ei restituere debere, et quod tenent ea pro suis et non tenuerunt a Teberto nec pro hominibus de domo sua nec pro suo patre nec adhuc ea eis servierunt. Tebertus dicit quod ipsi et eorum pater et avus tenuerunt ea pro Warnerio suo avo, quod Iohannes negat. Christoforus not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

1481. *Castiglione Aretino, 24 Ottobre 1210.*

Amideus iud. ord., ex delegatione Henrici Faffi Aretii et Castelli imperialis aule legati, cognitor litis et controversie q. vertebatur inter Tebertum qd. Gilii, ex una parte, et Iohannem Arecçali et Pierum fratrem eius, ex alia,[1] recepto sacramento calumpnie et prestito, visis et auditis eorum allegationibus et confessionibus et testibus ab utraque parte receptis, nec non publicis instrumentis hinc inde prolatis, prefatos Iohannem et Pierum ad restitutionem trium partium tenimenti de le Torri prefato Teberto condempnat; ab aliis petitionibus, ab eodem Teberto factis, eos absolvit. Dat. in Castell(ione) Aret. in eccl. S. Michaelis, VIIII kal. nov., coram Isacco de Montecclo, Struffa Beroardi, Caparoccio olim Deustesavelt, Bonifacio Tursi, Viviano Giberti et aliis. A. MCCX, Octone Romanorum imp. imperante, ind. XIII. Christoforus not.

Originale. Cf. il reg. precedente.

[1] *Seguono le richieste di Teberto come nel reg. precedente; solo dopo* dictam terram Gerardi *si aggiunge* (restitutionem) alterius petie terre sub plebe de Clio iuxta terram Menci de Castagnolo et terram Bai

1482. *Marciano, 21 Novembre 1210.*

A. MCCX, ind. XIII, XI kal. dec., Odone imp. imperante. Iohannes f. olim Perini, Iohannes f. olim Tornarii et f. eius Mona-

cus, Martinellus f. olim Guiducii Pagalelli, Orlandinus f. olim Calenduli in perpetuum vendunt et ex parte donant, tradunt, concedunt et refutant Guillelmo ab., recipienti in onore Dei et s. Marie et abagie de Pratallia et vice eius, I terram vineatam in commitatu Aritino et in plebeio de Partina, iusta eccl. S. Georgii de Contra et omne redditum, servitium et actionem. Investitorem dant Goppom f. olim Arnolfi de Lingnaio. Martinus supra IIII sexstaria inter frumentum siga pro pretio recepit, Tornarius et filius eius IIII sol., Orlandinus supra VIII sol. den. Pis. pro pretio receperunt, et Iohannes pro redentione peccatorum anime sue suorumque parentum donat et tradit. Pena dupli. Act. Marçano iusta portam. Testes: Fosseus f. olim Bafe de Campi, Rustichellus f. olim Tinelli et Merchatante f. eius. Martinus not.

Originale. A questo doc. tien dietro, sulla stessa pergamena, la carta seguente.

1483. *Partina, 21 Novembre 1210.*

A. MCCX, ind. XIII, XI kal. dec., Odone imperante. Beroardus f. olim Gibeli in integrum vendit, tradit atque concedit Guillelmo ab. abaçie S. Marie de Pratallia, accipienti in onore Dei et eiusdem abaçie, et successoribus unam petiam terre pos. in commita(tu) Aritino et in plebeio S. Marie sito Partina et in l. q. d. Campo de Abruscato: a I, a II et a III lat. terra supra abaçie, a IIII Ranucini f. olim Rugieri de Partina.[1] Pro pretio recipit IIII libr. den. Pis. Investitorem dat Pollonem f. olim Rodolfi Biçochi. Pena: VIIII libr. den. Pis. Act. Partina. Testes: Orlandinus et Cavalcante fratres supravenditoris et Orlandus f. olim Orlandi. Martinus not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al doc. precedente.

[1] *L'orig. ha* pati *con l'* a *soprascritta al* p

1484. *Castiglione, 20 Dicembre 1210.*

A. MCCX, Octone imperante, XIII kal. ian., ind. XIII. In Castell(ione). Guido Ranucini dat pigneri Castellano f. olim Viviani et fratri Ragnaldo et cui obligare voluerint donicatum quoddam in pleberio S. Miniati in Riocavo cum omnibus pertinentiis pos. in avocabulo Trebbio, scilicet totam terram ibi ad Terisium pertinentem, iuxta viam et terram Rolandi de Polvano, terram Willielmi de Mencio,[1] terram Iohannis de Belino et terram procerum pro XVIIII libr. den. Pis., quos mutuasse confitetur. Intrent in tenutam sine legum vinculo et fructus omnes exinde dono percipiant usque ad solutum debitum, et non computentur in sortem, nec possi(n)t recolligi nisi in kal. ian., salvo iure laboratoris. Pena: duplum. Bernardinus Olivelli, Mar-

tuccius olim Furconis, Petrus de Monte S. Marie tt. Christoforus not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* mcio

1485. *Presso l'ospedale di Camaldoli, 6 Febbraio 1211.*

A. MCCXI, die VI intr. febr., ind. XIIII. Henricus prior eccl. S. Marie Cam. de nemore Burellis, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet Nathan, Angelus, Andreas presb., Guillielmus, Ugicio presb., Guido de la Chesta, Maçenfusa et Petrus de Gleula, (per) hoc emphiteosim instrumentum, dat et concedit Passidemunsio, recipienti pro Ruberto f. qd. Valginelli et eius heredibus, ortalem unum pos. in curia Meseraçani in l. q. d. Fontana veccla cum ingressu et egressu usque in viam publicam. Confines: ab uno latere Melius, secundo Thomasinus, tertio heredes Petri Rodaldini, quarto via publica. Pretium XXXIIII libr. et X sol. Bon. sibi bene solutum. Postquam expleverint C anni, aliud emphiteosin instrumentum hoc ordine innovetur. Gratia pensionis singulis annis Bon. unum in kal. mar. Pena: duplum. Prenominatus donnus (Henricus) una cum iamdictis fratribus scribere rogavit. Act. apud ospitalem eiusdem Cam. ad crucem Isemberdi. Testes: Albertus de presb. Iohanne, Tomasinus de Sesecasculi, Petrus S. Rofilli, Ugicio de Tuscia, Martinus de Ponteclo et Bonaçunta f. qd. Valginelli. Ugolinus vadenssis populi Bon. not.

Originale.

1486. *Bologna, 20 Febbraio 1211.*

A. MCCXI, regnante Ottone imperatore, die VIIII ex. febr., ind. XIIII. Henricus procurator et maior heremi Cam. eccl. Bon., presente, consentiente et iubente Nathan monaco dicte eccl. et Guidone converso eiusdem eccl., iure emphiteosis vendit, concedit atque tradit Maio qd. Grimaldelli Gleule eiusque heredibus duas petias terre arat(orie) in pertinentia Gleule in l. q. d. Suteragno cum omni iure et actione. Confines: ab uno latere unius petie presb. Rolandus eccl. S. Michaelis Gleule, a secundo Tholomeus beccarius, a superiori via publica. Confines alterius petie: predictus Tholomeus beccarius a latere superiori, ab alio predictus emptor, a tertio rivus Suteragni. Pretium quinque libr. Bon., q. confitetur accepisse et in utilitate dicte eccl. versum esse, quod de predicta pecunia et de alia emit nomine dicte eccl. aulivarum I terre a Guidobono Guiçoli et ab eius fratre Bonoacorso. Sit licitum Maio eiusque[1] heredibus annuatim in mense mar. no-

mine pensionis Bon. unum exibere et post eius tertiam proieniem peractam in quarta renovare. Pena: duplum. Prenominatus emphiteota hanc apparam scribere rogavit. Act. in claustro S. Damiani in civitate Bononia. Albertus de Ulçiano, Petrus Bulnisius salarolus, Aldrevandinus pistor, Manfridinus Gleule tt. Guido S. Cass(iani) imp. qd. Henrici not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* tibi tuisque heredibus

1487. *Bologna, 27 Febbraio 1211.*

A. MCCXI, regnante Ottone Romanorum imp., die dominico secundo ex. febr., ind. XIIII, in Bononia apud S. Damianum. Henricus prior et rector eccl. S. Marie de Cam. vendidit iure emphytheosis Argumento fabro mediam tornaturam terre boschi de Burello: iuxta ipsum emptorem, desuper et de subtus vie, alio latere Venturola; in integrum et cum ingressu et egressu usque in viam publicam. Pretium V libr. Bon., q. sibi solutum esse confessus fuit et in utilitatem dicte eccl. versum esse, scilicet in emptione quam fecit a Guidonebono et Bonacursio fratribus pos. in Mescraçano in Fuscarino.[1] Pena dupli. Constituit se possidere eius nomine. Argumentus promisit dare omni anno nomine pensionis in mense mar. I Bon. et in fine C annorum in hoc ordine renovationem accipere. Boincuntrus, Palmerius medicus, Petrus filiaster Guidonisboni, Albericus f. Parentis, Dominicus faber et Guido Rainerii tt. Prenominatus Argumentus hanc aparam scribi rogavit. Petrus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1211, Febbraio 27, n. 3.

[1] *Cf. il reg. n. 1489.*

1488. *Bologna, 27 Febbraio 1211.*

A. MCCXI, regnante Ottone Romanorum imp., die dominico secundo ex. febr., ind. XIIII, in Bononia apud S. Damianum. Henricus prior et rector eccl. S. Marie de Cam. de Bononia vendidit iure emphytheosis Venturola f. qd. Stephani de Gavaseto II tornaturas et dim., minus XVI tab., terre bosci de Burello cum ingressu et egressu usque in viam publicam in integrum: a primo latere Argumentus faber, desuper et de subtus vie publice, alio latere Bonusiohannes Morandi. Pretium XXIIII libr. Bon. minus II sol. Bon., q. sibi bene solutum esse confessus fuit et in utilitatem eccl. versum esse, scilicet in emptione quam fecit a Guidonebono et Bonacursio fratribus pos. in Meseraçano in Fuscarino.[1] Pena dupli. Constituit se possidere eius nomine. Venturola promisit dare omni anno nomine pensionis in mense mar. I Bon. et in fine

c annorum in hoc ordine renovationem accipere. Prenominatus Venturola hanc aparam scribi rogavit. Bonusincuntrus, Palmerius medicus, Petrus filiaster Guidonisboni, Albericus f. Parentis, Dominicus faber et Guido Rainerii tt. Petrus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1211, Febbraio 27, n. 2.

[1] *Cf. il reg. seguente.*

1489. *(Bologna), 27 Febbraio 1211.*

A. MCCXI, regnante Ottone Romanorum imp., die dominico secundo ex. febr., ind. XIIII, apud S. Damianum. Guidobonus et Bonacursius fratres ff. qd. Bolognoli de Guiçolo vendiderunt Henrico priori eccl. S. Marie de Cam. de Bononia, recipienti ad honorem Dei et dicte eccl., petiam unam terre pos. in curia Meseraçani in Fuscarino: a primo latere via, alio latere Albertus Munsi et Guido Rainerii, a duobus lateribus possessio eccl. S. Andree de Meseraçano; cum ingressu et egressu usque in viam publicam in integrum. Pretium XL libr. Bon., q. sibi bene solutum esse confessi fuerunt. Pena dupli. Constituerunt se possidere eius nomine et dicte eccl. Promiserunt facere huic venditioni consentire ab uxoribus suis, et Bonacursius a socero suo usque ad diem dominicum proximum. Prenominati venditores scribi rogaverunt. Boincuntrus faber, Palmerius medicus, Petrus filiaster Guidonisboni, Albericus f. Parentis, Dominicus faber et Guido Rainerii tt. Petrus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1211, Febbraio 27, n. 1. *Cf. i due regg. precedenti.*

1490. *Castiglione Aretino, 6 Marzo 1211.*

A. MCCXI, Ottone imperante, II non. mar., ind. XIIII^{ma}. Iohannes qd. Panzi vendit, tradit et ad proprium concedit Iohanni, Ruberto et Nicolao, recipientibus nomine eccl. S. Salvatoris Cam. heremi, quinque petias terrarum sit. in plebatu pleb. de Rucavo, non longe ab eccl. S. Nicolai et a castro Montecli: una coram eccl. predicta S Nicolai, iuxta rivum et iuxta vias a duobus lateribus, et iuxta Caprisscianum et Gerardum et iuxta terram S. Nicolai; alia petia iuxta rivum predictum, iuxta Caprisscianum et Gerardum, iuxta Caeciatum, iuxta terram eccl. de Marzana, iuxta terram Dominici et eccl. S. Nicolai et iuxta viam; alia petia iuxta viam a duobus lateribus, et iuxta terram eccl. de Marzana et iuxta terram Dominici et eccl. S. Nicolai; alia petia iuxta viam et iuxta terram eccl. S. Nicolai a duobus lateribus et iuxta terram, quam tenet Arezalinus, usque rivum, et

iuxta Brandolum; alia petia iuxta vias a duobus lateribus, et iuxta Vivianum et iuxta terram eccl. S. Nicolai. Preterea cedit et concedit omne ius, actionem et usum in viis predictis, rivo, aquis et pascuis predictorum locorum, et ad proprium eos de omnibus investit per Capparoccium, accepto pretio VIII libr. pro unoquoque stariore. Pena: duplum. Act. in castro S. Andreę de Castell(ione) Aretino. Testes: Leonardus prior S. Andręę, Placidus, Bernardinus conversus, Rainerius Uguicionis, Herbelottus, Trombettus Benefeci, Homo S. Egidii, Guido faber, Guido Rodolfini et alii multi. Postea V kal. apr., Ottone imperante, a. predicto MCCXI, ind. XIIII^ma^, Hermelina uxor Iohannis qd. Panzi, certiorata a Quintavalle super predictis de iure suo, cum auctoritate viri sui predicti Iohannis, renuntiavit iuri ypothecarum et cessit atque concessit omne ius et actionem in predictis rebus Roberto, recipienti nomine eccl. S. Salvatoris Cam. heremi, quocumque modo competeret ei sive iure pignoris sive iure antifacti sive iure donationis propter nuptias sive alio modo. Act. in Castell(ione) Clusino, in domo Iohannis viri eiusdem. Preterea, si quam possessionem habebat de rebus predictis, eam cessit et concessit dicto Roberto nomine Cam. recipienti. Testes: Colle conversus, Mazarellus, Benamatus de Cignano f. Supereli, Rainerius f. Teste, Iohannes Guiduciali. Magister Quintavallis imperatorie maiestatis iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. CII v., n. 2.

1491. *Bologna, 27 Marzo 1211.*

A. MCCXI, VI kal. apr., ind. XIIII. Constat Petriçolum f. qd. Bonifantini vendidisse atque tradidisse Henrico priori eccl. S. Marie de Cam., recipienti ad honorem Dei et dicte eccl., petiam unam terre arat(orie) pos. in pertinentia de Castenace prope trivio Maceradole, cum ingressu et egressu usque in via publica in integrum. Confines: ab uno latere via publica, a duobus lateribus eccl. S. Marie de Cam., a quarto latere Ioseph. Pretium VIII libr. et dim. Bon., q. confessus est sibi solutum fore. Pena: duplum. Act. in Bononia, in claustro eccl. S. Thome. Prenominatus venditor scribere rogavit. Petrus de Sale, Canbius et Albericus tt. Albergittus regis Henrici et qd. imp. not.

Originale.

1492. *Castiglione Aretino, 28 Marzo 1211.*

A. MCCXI, Ottone imperante, V kal. apr., ind. XIIII^ma^. Guazo, Fordevollia et Rigolus ff. qd. Bartholi de Monteclo vendiderunt, tradiderunt et concesserunt Roberto, recipienti nomine

eccl. S. Salvatoris Cam. heremi, XIII tab. terrarum in l. q. d. Pratelle sit. iuxta terram Cam. eccl. a tribus lateribus, a quarto latere * * * *, accepto pretio VI libr. Pena: duplum. Act. in claustro S. Andree de Castell(ione) Aret(ino). Testes: Vernacius, Bernardinus conversus, Iohannes Panzi et Rodolfinius f. videlicet Guido et alii plures. Magister Quintavallis imperatorie maiestatis iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. CII v., n. 3.

1493. *28 Marzo 1211.*

« Terrisius olim * * * vendidit per se suosque heredes in perpetuum donno Iohanni et donno Roberto, recipientibus vice Cam. heremi, quemdam campum pos. in territorio plebis de Riocavo de star. VII et tabulis X terre, loco dicto Trebium: iuxta viam publicam et filios Guillelmi et iuxta Iohannen Bilini et iuxta Guillelmum Mentii et iuxta Orlandum de Pollvano et iuxta Brendolum; pro pretio libr. XLI°, minus den. X. Sub a. Domini M°CC°XI°, V° kal. apr. Carta manu Quintavallis not. »

Summaria, c. CII v., n. 4.

1494. *(Foiano), 4 Aprile 1211.*

A. MCCXI, ind. X^a^IIII, imperante Ottone imp., II non. apr. Pançus qd. Busketti f., renuntians omni legali auxilio et omni exceptioni, q. sibi et heredibus possent prodesse et Marco Talami[1] qd. f. et heredibus possent obesse, sponte vendit, tradit atque inrevocabiliter concedit ad proprium eidem Marco[2] et heredibus in perpetuum IIII petias terre et I vineam cum terra, insimul cum omnibus finibus et pertinentiis, sitas in curia Foiani. Vinea cum terra in Caidepertuli: ab uno latere Rainerius Redolfi, a secundo Iohannettus, a tertio Iohannettus, Rigolus et Meskieri, a quarto via; prima petia in Caidepertuli: ab uno latere vinea Mathei de Verde, ex alio Cavalcante, a tertio Rainerius Kiavardi, a quarto via; secunda in dicto loco: ab una parte Iustinus et Maria, a secunda (et) a tertia Rainerius Kiavardi, a quarta via; tertia in dicto loco: a duobus lateribus Masaius, a tertio Iustinus et Maria, a quarto via; quarta in l. q. d. Petia Torta: ab uno latere Iohannes Gai, ex alio presb. Salvaticus, a pede Umfredus. Pro pretio accepto XIII libr. et X sol. den. Pis. et IIII star. milii ad star. Foiani. Investitorem dedit Bernardum Balduvini. Si uxor olim Kerçulli vel heredes eius non tenerent cambium, q. vir eius fecit de quadam parte unius de dictis petiis, tam Marcus[3] quam heredes habeant ad proprium quamdam petiam in Cerretino: ab una parte Rodolfinus, ex alia Rainerius

Kiavardi, a tertio Rigus, a quarto via. Pena dupli. Act. iuxta domum Benedectoli Sabolini. Testes: Rainerius Capharelli, Martinus de Iunta et Mencucius Orsoli. Baldirarius not.

Originale.

[1] *Cf. i regg. nn. 1505 e 1543.* [2] *L'orig. ha* tibi suprascripto [3] *L'orig. ha* tu

1495. *Camaldoli, 30 Aprile 1211.*

A. MCCXI, ind. XIIII, pridie kal. madii, Innocentio pp. residente, Ottone imperante. Guilielminus f. qd. Alberti et Açço f. eiusdem Guilielmini, cum parabola Morandi syndici et vicecomiti(s) eccl. Kam., per hanc cartam venditionis pure et simpliciter dant, tradunt, cedunt et concedunt presb. Ugoni rectori et gubernatori eccl. S. Nicholai sit. in Castello Soci, recipienti vice eiusdem eccl. et pro utilitate illius, integram unam petiolam terre iuxta clusuram et vineam illius eccl. cum omni iure in perpetuum: ex duabus partibus terra Novetti de Soci, ex altera predicte eccl., a quarta via publica. Rubeum quendam f. Salerni manuminvestitorem dant, interim pro eo ipsam terram possidere constituunt. Pretium XXIIII sol. den. Pis. recepisse confitentur. Pena: duplum. Presb. Ugo promittit, si in aliquo tempore hanc terram vendere voluerit, eis (Guilielmino et Aççoni) ipsam dabit, si voluerint, inquirendo in spatio XXX dierum; si emere noluerint, liceat sibi (Ugoni) ipsam dare cui voluerit. Act. in comitatu Aretino, in castello Soci, intra claustrum domus Kam. Novettus de Soci, Ianellus de Restança, Iohannes f. cuiusdam Benentendi tt. Iacobus not.

Originale.

1496. *Aprile 1211.*

« Matheus olim Çanche et Baroncius olim Guidonis iure perpetue obligationis per se suosque heredes promiserunt Morando, sindico et procuratori Cam. heremi, vice et nomine ipsius heremi, reddere et dare annuatim in perpetuum nomine fictus star. XXIIII^{or} boni grani ad star. venale de Poppi, recipientes proinde a predicto sindico quamdam possessionem et tenimentum in Sparena vice et nomine Cam. heremi. Sub a. Domini M°CC°XI, mense apr. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. XXX, n. 5.

1497. *Partina, 1 Maggio 1211.*

A. MCCXI, ind. XIIII, kal. madii, Innocentio pp. residente, Ottone imperante. Beroardus, Kavalcante et Orlan-

dinus ff. qd. Gibelli de Partina per hanc cartam venditionis dant, tradunt, cedunt et concedunt Morando sindico et vicecomiti eccl. Kam., recipienti vice illius eccl., unam petiam terre in plebeno S. Marie de Partina in l. q. d. Casale, q. unum stariorem et dimidium in se continet, una cum omnibus superioribus et inferioribus et pertinentiis: ex tribus partibus terra eiusdem Kam., a quarto lat. terra filiorum Martinoççi. Iohannem fusarium conversum illius eccl. manuminvestitorem dant, et interim pro eo et eccl. ipsam terram possidere constituunt. Pretium IIII libr. den. recepisse confitentur. Pena: duplum. Act. in comitatu Aretino, in claustro plebei S. Marie de Partina. Presb. Guilielmus capellanus eiusdem plebei, Bernardus f. olim Ardemanni de Tulliano, Bonusensengna de Marciano tt. Iacobus not.

Originale. Summaria, c. LI, n. 1.

1498. *(Territorio di Bologna?), 14 Maggio 1211.*

A. MCCXI, regnante Ottone Romanorum imp., imperii eius a. secundo, XIIII die intr. madii, ind. XIIII. Bovo de Castenaxe, presente et consentiente donno suo Iacobino f. qd. Prindipartis, vendit Laurentio presb. eccl. S. Marie de Beleem, recipienti pro eccl. S. Marie de Cam., et subcessoribus unam petiam terre arat(orie) pos. in pertinentia Villenove cum ingressu et egressu usque in via publica in integrum. Fines: a mane via montanaria, a sero eccl. S. Marie de Cam., desuper heredes Iacobi de Cominello et de subtus via publica. Pretium VIII libr. Bon. et dimidium sibi solutum. Pena: duplum. Iacobinus f. qd. Prindipartis promisit dictam vendictionem et dictam terram defendere sub iamdicta pena. Act. prope domum Iacobini. Prenominati Bovus et Iacobinus hoc instrumentum scribere rogaverunt. Testes: Girardus Petri Guidoti, Vultrone de Montefeltro, Vitorius de Triaro, Gripione de Caçano et Guido f. Emeldine. Uguitio ex auctoritate Ottonis imp. not.

Originale.

1499. *Bologna, 23 Maggio 1211.*

A. MCCXI, imperante Ottone Romanorum imp., imperii eius a. secundo, decimo kal. iun., ind. XIIII. Scogoça presb. vendit et tradit Henrico priori eccl. S. Marie de Cam. in silva Burellorum, recipienti in honorem Dei et prefate eccl. et successorum, si proprium in perpetuum, si condititium unde pertinuerit, medietatem pro indiviso unius petie terre arat(orie) pos. in pertinentia Villenove in fundo Maxeretule; aliam medietatem dicte terre pro indiviso vendit et tradit Ricardo cinapriatori, Rainaldo

cultellario et Cipresso, ministerialibus fraternitatis quorumdam hominum de ultramonte, et Petro beriterio eiusdem fraternitatis massario, recipientibus in honorem Dei et dicte fraternitatis omniumque sociorum ipsius fraternitatis, si proprium in perpetuum, si condititium unde pertinuerit, cum ingressu et egressu usque in viam publicam. Confines totius petie terre: a mane via publica, desuper Albertus Guidonis Grassi, de suptus prenominata eccl. S. Marie de Cam. * * * * *. Pro pretio LXXVII libr. Bon., q. totum sibi solutum confitetur, scilicet a priore dicto XXXVIII libr. et med. et a prelibatis ministerialibus et massariis totidem. Pena: duplum. Act. Bononie ante domum dicti venditoris in porta S. * *. Vivianus frenarius, Tuscus de Feraria, Corradus Teutonicus, Guilielmus cultellerius. Postea, uno mense elapso, iuxta domum Gerardi Petri Guidocti, in presentia Dalismanni de Feraria et Mercadantis fratris Bonadomane et infrascripti Petri not., prefatus venditor confessus fuit se pretium dicte rei ascendisse V libr. et med. Bon. ultra dictum pretium, q. totum sibi solutum confessus fuit, scilicet a dicto priore XL libr. et a dictis ministerialibus XLII libr. et med., computato prenominato pretio cum istis V libr. et med. Petrus miniator ex auctoritate imperatoris not.

Originale. Mittarelli, IV, 223 cit. Hessel, Geschichte der Stadt Bologna, p. 280, nota 54.

1500. *Bologna, 1 Giugno 1211.*

A. MCCXI, regnante Ottone imp., die primo iun., ind. XIIII. Gilius qd. Ugitti Pipionis vendit, concedit atque tradit Henrico procuratori Cam. heremi Bononiensis, recipienti in honore Dei et beate Marie dicte eccl., et successoribus petiam unam terre prative, q. fuit heredum Tosii de Pimgicalvoli, quam habet in pertinentia de Pimgicalvoli, sit. in l. q. d. Runco de Petrenase cum ingressu et egressu usque in via publica. Confines: a latere mane Guidobonus asinarius de castro Brittonum, a sero fossatum Doxii, a superiori via antiqua, ab inferiori Gerardus Maroçi. Pro pretio V libr. et X sol. Bon. pro qualibet tornatura, q. fatetur se accepisse. Si valet ultra dimidium iusti pretii, ei donat pure et libere; constituit se possidere dictam rem precario nomine donec corporalem apprehenderit possessionem. Pena: duplum. Act. Bononie sub port(icu) domus eccl. S. Damiani. Micael Gramigna, Iulianus Buccadecane, Verardus beccarius tt. Guido S. Cass(iani) imp. qd. Henrici not.

Originale.

1501. *Castiglione Aretino, 5 Luglio 1211.*

A. MCCXI, Octone imp. imperante, die V intr. iul., ind. XIIII, in claustro eccl. S. Andree de Castellione Aret(ino). Vivianus f. Giberti fabri, auctoritate et licentia patris, una cum uxore Meallosa, q. a Christoforo not. interrogata in hoc facto omni suo iuri renuntiavit, vendit, dat, tradit et ad proprium concedit Guidoni Cam. eccl. priori vel yconomo, recipienti nomine eccl. S. Salvatoris Cam. heremi, et successoribus in perpetuum et cui dare voluerint XI sextariora terre, ad mensuram tab., plus VI tab., q. continentur in VI petiolis pos. in commitatu Aret(ino), in pleberio S. Miniati de Riocavo in Pratelle, et si plus est XI sextarioribus et VI brachiis; quattuor quarum iuxta viam et rivum et terram eccl. S. Benedicti de Ficaiolo et terram Iohannis de Tranquilia; alie due ibidem iuxta viam et rivum et terram Iohannis predicti et Gisbertoli et filiorum Martini de Ancaiano et filiorum Ianuculi, et terram dicte eccl. de Ficaiolo, et omne ius q. habet a greppis terrarum dictarum extra usque ad medium rivum. Per Vernacium f. qd. Pedonis eum investit, accepto pretio LXXXXI libr. den. Pis., et, si plus valet, ei inter vivos donat, accepto merito secundum legem. Dictarum rerum prout tunc valuerint nomine pene dare promittit; pro qua pena obligat XIIII sextariora terre ad mensuram tabule pos. in eodem pleberio in Riocavo ad S. Martinum, et si plus est inter infrascriptos fines; que si non fuerint XIIII sextariora, promittit adimplere de ea q. sit adeo[1] bona in uno loco vel melior: cui terre a pede via, a capite terra Bonifatii de Tersio, a latere terra Candoli de Guiniçello et Guidonis Ugolini, ab alio presbiteri de Pepeço. Coram prefato Vernacio, Valentino Teberti, Bonagratia Guidonis fabri, Iohanne Tebergine, Guidone de plebe Miciani tt. Christoforus not.

Originale. Si trova, sulla stessa pergamena, avanti al doc. seguente. Summaria, c. CII v., n. 5.

[1] *L'orig. ha* addeo

1502. *Castiglione Aretino, 5 Luglio 1211.*

A. MCCXI, Octone imp. imperante, die V intr. iul., ind. XIIII, in claustro eccl. S. Andree de Castell(ione) Aret(ino.) Iohannes Tebergine et Sola uxor eius pari consensu dant, vendunt, tradunt et ad proprium concedunt Guidoni Cam. heremi S. Salvatoris priori, recipienti nomine ipsius heremi, petiolam quandam terre pos. in pleberio S. Miniati de Riocavo in Pratelle: iuxta terram dicti heremi a duabus partibus et terram Iohannis de Tranquilia ex aliis. Per Vernacium olim Pedonis eum investiunt, accepto pretio IIII libr. den. Pena dupli. Coram Viviano

Giberti, Bonagratia de Guidone Fabri et prefato Vernaccio tt. Christoforus not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al documento precedente. Summaria, c. CIII, n. 1.

1503. *S. Maria di Camaldoli, 11 Settembre 1211.*

A. MCCXI, Ottone imp. in Romano imperio regnante, die XI intr. sept., die dominico, ind. XIIII. Ribaldinus f. qd. Accharixii de Podicalvuli vendit et tradit Henrico mon. vel eccl. S. Marie Cam. rectori, recipienti in honore Dei et predicte eccl., petiam unam terre prative pos. in curia Podicalvuli in l. q. d. Runco Petrenasce, II torn. minus VII tab., cum ingressu et egressu usque in via publica. Confines: a mane Guido de Bona de Podicalvulo, desuper via publica, a sero et de suptus predictus emptor vel predicta eccl. Pro pretio X libr. Bol. minus IIII sol. et X den. Bol., ad rationem V libr. pro torn., q. sibi solutum confitetur. Si Ribaldinus compleverit predictas II torn. et dederit predictas VII tab. iusta predictam petiam, Henricus solvere ei debeat pretium de VII tab. ad rationem V libr. pro torn. quantum caperet. Pena: duplum. Dictam rem pro eo possidere constituit, dum corporaliter intraverit in possessione. Preterea predictus venditor, quia minor videbatur etate, tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter iuravit omnia suprascripta firma habere et tenere in perpetuum. Act. in claustro predicte eccl. Albertus de Blanco, Canbius calçolarius, Martinus de Faber, Bernardinus et Iohannes de Granarolo tt. Gerardus not.

Originale.

1504. *Cella, Dicembre 1211.*

A. MCCXI, reg. Octonis imp., dec., ind. XIIII[a]. Gualterius prior de eccl. Celle inter Paras una cum monachis et conversis per hanc cartam pensionis dat et concedit Aidante, filiis et nepotibus masculinis vel uni de filiabus, si non esset de masculinis, VI[1] petiolas de terra in pleberio de Vignale: I pos. in l. q. d. Antaniti de Tossci, secunda iusta podio Iohannis Dursi, tertia iusta podio Beneventi, quarta iusta viam Tiberis, V[a] et sexsta prope donicato Tateo, VII[1] in valle Garald(i); in quibus omnibus videtur esse XII starea frumenti in semente. Dat « in iure fiteotico pro pretio tres lib. den. Rav. et per Petrus castaldus » eum investit. Omni anno « tres operas boves ad laborare et una opera ad metere et una ad segare * * * et in secundo anno uno amiscere in Nati-

vitate Domini, et omnique anno I den. Rav. pesionis nomine ». Pena dupli. Act. ad Cella in testimonio Todini de Cassaldice, Agustoli, suprascripti Petri cast. Bonafidus not.

Originale. Notizia dorsale di altra carta, scritta dallo stesso notaro.

[1] *Così ha l' originale.*

1505. *Foiano, 22 Febbraio 1212.*

A. MCCXII, ind. XV[a], imperante Ottone imp., VIII kal. mar. Iohannettus Iohannis Guiduccini, renuntians omni l[e]gali auxilio et omni exceptioni q. sibi et suis heredibus possent prodesse et Marco Talami[1] qd. f. eiusque heredibus possent obesse, refutat, renuntiat, cedit et concedit ei (Marco) suprascripto et heredibus viam vel semitam, quam dicebat esse suam, in orto Marci in l. q. d. Sanmarco, pro VIII sol. den. Pis., quos sibi dedit. Pena: c sol. Act. iuxta eccl. de Castro Foiani. Testes: Bernardinus Sabatine, Arpinus et Neppoleone. Baldirarius not.

Originale.

[1] *Cf. i regg. nn. 1494 e 1543.*

1506. *Torcello, 22 Marzo 1212.*

A. MCCXII, mar., die decima ex., ind. quintadecima, Torcelli. B(onus) Torcellanus ep., de consensu et voluntate canonicorum suorum, eccl. S. Michaelis pos. in palude supra canalem de Muriano refutans et a iurisdictione sua eximens, ipsam cum circuitu et pertinentiis, tam in temporalibus quam in spiritualibus, Alberto fratri Cam. nomine prioris et eccl. heremi Cam. concedit et offert pleno iure. In presentia presb. Manfredi plebani Littoris Albi, Viviani et Dominici presbiterorum Littoris Maioris, Bartholomei diac. et aliorum. Bonus Torcell. ep. ss. Papo archidiac. ss. Nicholaus primicerius ss. Iacobus presb. et can. Torcell. ss. Aurius presb. et can. Torcell. ss. Iohannes Vitalis presb. et can. Torcell. ss. Donatus diac. ss. Romeus diac. ss. Iohannes diac. t. ss. Dominicus subdiac. ss. Manfredus presb. plebanus Litoris Albi t. ss. Vivianus presb. t. ss. Dominicus Datumba presb. t. ss. Albertus Maruynus presb. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1212, Marzo 22, n. 1. *Summaria, c. CLXXXXVIII, n. 3. Fortunius, I, 182, colla data* X martii, *e II, 93 cit. Cf. i regg. nn. 1507, 1510 e 1528.*

1507. *Rialto, 22 Marzo 1212.*

A. MCCXII, mar., die decima ex., ind. quintadecima, Rivoalti. Marcus Castellanus ep., de consensu et voluntate canonicorum suorum, eccl. S. Michaelis pos. in palude iuxta canalem de Mu-

riano refutans et a iurisdictione sua eximens, ipsam cum circuitu et pertinentiis, tam in temporalibus quam in spiritualibus, Alberto fratri Cam. nomine prioris et eccl. heremi Cam. concedit et offert pleno iure. In presentia presb. Alberti S. Iohannis de capite Rivoalti et Henrici correçarii et aliorum. Marcus Castell. ep. ss. Petrus Castell. archidiac. ss. Matheus Iorçani presb. ss. Marcus presb. Castell. eccl. ac can. ss. Petrus diac. Castell. eccl. ss. Angelus Velario diac. Castell. eccl. ac can. ss. Albertus Maruynus presb. t. ss. Bartholomeus S. Pauli presb. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1212, Marzo 22, n. 2. *Summaria, c. CLXXXXVIII v., n. 1. Fortunius, I, 182 e II, 93 cit. Mittarelli, IV, App. 312, n. CXC. Cf. i regg. nn. 1506, 1510 e 1528.*

1508. *Fontebuono, 30 Aprile 1212.*

A. MCCXII, ind. XV, pridie kal. madii, Innocentio pp. residente, Ottone imperante. Morandus syndicus et vicecomes eccl. Cam., vice prioris et fratrum, monachorum, conversorum et eccl., per hoc scriptum recordationis, nomine feudi dat, tradit et concedit Bastardo olim Bençi de Soci et de voluntate Orlandini de Camprena integram medietatem illius tenimenti pos. in l. Soci, quod detentum per iamdictum Bençium fuit. Bastardus et ff. et heredes[1] omni tempore annualiter reddent XII den. nomine pensionis: (Morandus) XL et II libr. den. intraturam ab Orlandino recepit. Orlandinum predictum manuminvestitorem dat. Promittit omnia defendere; si non fecerit, XL et II libr., quas recepit nomine intrature, reddere. Pactum: si dicti den., scilicet XL libr., in totum vel in partem sive particulam, de iure ab eccl. iam prefata evicti essent, Bastardo et ff. et heredes teneantur in toto restituere, alioquin predictum tenimentum pro ea parte revertatur iamdicte eccl. Act. Cam. in l. Fontebona. Tribaldus da Ragioropoli, Vivençus t. qd. Ranucii, Rusticellus da Mogiona tt. Iacobus not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

[1] *L'orig. ha* et tu tuique filii et heredes

1509. *30 Aprile 1212.*

« Bastardus olim Bençi de Soci per se suosque heredes in perpetuum tenetur solvere Cam. heremo annuatim den. XII bon. et spend., pro annua pensione, pro locatione sibi facta de medietate cuiusdam tenimenti pos. in castro de Soci a donno Morando, sindico et vicecomite Cam., pro quo tenimento predictus donnus Morandus recepit ab Orlandino de Camprena vice Bastardi, no-

mine intrature, libr. XLII. Sub a. Domini M°CC°XII, pridie kal. maii. Carta manu Guillelmi not. ».

Summaria, LXVI, n. 3. Cf. il reg. precedente.

1510. *Rialto, Aprile 1212.*

A. MCCXII, apr., ind. quintadecima, Rivoalti. Presbiteri et clerici eccl. S. Marie plebis Murian(ensis) et plebanus et clerici S. Stephani de eadem Murian(a) et parrochiani earumdem eccl., de auctoritate et consensu B(oni) Torcellani ep., eximunt a iurisdictione sua eccl. S. Michelis pos. in palude iuxta canalem de Murian(a) cum omnibus pertinentiis, eam refutant et, quantum in se est, concedunt Alberto fratri Cam. nomine eccl. heremi Cam. pleno iure in perpetuum, salvo eo quod prior vel prelatus eccl. S. Michelis dicte eccl. S. Marie octavo die ante festum s. Michelis mense sept. vel usque ad vigil(iam) ipsius festi duas ampullas boni vini, q. teneant tres libr., et in vigil(ia) Assumptionis s. Marie mediam libr. boni incensi annuatim pro censu solvere debeat. Pena: libr. den. Ven. centum. S. B(oni) Torcellani ep., q. pro se scribere rogavit. Philippus Balbi presb. eccl. S. Marie plebis Murianensis ss. Petrus Tervisano presb. eccl. S. Marie plebis Murianensis ss. Dominicus presb. Dalmatinus ss. Iacobus Rambaldus cl. eccl. S. Marie ss. S. Iohannis Bauduyni plebani eccl. S. Stephani, q. pro se scribere rogavit. Iacobus Greti presb. eccl. S. Stephani de Murianis ss. Blasius Acilino cl. eccl. S. Stephani de Mur(iana) ss. Bartoloto Trun. procorator eccl. S. Marie de Muriana ss. Marsilio Balbo procurator eccl. S. Marie de Murianes ss. Leonardus massario ss. Stefano Marino ss. Iohannes Benedicto subdiac. eccl. S. Stefani ss. Vitalis Greti ss. S. Marino procuratoris eccl. S. Stephani de Mur(iana), q. scribere nescit, pro se scribere rogavit. S. Martini Bolani, q. scribere nescit, pro se scribere rogavit. S. Ionathe Greti, q. hec fieri rogavit et scribere pro se. Marco Acilino ss. S. Marci Mauro, q. pro se scribere rogavit. S. Marci Campulo procuratoris S. Stephani, q. scribere nescit, pro se scribere rogavit. Albertus Maruynus presb. et not.

Copia contemporanea di Angelus Barbaro diac. et not. *Summaria, c. CLXXXXVIII v., n. 2. Fortunius, I, 182 e II, 93, colla data* Aprile 12. *Mittarelli, IV, App. 313. n. CXCI,* ex Archivo S Michaelis de Muriano. *Cf. i regg. nn. 1506, 1507 e 1528.*

1511. *Bologna, 15 Maggio 1212.*

A. MCCXII, Ottone imp. in Romano imperio regnante, die XV intr. madii, die martis, ind. XV. Iacobus, q. d. Buçone de Podicalvulo, vendidit et tradidit Angello vice Henrici prioris S. Ma-

rie de Cam., recipienti in honorem Dei et S. Marie de Cam., et successoribus in perpetuum petiam unam terre prative, pos. in curia Podicalvulli in l. q. d. Runco Petrenasce, et nominatim II tornaturas et XXXIII tab. minus XX ped., cum ingressu et egressu usque in via publica in integrum. Confines: a mane ff. qd. Iohannis Piaelli, scilicet Albertus, Ugolinus et Rainaldus, a sero Rainerius de Malastunça et prior S. Andree de Ponte, desuper dicta eccl. et de suptus ff. Amirai de Rusi. Pro pretio IIII libr. Bol. pro torn., quod pretium capit VIIII libr. Bol. minus XXI den., q. sibi solutum confitetur. Pena: duplum. Act. in Bo(nonia), in burgo strate S. Vitalis. Martinus Ver., Iacomellus de Codemaço, Guido furbiure ennsium et Michael suus cosinus tt. Gerardus not.

Originale.

1512. *Territorio di Montefeltro, Maggio 1212.*

A. MCCXII, tempore Innocentii pp. et Otonis imp., mad., ind. XV, terretorio Feretrano, in mercato Castaldice. (Aldrevandolus, Carlevaris et uxor Auliva) petiverunt a Gualterio priore de eccl. S. Iohannis q. d. Cella inter Ambas Pares, et cum consensu eiusdem eccl. monachorum, ut concede(re)t (sibi) Aldrevandolo, Carlevare et uxori Aulive petitoribus et filiis et nepotibus masculinis et, si non habuerint filios masculinos, uni ex filiabus duas petias terre cum omnibus pertinentibus in plebe S. Petri in Missa, in curia montis S. Laurentii in l. q. d. Valle. Fines prime petie: a I latere Çaulus Glaurentii, a II et a III Ibetti et a IIII emptore(s); a secunda petia detinentur Isassoli a I latere, a II et a III emptores predicti, et a IIII Tabianus. (Ad) habendas, tenendas, fruendas et more empfiteotico possidendas, et post transitum emptorum et filiorum et nepotum predictas res cum omnibus meliorationibus in ius, dominium suprascripte eccl. revertendum. Annualiter pro pensione: unum den. et obsequio unum par pollastri(um) in mense iun. in festivitate s. Iohannis, pro eo quia exinde (Gualterius) accepit a emptoribus caltiarii nomine nummorum Rav. sol. quadraginta. Pena: c sol. Rav. Mafeus Piçololi investitor et Iohannes eius frater, Martutius Balse et Iohannes Roçemontis S. Laurentii tt. Martinus not.

Originale.

1513. *Maggio 1212.*

« Druda olim Clasercoli per se suosque heredes in perpetuum donavit donno Guidoni priori Cam. pro Cam., pro anima

sua et suorum parentum, unam petiam terre pos. in cappella S. Iohannis in Scorçariolo, in l. d. S. Rofilo, iuxta terram Iohannis Guidotti et terram Raynerii et Çauli olim Bonfilii. Sub a. Domini M°CC°XII°, mense maii. Carta manu etc. ».

Summaria, c. LXXXVIII, n. 2.

1514. *Fontebuono, 10 Giugno 1212.*

A. MCCXII, ind. XV, IIII id. iun., pp. Innocentio residente. Mungnaius f. olim Gali de Podio, per parabola(m) sui patruis Mungnai, in integrum et in perpetuum donat, tradit atque concedit G(uidoni) priori Cam. abbaçie, accipienti in onore Dei et eiusdem abbaçie, omne ius et rationem in alodio suo, q. Iohannes et Calvus habuerunt in commitatu Aritino, in plebeio de Partina, l. q. d. Assparena et alibi ubicumque de ea ratione esse invenitur, preter quam unam petiam terre, quam in testamento reliquit plebi de Partina; et similiter donat unam petiam terre, q. est in l. q. d. Liçoli et ab omni latere circonda(ta) a terra Cam. Investitorem dat supra Mungnaium. Pena: duplum. Act. Cam. iusta abbaçi(am) Fontisboni supra. Testes: Iohannes f. olim Açulini de Pillo de Monte, Albertus f. olim Citi de Seravale, Petrus f. supra Citi. Martinus not.

Originale. Summaria, c. XXX v., n. 1.

1515. *30 Settembre 1212.*

« Griffus et Inguiliscus f. olim Mariscarci de Rocca per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt donno Guidoni priori S. Angeli de Curte Luponis, recipienti nomine predicte eccl. et heremi Cam., totam suam terram, quam habebant in territ(orio) de Ficareto infra Rigum plebis de Ficareto et Canfoian(um), et infra viam de Bibiano usque in viam de Teso, in terris, vineis, silvis, pascuis, cum omnibus eorum pertinentiis et iure. Pro pretio libr. IIII^{or}. Sub a. Domini M°CC°XII°, II° kal. oct. Carta manu Petri not. ».

Summaria, c. CLV v., n. 2.

1516. *8 Ottobre 1212.*

« Martinus prep. canonice Aret(ine) de consensu et voluntate C. primicerii et omnium aliorum canonicorum pro debito sue eccl. persolvendo, per se suosque successores, in perpetuum vendidit donno Guidoni rectori S. Laurentini pro ipsa eccl. medietatem unius petie terre pro indiviso pos. iuxta dictam eccl., iuxta vineam et domum et terram ipsius et terram Mariani et filiorum Manisei, pro medietate pretii totius summe, q. habita est de dua-

bus medietatibus predicte eccl., q. fuit libr. XXVIII et sol. v. Sub a. Domini M°CC°XII°, VIII id. oct. Carta manu Alberti not. ».

Summaria, c. CVIIII, n. 1. Mittarelli, IV, 228 cit.

1517. *Poppiena, 9 Ottobre 1212.*

A. MCCXII, ind. prima[1], VII id. oct. Larentius f. b. m. Ubaldini Laurenti pro anime sue et parentum remedio donavit, tradidit et concessit Guido prio(ri) Cam. et rectorum[2] eccl. S. Romuli, Benicasa priori de Poplena, recipienti vice eiusdem eccl., et successoribus in perpetuum integram unam petiam terre in l. q. v. lo Cole de Bucena: ab omni latere terra Cam.; et in alio loco una(m) lama(m) iuxta clausuram Bucene totam. Pena: duplum. Act. in clastr(o) Poplene. S. m. Laurentio. S. m. Ganiboni f. qd. Dominici de Miniatulo, Valliete de Monte et Bonaiuto f. qd. Ameçi tt. Iacopus nutus Dei not.

Originale. Summaria, c. XXIII v., n. 2.

[1] *È usata l'ind. del settembre.* [2] *L'orig. ha* rectoru *col segno di abbreviazione sopra la* u *corretta su* o

1518. *Pisa, 22 Ottobre 1212.*

A. MCCXII, ind. quintadecima, undecimo kal. nov. Guido prior Cam. pro se et collegio heremi Cam. locat Petro priori eccl. S. Andree de Silva et ei licentiam dat laborandi vel faciendi laborare terras et possessiones emptas de bonis eccl. Cam.; et fructus predictarum terrarum reddat vel reddi faciat, deductis expensis, sibi vel suo successori vel nuntio ad utilitatem eccl. S. Salvatoris heremi Cam. Petrus memoratus promittit pro se et pro suprascripto mon. eccl. S. Andree dare et solvere omni anno in mense ian. viginti sol. Luc. pro censu et in signum predictarum terrarum et possessionum et pecunie a se expense in hedificiis factis in predicto mon. S. Andree. Predicta locatio, licentia et receptio predictorum viginti sol. fia(n)t ita quod non preiudice(n)t suprascripte heremo Cam. et valeant donec placuerit ipsi priori vel successoribus sic recipere viginti sol. et sic permittere laborare predicta suprascripto Petro vel eius successoribus S. Andree; postquam non placuerit, possint idem prior Cam. vel successor predictas terras et possessiones ad utilitatem heremi Cam. revocare. Act. Pisis in parlatorio mon. S. Zenonis iuxta cammeram. Presentibus Egidio vicario ord. Cam., Philippo abb. mon. S. Zenonis, Savino monaco heremi, Uberto monaco mon. S. Zenonis, Collo converso Cam., Iohanne qd. Orlan-

dini et Castagnaccio qd. Orlandi tt. Monacus dictus Rainerii Vellionis imp. Henrigi iud. et not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

1519. *(Pisa), 22 Ottobre 1212.*

« Donnus Petrus prior eccl. S. Andree in Silva Cam. ordinis promisit solvere donno Guidoni priori Cam., recipienti pro Cam. heremo, annuatim de mense ian. sol. xx den. Luc. pro locatione sibi facta a predicto priore terrarum et possessionum emptarum de bonis eccl. Cam. a predicto donno Petro, et promisit reddere fructus predictarum terrarum vel facere reddi, expensis propriis deductis, ipsi priori Cam. vel eius nuntio pro Cam. Sub a. Domini M°CC°XII,° XI° kal. nov. Carta manu Monachi not. ».

Summaria, c. CLXXXII, n. 2. Cf. il reg. precedente.

1520. *Territorio di Montefeltro, Febbraio 1213.*

A. MCCXIII, tempore Innocentii pp. et Otonis, mense febr., ind. I, terretorio Feretrano iusta plebem S. Petri in Missa. Martutius de Teudo per se et heredes priori Gualter[io] de Cella inter Ambas Paras, recipienti pro se et successoribus, in perpetuum refutat et difinit totum et integrum cambium, q. fecit suprascripte Celle, videlicet totam suam partem de duabus petiis terre cum introitibus et exitibus et cum omnibus eorum pertinentibus: prima iusta molendinum predicte Celle, a I latere et a II latere predicte Celle; alia al Montiçello, a I latere filii de Çilio; res in plebe S. Petri in Missa, in fundo Apeso, de quibus iniuste et lite contraversia(m) faciebat suprascripte Celle, pro eo quia accepit cambium a suprascripta Cella medietatem de duabus petiis terre, una a radio S. Columbe et alia versus Penne. Pena: C sol. Rav. S. m. suprascripti Martuci. Ranuçolus de Redolfino investitor et t(estis), archipresb. Iohannes S. Petri in Missa, Benemençoni et Novellone tt. Martinus not.

Originale.

1521. *(Bologna?), 30 Marzo 1213.*

A. MCCXIII, die sabati, II ex. mar., ind. prima, in domo Thomaxini de Caçanimico. In presentia Bandini doctoris legum et Viviani de Pisis Çulitta uxor qd. Callanchini dedit, cessit atque concessit Guidoni sindico mon. Cam., pro ipso mon. recipienti, omne ius omnemque actionem adversus heredes Callanchini et adversus eius bona pro dotibus suis usque ad infrascriptam pecunie quantitatem. Hanc cessionem fecit quia prefatus Guido

nomine dicti mon. solvit eidem coram dictis testibus et infrascripto[1] not. factam cessionem XXIII libr. Bon. ex laudo facto a dicto Bandino et magistro Gratia, scripto manu Bonomartini[2] not. Eidem licentiam concessit intrandi in possessionem vinee et domus, q. continentur in dicto laudo et constituit se possidere suo nomine, salva tamen forma continenti in dicto laudo seu arbitrio. Blancus Ot(tonis) quarti Romanorum imp. not.

Originale.

1 *L'orig. ha* me 2 *L'orig. ha* Martini *preceduto da* bo, *nell' interlineo, col segno d'abbreviazione.*

1522. *24 Aprile 1213.*

« Aliottus et Guillelmus de Coltano, f. olim Iacobi de Soci, per se suosque successores in perpetuum donaverunt irrevocabiliter inter vivos et ressignaverunt totum podere, q. olim Bontus et Ghisla uxor eius tenuerunt in castro de Soci et eius curia et districtu, donno Guidoni priori Cam., pro Cam. recipienti, pro pretio sol. c. Sub a. Domini M°CC°XIII,° VIII° kal. maii. Carta manu Guillelmi not. ».

Summaria, c. LXVI, n. 4.

1523. *Arezzo, 11 Maggio 1213.*

A. MCCXIII, XI° madii, Ottone imperante, a. imperii eius IIII°, ind. prima. Morandus sindicus et actor Cam. locat, tradit atque libellario iure concedit Ianni de Basciano et heredibus in perpetuum unam petiam terre pos. in comitatu Aret(ino) in villa Collis de Basciano, iuxta vineam abb. de Xaso et terram Tebaldi et iuxta terram filiorum Basciani; medietatem alterius petie terre pos. ad Collem de Basciano iuxta vineam dicte abb. et terram filiorum Basciani et iuxta viam; unam petiam terre pos. ad Cantonem iuxta terram prefate abb. et terram Iacobi, et strata vadit per ipsam; unam aliam petiam terre pos. ad Fontanellam iuxta terram dicti Ianni conductoris et terram prenominate abb. de Saxo et iuxta Arnum; aliam petiam terre pos. in Plano Tebaldi iuxta terram Ugonis de Oliveto et quoddam fossatum; medietatem unius platee pos. apud eccl. de Colle iuxta domum eiusdem eccl. et domum olim Spinelli et iuxta viam; octavam partem pro indiviso omnium silvarum, stirpatorum, pascuorum totorumque aquimolorum pos. in flumine Arni vel alibi in tota curia de Basciano, q. habuit olim Spinellus f. qd. Lotherii vel alius pro eo, tenimentata et non tenimentata, ubicumque in dicta villa; et insuper unam petiam terre pos. ad molendinum de Mezo iuxta terram filiorum Mocoli et terram dicti Ianni[1] et iuxta viam. No-

mine pensionis omni anno per totum mensem ian. XII^cim^ den., tunc per civitatem Aret(inam) currentes, in Cam. vel certo vicecomiti Camaldulensium, q. alium censum pro Cam. colligeret, Ianni et heredes[2] persolvant, et ius harum rerum nemini vendant quin primo se (Morandum) suosque successores vel Cam. rectores ter intra XXX^ta^ dies interrogent; sibi emere volentibus minus dare debeant quam alteri sine asto II sol.; quod si emere noluerint, liceat illud dare cui voluerint. Morandus eadem promittit. Pena: X libr. den. Act. in civitate Ar(etina) in porta Crucifererorum. S. m. Ugolini de Caliano, q. fuit etiam investitor, Sabbatini Tabbarini et Pauli olim Ventrecii de Antria tt. Omnebonus sacri pal. imp. not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

1 *Nell'orig.* tuam 2 *L'orig. ha* tu ac tui heredes

1524. *(Arezzo), 11 Maggio 1213.*

« Ianni de Basciano per se suosque heredes in perpetuum tenetur solvere in mense ian. Cam. heremo den. XII pro annuo censu pro locatione sibi facta a donno Morando sindico Cam. pro Cam. heremo unius poderis pos. in villa de Basciano et unius molendini pos. in flumine Arni, q. olim tenuit Spinellus Lotherii. Sub a. Domini M°CC°XIII°, die XI^a^, mense mai. Carta manu Oniboni not. ».

Summarta, c. LXXXVIII, n. 3. Cf. il reg. precedente.

1525. *Perugia, 14 Giugno 1213.*

A. MCCXIII, ind. prima, intr. iun. die XIIII, tempore pp. Innocentii tertii. Bernardus et Rainerius ff. qd. Bertraimi Bernardi Petrucii dant, tradunt et inrevocabiliter inter vivos donant ac offerunt eccl. S. Trinitatis et Piero priori dicte eccl. et successoribus iure proprietatis in perpetuum unam petiam terre pos. in pertinentiis de Campo, comitatu Perusciì: a duobus lateribus vie publice, a pede Pierus Bernardoli fabri ex parte sue uxoris, a capite res predicte eccl. S. Trinitatis. Pena: duplum. Act. in curia predictorum Bernardi et Rainerii. Bernardus capellanus eccl. S. Anestasii investi(tor), Blancus Martini Delfie, Pierus Rugerii Guictole magistri, Albertus medicus, magister Gualterius sartor, Raullus, Franciscus, Egidius et alii plures tt. Orator not. sacri pal.

Originale. Alla sottoscrizione tien dietro, forse di mano dello stesso not.: Hec est melioratio, sive augmentum, quam ego domnus P(ierus) feci cum Dei adiutorio in domo nostra Perusii: hoc, quod in superiori carta habetur, quod dicitur valere c libr., et de fabrica eccl. tantum, quod tantumdem vel amplius valet, exceptis hornamentis eccl., q. amplius c sol. valent, et preter altaria,

q. non sunt estimanda; et in massaritiis et aliis edificiis etiam bene valent c sol., et de hoc quam plures in integrum habemus; etiam calicem argenteum feci fieri, in quo iam solvi III libr., qui valens erit X libr.; de omnibus supradictis domus non tenetur in debitis nisi in XIII libr.; adhuc superest quod omnia suprascripta valet, silicet III fraternitates, ubi sunt CCL et amplius persone. *Summaria, c. CCIIII, n. 1.*

1526. *Soci, 7 Luglio 1213.*

A. MCCXIII, ind. prima, Innocentio pp. residente, non. iul. Vivençius de Ragieropoli gener Aldebrandini Ugetti, Baldinettus f eiusdem Vivençii, cum parabola patris, Ubertinus et Latinus ff. olim Rodolfini Ugetti omnes insimul transigunt, finiunt et in perpetuum renuntiant presb. Donato rectori eccl. de Contra, recipienti nomine eccl. S. Marie mon. de Pratallia et Guilielmi abb. et rect. illius mon. et omnium monachorum et conversorum eius, integrum totum illud censum et servitium et usum, q. habent ab ipso mon. in domo Alberti et Bencevenni filii olim Iubbette, scilicet II den. omni anno, quos reddebant sub nomine pigneris. Iamdictum Bencevennem manuminvestitorem dant. Pretium XX sol. den. Pis. Pro uxore Mirabile Vivençius promittit quod ipsa ex hoc nullum litigium vel molestiam faciet, nec aliqua ab ea summissa vel summittenda persona; et si facere auderent, XL sol. den. nomine pene persolvere promittit. Pena: X libr. den. Act. in castello Soci in domo eccl. illius castelli. Guilielminus Alberti, Guilielmus de Soci, Orlandinus f. eius, Orlandinus Taviani, Aginettus tt. Iacobus not.

Originale.

1527. *Signa, 24 Settembre 1213.*

Innocentius pp. .. archiep. Pisano et .. ep. Florentino et .. electo Aretino. Cum comes Guido fratres Cam. multipliciter opprimeret et affligeret, volens Cam. tranquillitati et eiusdem comitis saluti pariter providere, ipsum per apostolicas[1] litteras[2] monet, rogat et exortatur, quatinus sui incipiat misereri et ab ecclesiasticorum virorum et specialiter dictorum Cam. molestatione de cetero conquiescat, ne forte preoccupatus subito die mortis, penitentie spatium querat, nec valeat invenire. Quocirca mandat, quatinus, si prefatus comes mandatum apostolicum[3] super hoc neglexerit adimplere, ipsum ab eorumdem Cam. vexatione cessare per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione cogant. Quod si non omnes his exequendis potuerint inte-

resse, duo eorum ea nichilominus exequantur. Dat. Signie VIII kal. oct., pont. a. sextodecimo.

Originale; sigillo di piombo perduto. Fortunius I, 182 cit. Innocentii Ep. ed. Baluze, II, 803, n. 114, nota cit.; ed. Migne, CCXVI, 910, n. 114, nota cit. Mittarelli, IV, App. 323, n. CXCVIII. Potthast, n. 4813.

[1] *L'orig. ha* nostras [2] *Cf. Mittarelli, IV, 231.* [3] *L'orig. ha* nostrum

1528. *Signa, 25 Settembre 1213.*

Innocentius pp. .. priori et conventui Cam. Eccl. S. Michahelis sit. in palude iuxta canalem de Moriano eis et eorum monasterio confirmat, et presentis scripti patrocinio communit. Dat. Signie VII kal. oct., pont. a. sextodecimo.

Originale; sigillo di piombo perduto, Nello Spoglio: 1213, Settembre 25, n. 1. *Summaria, c. CCXXVIIII v., n. 4: erroneamente attribuito a Innocenzo 4°. Fortunius I, 182 e II, 93 cit. Mittarelli, IV, App. 326, n. CC. Potthast, n. 4815. Cf. i regg. nn. 1506, 1507 e 1510.*

1529. *Signa, 25 Settembre 1213.*

Innocentius pp. .. priori et conventui Cam. Ad correctionem mon. de Vangaditia laborans N. Regin. ep. tunc electo et .. priori S. Georgii et V. subd. can. Veron. dedit in mandatis, ut, tam E. qd. eiusdem loci abbatem, q. a regimine ipsius apostolica[1] fuerat auctoritate amotus, quam etiam monachos universos per alia mon. collocantes, virum aliquem religiosum bone opinionis et vite sollicitum, in spiritualibus et in temporalibus circumspectum, mon. preficerent antedicto, q. secum viris prudentibus et religiosis assumptis mon. ipsum spiritualiter et temporaliter reformaret. Qui S(ansonem) domus de Veron. priorem ipsi mon. prefecerunt, iniungentes eidem, ut ad minus duodecim viris idoneis de ordine Cam. assumptis ad eiusdem reformationem intenderet sollicite. Volens igitur sic eiusdem mon. statui providere quod ex hoc iuri apostolice sedis minime derogetur, de fratrum suorum consilio ipsum priorem concedens dicto mon. in abbatem, liberam eiusdem mon. correctionem et plenam priori (Cam.) et successoribus eius duxit committendam, ita tamen quod qui pro tempore fuerit electus, ibidem Romano pontifici presentetur ab eo confirmationis et benedictionis gratiam recepturus, ad cuius amotionem, si quando propter excessus fuerit amovendus, inconsulto Romano pontifice nullatenus procedatur. Dat. Signie VII kal. oct., pont. a. sextodecimo.

Originale; sigillo di piombo perduto. Nello Spoglio: 1213, Settembre 25, n. 2. *Fortunius, I, 182-183 cit. Innocentii Ep. ed. Bosquet, XVI, 634, n. 113; ed. Baluze, II, 802, n. 113; ed. Migne, CCXVI, 908, n. 113. Mittarelli, IV, App. 325, n. CXCIX. Potthast, n. 4814. Cf. il reg. seguente.*

[1] *L'orig. ha* nostra

1530. *Camaldoli, 3 e 4 Ottobre 1213.*

A. MCCXIII, ind. prima, Innocentio pp. residente. Quia « frater Sanson Cam. monachus hedificavit domos Cam. videlicet de Verona et S. Vitum de Vicentia et suo studio ac labore spiritaliter et temporaliter augumentavit, et videtur quod magis per ipsum quam per aliquem alium Cam. dicte domus possint in bono statu non solum permanere, set etiam in meliori proficere, et cum domus Cam. ipsa loca dicto fratre Sansone faciente sit consecuta; iccirco Guido prior Cam., de consilio et asensu fratrum suorum heremi et Fontisboni, plenam aministrationem, spiritalem scilicet et temporalem, et vicem quoque suam in prefatis locis et domibus commisit, donec predictus ille frater Sanson fuerit et vixerit in Cam. conventu », ea conditione, quod mon. de Vangaticia, unde predictus frater est abb., nec aliquis alius locus vel persona aliquid iuris vel actionis propter hoc factum valeat adipisci, sed quotiens prior Cam. iverit ad loca predicta, recipiatur, serviatur et habeatur ut domnus, et quicumque fuerit in predictis locis prelatus aut subditus faciat iamdicto fratri Sansoni obedientiam vice prioris Cam. et correctionem recipiat ab eodem; et ut prefate domus nunquam possint aliquo iure alienari vel ad dominium alterius loci aut persone transferri, sed inviolabiliter sub dominio Cam. prioris permanere, salvis q. dicta sunt pro fratre Sansone, sepedictus frater Sanson promisit quod annualiter de qualibet predictarum domorum solveret XX sol. heremo Cam., quamdiu teneret eas, nomine census. Act. apud heremum V non. oct. et apud Fontembonum IIII non. eiusdem. S. m. dicti prioris et fratris Sansonis. Testes: Iacobinus f. qd. Alberici, Treppolus f. Dandi et Donaclus f. qd. Çauli. Matheus not.

Originale. Nello Spoglio: 1213, Ottobre 3. *Mittarelli, IV, 230 cit. Cf. il reg. precedente.*

1531. *Cortona, 14 Ottobre 1213.*

A. MCCXIII, ind. I, oct. XIIII die intr., Ottone imperante. Iohannes Areçali de Sansavino iurat T. potestati Cortone, recipienti pro comuni Cortone, familiariter, esse habitatorem Cortone in vita sua, ab eccl. S. Vincentii usque ad arcem infra muros Cortone, et non esse in facto nec in consilio quod Cortona capiatur, comburatur, destruatur vel patiatur aliquod incendio, et, si sciverit quod aliquis facere vellet, citius quam poterit faciet remanere, si poterit; quod si remanere facere non poterit, citius quam poterit faciet scire consulibus vel rectori; et si non erunt consules vel rectores, faciet scire hominibus Cortone. Iurat mandatum

Te. potestatis Cortone hinc in kal. mad. audire et obedire, et (iurat quod) Castilioni non dabit nec hominibus Castilioni(s) aliquod adiutorium nec consilium toto tempore guerre inter Cortonenses, Aretinos et Castilionenses, et Aretinis et Cortonensibus et hominibus, q. sunt ex sua parte, non faciet aliquem malum iter, nec offendet eos in persona nec in rebus et bonis; et hec omnia observabit bona fide sine fraude, et plus tantum quod ab istis kal. mad. venturis ad duos annos iurat et promittit aut habere factam domum in Cortona et in dictis finibus, aut emptam. Pena: x lib. Act. Cortona. S. m. dicti Iohannis. Rolando Orsi, Spolliagranus et Ildebrandinus Casalis tt. Ildebrandinus not.

Originale. Mittarelli, IV, 233 cit. Alticozzi, Risposta apologetica, I, 185 ed. Mancini, Cortona nel m. e., 27 cit.

1532. *Anghiari, 15 Ottobre 1213.*

A. MCCXIII, oct., ind. I, Ot(tone) imperante. In presentia Turclii, Bartholi Anglaris, Bartholi Ionathani et Guidonis Turclii, fuerunt confessi Vilanus, Blondonensis, Vilanellus, Venci ff. dicti Vilani, Guido Bernardini, Bernardinus, Marescoctus, Riçardus, Uguitio, Guidoctus, Turclius et Iacobus se iurasse precepta Guidonis prioris Cam. de discordiis, quas habebant inter se, et recoltas dedisse. « Vilannus dedit Miriscium pro se et suis filiis in M sol., quod Meriscius confessus est; et ipse Vilanus fideiussit dicto priori pro Iohanne Bernardini in M sol.; et Guido Bernardini fideiussit pro suis fratribus in M sol; et Moltobonus fideiussit pro Riçardo in XXV libr.; Ariminaldus et Diviçus fideiusserunt pro Uguitione et Vuidocto et Turclio et Iacobo in C libr., quilibet pro L libr., quod suprascripte recolte seu fideiussores omnes confessi sunt ». Precepit prior prefatus omnibus suprascriptis, nomine iuramenti, ut treuguam usque ad eventum prefati prioris ita teneant quod nullum peioramentum ab aliquo suprascriptorum vel ab aliquo amicorum inter eos fiat. Item precepit Vilano et Guidoni Bernardini ut faciant iurare eius filios, q. nondum iuraverant[1], eius precepta in manu Filippi prioris Anglarensis et, postquam iuraverint, ita teneantur sicut suprascripti tenentur. Item precepit Guidoni et Bernardino et Marescocto, nomine iuramenti, ut ipsi dent operam bona fide, sine omni fraude, quod Mateus et Iacobus ff. Iohannis Bernardini iurent precepta sua in manu prioris Filippi; quod si non fecerint, non dent eis adiutorium neque consilium malefaciendi ita quod

treugua suprascripta possit corrumpi. Pena: xx libr. Act. in mon. Anglaris, id. suprascripti mensis. Iacobus not.

Originale. Mittarelli, IV, 237 cit.

[1] *Le parole* eius filios q. nondum iuraverant *sono aggiunte in fine al doc. e precedono la sottoscrizione notarile.*

1533. *Bologna, 27 Novembre 1213.*

A. MCCXIII, die IIII ex. nov., ind. prima. Constat Rainerium Auxelliti, Thomasium f. qd. Eregiti Auxelliti et Dianam uxorem qd. Mathei vendidisse atque tradidisse tutorio nomine pro filiis qd. Mathei Auxelliti, Venantio et Michelito, quorum tutores se dicebant, Laurentio mon. Cam. de Burelis monaco, recipienti in onorem Dei et predicti mon. et successorum, petiam unam terre aratoriam pos. in pertinentia Villenove in l. u. d. Via de Medio, cum ingressibus et egressibus usque in viam publicam in integrum. Fines: a mane via publica, a sero eccl. S. Marie de Billieme, desuper Iacobus de Aurenga, de subtus f. Boniacorsii Teutii callegarii, Iacomellus. Pro pretio XIIII libr. Bon., q. sibi bene solutum esse confitentur. Ab omni quoque homine predictam rem legitime defendere et auctoriçare promittunt, et spetialiter a predictis pupillis eorumque heredibus, et promittunt se facturos et curaturos ita quod predicti pupilli et eorum heredes predictam venditionem et omnia suprascripta firma et rata in perpetuum habebunt, et quod, cum fuerint XIIII annorum, predictam venditionem et omnia suprascripta ad sensum sapientis predicti emptoris suorumque in predicto mon. successorum firmare facient, obligando non tamquam tutores, sed ut principales persone ad defensionem et ad omnia alia, et a dicta Diana certiorata a Petro not. Pena du(pli). Eum nomine dicti mon. (in) possessionem intrare iubent. Act. in civitate Bon. in strata maiori, in domo dictorum pupillorum. Albertus Piranus, Guilielminus scolaris et Tusculinus tt. Petrus f. qd. Bonibologni not.

Originale.

1534. *Monastero dell' Isola (Galeata), Novembre 1213.*

A. MCCXIII, tempore Innocentii pp. et Otonis imp., ind. prima, nov., in claustro mon. Isole. Drudo abb. mon. [Isol]e pro se suisque fratribus et successoribus dat et concedit Gratiano et Guaritolo in filiis et nepotibus emphit(eosis) iure ad renovandum quicquid Tedericolus habuit et tenuit in Spogna vel alibi, territorio Gall(eate), pl(ebe) S. Petri. Pro XXIIII sol. Rav. nomine mercedis sub illo servitio, q. Tedericolus faciebat mon. Isole. Pena:

XL sol. Rav. Conditio: si filius Tedericoli reverteret vel aliquis, q. esset heres[1] illius tenimenti et concordaret se cum abbate, Gratianus et Guaritolus debeant dimittere predictum tenimentum, refactis omnibus expensis et meliorationibus sibi ipsis[2] Gratiano et Guaritolo. Testes: Guido Orseti, Roselus, Leone, Braimençone, Iohannes Saime et alii quam plures. Bonagura Gall(eatensis) s. Rav. eccl. not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* ereditas [2] *L'orig. ha* vobis

1535. *Novembre 1213.*

« Marianus iudex et assessor donni Guidonis Stephani super discordia habita inter Morandum sindicum Cam. et Ildebrandinum et Ghiliotum fratres, occasione medietatis unius petie terre pos. in Miciano u. d. Madurentuli, iuxta duas vias et Gambos, visis utriusque partis probationibus et facta renuntiatione a singulis partibus, condempnavit Ildebrandinum et Ghiliottum in restitutionem predicte terre fiendam Morando predicto pro Cam. Sub a. Domini M°CC°XIII°, mense nov. Carta manu Mariani not. ».

Summaria, c. CXXII v., n. 4. Cf. il reg. seguente.

1536. *Novembre 1213.*

« Morandus sindicus Cam. heremi accepit et apprehendit corporalem tenutam unius petie terre, quam detinebat Folschinus Verderosa et Cecilia, pos. in curte Castillionis u. d. Madurentule, iuxta duas vias et terram presb. Ianni de Castill(ione); quam tenutam dedit Guido Stephani vicecomes Cam. in Castill(ione) et eius curte. Sub a. Domini M°CC XIII°, mense nov. Carta manu Mariani not ».

Summaria, c. CXXII v., n. 3. Cf. il reg. precedente.

1537. *Banzena, 31 Gennaio 1214.*

A. MCCXIV, Innocentio pp. residente, ind. secunda, pridie kal. febr. Rainerius f. qd. Mathei et Rengarda vidua, mater eiusdem Rainerii, cum parabola et auctoritate illius filii, sua propria et bona voluntate et per interrogationem Iacobi not. renuntiando omni iuri ipothecarum omnique alii sibi competenti, per hanc cartam donationis inter vivos et iudicati et offersionis pure et simpliciter dant, tradunt, cedunt et concedunt, mandant Marco monacho et vicecomiti abb. S. Marie de loco Pratallia, recipienti nomine ipsius mon. et Guilielmi abb. ipsius abbatie et sancte Dei eccl. et omnium monachorum et conversorum eius, in integrum totum ius, directum, usum, [domi]nium, rationem, actionem et

proprietatem in tota villa Frasseneta, in villa et in monte, ubicumque, tam in domesticis quam in silvestribus locis, una cum omnibus pertinentiis et iure suo in perpetuum. Meritum: centuplum receperunt. Fabrum de Bançena manuminvestitorem dant. Pena: duplum. Pro Aldebrandino fratre promittit Rainerius, cum in etate pervenerit, quod ille faciet cartam legitime. Act. in castello Bançena in domo eorumdem datorum. Presb. Girardus de Bançena, presb. Philippus de S. Donato, Ugo de Guidaramo tt. Iacobus not.

Originale.

1538. *Gennaio 1214.*

« Morandus sindicus Cam. pro Cam. heremo accepit et apprehendit corporalem tenutam unius petie terre, quam detinebat Dominicus Valentinus pos. in loco dicto Salci, iuxta terram eccl. de Turri et fossatum; quam tenutam dedit Guido Stephani vicecomes Cam. Sub a. Domini M°CCXIIII, mense ian. Carta manu Mariani not. ».

Summaria, c. CXXIII, n. 1.

1539. *Nella chiesa di S. Maria di Bethleem (Bologna), 6 Febbraio 1214.*

A. MCCXIV, die VI intr. febr., ind. secunda. In presentia Iohannis abb. S. Ypoliti de Faventia, Guidonis maioris heremi S. Marie Cam. de civitate Bon., Guidonis prioris Curti Luponis, Laurentii monachi Cam. de Bononia, Palmerii conversi Cam., Boni Compangni conversi S. Ypoliti de Faventia, Pregadei conversi Cam., Squartonis, Alberti Pirani, Blasii de Miserazano et Bulgarelli, moniales eccl. S. Marie de Betthleem sit. in territorio Bononiensi in l. q. d. Trivium de Maceraltula de curia Villenove, scilicet Lucia, Beatrix, Margarita, Cecilia, et omnes converse, scilicet Gislina, Donnesana, Ricchildina, Gislina et Cristina, et alie domne devote dicte eccl., in eadem eccl. Deo servientes, videlicet Teodisca, Aiburga, Gisla et Burga, et Parisius monachus et cappellanus dicte eccl. et conversi dicte eccl., videlicet Iannellus, Iohannes, Clarius et Petrizolus concesserunt et dederunt Guidoni priori heremi Cam. et successoribus in perpetuum plenam et liberam potestatem et licentiam eligendi, instituendi et destituendi abbatissam, et etiam institutionem, destitutionem et correctionem plenam tam abbatisse quam monialium, conversarum et conversorum predicte eccl. S. Marie, dantes et concedentes prefato priori plenam et liberam potestatem pro se et successoribus in perpetuum ordinandi dictam eccl. in spiritualibus et temporalibus. Eodem die

et in presentia omnium supradictorum testium Guido prior predictus elegit, ordinavit et instituit Luciam monialem in abbatissam prefate eccl. et mon. S. Marie de Bethleem, et dedit, concessit sibi et commisit amministrationem dicte eccl. in spiritualibus et temporalibus. Lucia abbatissa prefato Guidoni secundum regulam s. Benedicti et consuetudinem Cam. obedientiam promisit. Act. in dicta eccl. S. Marie de Bethleem. Petrus Terandanus Oc(tonis) imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVI, n. 5. Mittarelli, IV, 236 cit.

1540. *Arezzo, 5 Marzo 1214.*

A. MCCXIV, ind. II, III non. mar., residente pp. Innocentio. Ugo vicecomes Cam. et procurator eiusdem loci, constitutus a capitulo prefati mon. secundum quod continetur in carta scripta per manum * * * not., libellario nomine tradit et concedit fratribus Bencivenne et Grinte ff. Ubertini totam terram, quam ff. Rainerii Guidi iudicaverunt eccl. Cam., pos. in Montione et eius districtu, sive in terris sive in vineis cultis sive incultis. Annualiter in s. Stefani festo, pensionis nomine, debeant dare IIII sol. den. Pis.; ius alienare volentes, nulli alienare debeant quin primo se (Ugonem) et successores ter infra XXX dies inquirant, et sibi, illud emere volentibus, II sol. minus quam alteri sine asto dare debeant; si emere noluerint, salvo iure dicte eccl., liceat eis vendere cui voluerint, non tamen servo alterius nec eccl. neque suis paribus, sed tali persone q. ita pacifice sibi serviat sicut ii servire debent et nihil amplius petatur. Investitorem eis dedit Dominicum Galli. Pena: III libr. den. Pis. XX sol. confitetur se recepisse pro ingressu istius locationis. Act. in civit(ate) Ar(etina). Dominicus Galli, Bencivenne de Pratulino et Aritius Adami tt. Rainerius not.

Copia membr. 1242, Ottobre 25 di Cristianus olim Iohannis Ugonis Medici f. ord. iud. atque not. *Nello Spoglio:* 1214, Marzo 5. *Summaria, c. CIII, n. 2.*

1541. *Bologna, 12 Marzo 1214.*

A. MCCXIV, tempore discordie Innocentii pp. et Ott(onis) imp., die XII intr. mar., ind. secunda. Iacobus f. qd. Bonacursi Bonbulogni Teuçi calegarii, asseverando se maiorem XIIII annorum esse, presente matre sua Matelda et asseverante et confirmante eum maiorem XIIII annorum esse et plus dicti temporis a suo ortu habere, per se suosque heredes eligendo infrascriptam rem in suam falcidiam, si proprium in perpetuum, condititium unde pertinuerit, vendit et transfert presb. Laurentio monaco eccl. et mon. S. Marie

Cam., sit. prope civitatem Bon. in l. u. d. Silva Burellorum, cementi et recipienti ad honorem Dei et dicte eccl. et mon. eiusque catholic(orum) servientum, unam petiam terre aratorie pos. inter villam Castenax(e) et tribium Masceradul(e) in l. u. d. Pirus de Guarinis cum ingressu et egressu usque in viam publicam in integrum et cum toto fossato q. est a latere (iuxta terram) Oseppi et heredes Cuminelli. Confines: a meridie et a sero possessiones dicte eccl., ab aquilone via publica, a mane Oseppus et heredes Cuminelli. Pretium xxxv libr. minus XIII den. Bon. sibi bene datum et in suam utilitatem solutum confitetur, videlicet causa solvendi xx libr. ex his vel ex dicto pretio pro anima qd. Bonbulogni fratris sui et XII libr. Bon. causa solvendi in cuppis et in lapidibus pro aptare et adconçare domos suas; residuas vero causa solvendi in restitutionem dotis Matelde uxoris qd. dicti Bonbulogni. Pena: duplum. Insuper dictus venditor corporaliter ad sancta Dei evangelia iuravit suprascriptam venditionem et omnia et singula suprascripta firma et rata tenere, et ratione vel occasione minoris etatis vel minoris pretii non retractare neque contravenire; suprascripta Matelda et Bonbulognus Arardi Teuçi calegarii remiserunt, dederunt, cesserunt et mandaverunt suprascripto emptori omnia iura et rationes in predicta re vendita et procuratorem constituerunt. Pena dupli. Act. in strata S. Vitalis civitatis Bon. infra casamentum domus dicti venditoris. Testes: Uguict(io) de Regio, Octuber pelliçarius, Çebedeus f. qd. Spartifamilia et Teuçolinus. Leonardus Firmanus Ottonis imp. not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1214, Maggio 12.

1542. *20 Marzo 1214.*

« Aldebrandinus olim Todini de Riginopoli, pro remedio anime sue suorumque parentum, obligando se suosque heredes, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos Homodeo converso Cam. heremi, vice dicte domus, unum pratum in terris S. Marie de Partina in alpibus Cam., loco nominato Cortina, cui ex uno latere sunt prata Cam. heremi; pro qua donatione recepit pro benedictione sol. x. Sub a. Domini M°CC°XIIII, XIII kal. apr. Carta manu Martini not. ».

Summaria, c. XVII v., n. 5.

1543. *Foiano, 16 Aprile 1214.*

A. MCCXIV, ind. II, imperante Ottone imperatore, XVI kal. mad. Orlandus Ranucci, renuntians omni legali auxilio et omni exceptioni, q. sibi et suis heredibus possent prodesse et Marco Talami[1] eiusque heredibus obesse, vendit, tradit atque inrevocabiliter

concedit ad proprium ei (Marco) suprascripto et heredibus in perpetuum III petias terre cum omnibus earum finibus et pertinentiis sit. in curia Foiani; II in l. q. d. Bangno: uni ex uno latere Marcus, ex alio Rainerius Gai, a duobus via; alie a duobus lateribus Rainerius Gai, a tertio Bernardus Balduvini, a quarto via; III in Spiegia: ab una parte Iohannes Carontoli, ex alia dictus Orlandus, a pede Rainerius Gostantini, a capite via. Accepto pretio X libr. den. Pis. et IIII star. grani ad star. Foiani. Investitorem dedit Bernardum Balduvini. Pena dupli. Act. in castro Foiani ante domum filiorum olim Griffi. Testes: Buonsere de Pandolfino, Bernardus Balduvini et Martinus de Giunta. Baldirarius not.

Originale.

[1] *Cf. i regg. n. 1494 e 1505.*

1544. *(Chiesa di S. Martino) Galeata, 17 Aprile 1214.*

A. MCCXIV, tempore Innocentii pp. et Otonis imp., ind. secunda, die XIIII ex. apr., apud eccl. S. Martini. In presentia presb. Albrici, presb. Uberti, Braçoli, Dragonis, Tostoli et aliorum, et Bonagure not. Ro(dulphus) abb. Gall(cate) et Drudo abb. Insulanus, nomine suorum monasteriorum, concorditer elegerunt Ubertelum ep. Populiensem in arbitrum super omnibus causis, litibus, querimoniis et controversiis, q. inter eos vertuntur pro eccl. S. Matei de Monte Guidonis, et promiserunt tenere et observare eius laudum et arbitrium in hunc modum: quod si ipse (ep.) poterit amicabiliter componere inter eos, ipsi teneantur servare et tenere amicabilem compositionem quam ipse fecerit; sin autem, debeat ipse ep. audire et videre iura utriusque partis, et, secundum iura canonica et umana, debeat arbitrari, laudare et difinire, et ipsi abbates teneantur ob[servare] arbitrium et laudum quod ipse fecerit. Pena: CC libr. Rav. Eodem die et mense, in claustro mon. Insulani, coram abbate S. Donini, presb. Uberto et Nicholao, monaci omnes et conversi eiusdem mon. abprobaverunt et laudaverunt quod abbas fecerat, sub eadem pena. Bonagura Gall(eatensis) s. Ravenatis eccl. not., abbatis mandato et sui capituli.

Originale. Mittarelli, IV, 237 cit., colla data die quarta decima apr. *Cf. il reg. 1552.*

1545. *« Campo Guarinis » (Bologna), 20 Maggio 1214.*

A. MCCXIV, Ottone imp. in imperio regnante, die XII ex. mad., die martis, ind. secunda. Cecilia de Ugo de Petromignano vendidit et tradidit Laurentio, presente Guidone sindico, recipiente in honore Dei et eccl. S. Marie de Cam., et in predicta eccl. successoribus in perpetuum petiam unam terre aratorie pos.

in curia Cermadure in l. q. d. Lamaro et a pert(icis) leg(itimis) x ped. mensuratam, et est XII torn. et dim. minus VIII tab., cum ingressu et egressu usque in via publica in integrum; et dicit quod de dicta terra est pars de patrimonio et pars de emptione. Confines: a mane Passipauper, a sero ff. Çottoli de Cermaure, desuper Guirixe et frater eius, Iacobus et frater eius, de suptus via publica, idest strata de Castenasce. Pro pretio v libr. et dim. Bol. pro qualibet torn., quod totum pretium capit LXVIII libr. et VIIII sol. Pena: duplum. Federicus de Baise, vir filie venditricis, dedit, cessit atque concessit dicto emptori omne ius et actionem, q. in dicta re vendita haberet. Act. in Campo de Guarinis,[1] in domo venditricis. Uspinellus becc(aius), Iacobus predarius frater Ricardini not., Albertus Boniçittus et Gerardus not.[2] tt. Gerardus not.

Originale.

[1] Guarinis *con la* n *corretta su* r [2] *L'orig. ha* me not.

1546. *18 Giugno 1214.*

« Boncambius et Iacobus f. olim Iacobi de Romena per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Pipino converso Cam. nomine Cam. heremi unam petiam terre in Romena, l. d. in Vaccaricia, iuxta viam publicam et terram Cam. heremi et terram Engelberti, pro pretio libr. x, hac condictione apposita, ut Cam. heremus solvat predictis venditoribus pro annua pensione den. III Pis. Sub a. Domini M°CC°XIIII°, XIIII kal. iul. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. XXXVIIII v., n. 6.

1547. *Perugia, 13 Luglio 1214.*

A. MCCXIV, ind. secunda, tertiodecimo die intr. lulio. Bobo Romanorum consul et Perusinorum potestas, nomine comunis Perusii, cum consilio et voluntate infrascriptorum consiliariorum, q. sunt concessi et dati hoc anno sibi ad consiliandum et aliorum prudentum nobiliorum civium, q. interfuerunt primo et secundo consilio, dat, concedit et transactat Salinbene monacho Cam. et successoribus in perpetuum podium Motarii pos. iuxta montem Teucium in capite vallis Saracene, cum terreno ibi posito de super via usque ad ripas montis Teuçi, et totum terrenum sicut trahit via q. venit de Megiana superiori versus Pruculianum et abinde in subtus usque ad aliam viam q. venit de Pruculiano et vadit versus Furcellam et revertitur ad pedem montis ad l. q. d. Lavacci iuxta dictam Megionam, terram, silvam, aquam, arbores, pascura et totum q. communantia Perusina habet infra dictos fines. Per Pe-

trum Stephani iud. comunis Perusii facit eum investiri, ut admodo habeat licentiam et potestatem in dicto loco intrare, tenere, frui et possidere, et facere ibi hospitale, monasteria et romitoria et ad alia celebranda, q. ei et successoribus placuerit pro servitio Dei, ita tamen quod is et successores teneantur celebrare divina offitia et manutenere habitum regule Cam.; et vult quod non sit ei nec successoribus licitum dictum locum alicui speciali eccl. nec certe persone dare nec concedere nec subtuponere nec aliquod contractu facere inde, et, si venerint contra, prefatus locus revertatur ad comunem Perusii. Item, si dictus locus desisteret et deveniret ad seculare, quod absit, ita quod non esset ibi hospitale sive monasterium aut heremum vel aliquis locus pro Deo serviendo, similiter revertatur ad com. Perusii. Pena: centum libr. den. Luc. Act. in eccl. S. Laurentii, Perusii. Interfuerunt, consentierunt et dederunt eorum verbum in hoc instrumento: Raynerius Andrionis, q. tunc erat camerarius comunis Perusii, Petrus Stefani iud. comunis Perusii, Bonus comes Ebli, Orlandinus Capetonis, Beneventas Bernardi Uguitionis, Tiverius Rainaldi Mariani, Ugolinus Masioli, domnus Leo, Iacobus Aportoli, Gualfreducius Tribaldi, Ugolinus Montanarii, Ianni Andre, Bartholomeus Curbini, Çatius, Rainaldus Munaldi, Thomasius Bonitonis, Perusius Mussi, magister Matheus, Bonifacius Coppoli, domnus Latinus, Egidius Ildrevandi[1], Bernardinus Matioli, Gualfreducius Rain(erii), Uderifius Urlandini Urmanni, Ianni Rainutii, Ianni Montan(i), Bernardinus, Munaldus Guastaferri, Perus Bernarduli fabri, Iohannes Ildrevandini, Enrigus Ugonis Cutioli, Gluttus Munaldi, Pigulotus Calfi, Symon Tubalducii, Guiducius Niger, Bonus Daroperi Rainutii Blanci, Sensus Glutti, Errus Rainucii Bebulci, Girardus Gislerii, Christoforus Rainerii Guiducii, Egidius Perorigoli, Sensus Gergoli, Stephanus Viscomitis, Perus Dominici Corboli, Legerius Tutioli, Suppolinus Ugolini presb., Fortibrachia Sassirubei, Perus Dominici Corboli, Milus de Burgo, Bonus comes Periperi, Bonaguida Cattaguerra, Gualfreducius Tigniosi, Bartholus Perusii. Eodem mense, ultimo die ex., in palatio comunis Perusii, Bobo Oddonis Bobonis Romanorum consul et Perusinorum potestas, insimul cum Rainerio Andrionis camerario comunis Perusii et Petro Stefani iud. comunis Perusii, cum voluntate et consensu infrascriptorum consiliariorum et aliorum prudentum, q. interfuerunt huic consilio, dederunt, concesserunt et confirmaverunt prefatum locum prenominato Salimbene monacho Cam. et successoribus in perpetuum eodem modo, ut supradictum est, et sub dicta pena promissa. Interfuerunt, consentierunt et dederunt eorum verbum huic instrumento: Perus Cupe, Andreas

Iacobi, Marsilius, Beneventas Bernardi Uguitionis, Arlottus Pelucci, magister Matheus, Iohannes Ildrevandini, Stephanus Bernardi, Rivaldi, domnus Latinus, Perus Bertrambi, Ugolinus Bucellate, Mainardus Imperatoris, Çatius, Pigulottus Calfi, Saracenus Viviani, Christoforus nepos archipresbiteri, Perus Bernardoli, Bonafidantia Fortioli, Perusius Vilani, Fabianus Monachi, Rainaldus Munaldi, Milus de Burgo, Homodei iudex, Iacobus Romanus, Rainerius Tudinus, Gelfucius de Agello, Gilius Ildrevanducii, Gluttus Munaldi, Leo, Girardus Gislerii. Interfuerunt et viderunt et consentierunt quando Petrus Stephani iud. comunis misit dictum Salinbenem in possessionem ipsius loci et terreni et investivit ipsum: Rainerius Andrionis q. tunc erat camerarius comunis Perusii, Iacobinus not., Oliverius prior S. Severii, presb. Urlandus, Petrus not. presbiterii Anestasii, Rainutius Tonamontangne, Bonaiuncta Martoli et Guidone Aççolini tt. Symon imp. aule not.

Nello Spoglio: 1214, Luglio 13, n. 1. *Due esemplari, uno però di data posteriore (cf. il doc. al reg. n. 1549), dei quali, per mancanza di confronti, non è possibile stabilire quale sia l'autografo del not. Simone; il documento redatto in forma più ampia ed estesa probabilmente ci dà una nuova redazione dell'atto. Summaria, c. CCIIII, n. 2. Fortunius con datazione errata,* manu Oratoris not., *cit. Pellini, Dell'historia di Perugia, p. 234 cit. Mittarelli, IV, App. 327, n. CCII.*

[1] *Nell'orig.* Ilderevandi *colla prima* e *espunta.*

1548. *Banzena, 23 Luglio 1214.*

A. MCCXIV, ind. II, X kal. ag., pp. Innocentio residente. Orlandinus f. olim Spinelli de Bançena, volens vitam mutare et perpetuo sub regulari habitu in mon. abb. S. Marie de Pratallia Domino servire, fecit se monacum dicti mon., mittendo se in manibus abb. Guillelmi, dando se et sua bona omnia et iura, presentia et futura, et integraliter partem contingentem sibi de patrimonio patris et matris. Abb. Guillelmus eundem in monacum et fratrem ipsius mon. et suum recepit; unde hanc cartam fieri rogaverunt. Act. in castro Bançene in domo dicti Orlandini et Munaldi fratris sui. Testes: Rainaldus f. olim Gertini, Lutimerius f. olim Tusscanelli, Spinellus f. olim Sinibaldi de Marçano, Contro f. Bigonis.[1] Martinus not.

Originale.

[1] Contro f. Bigonis *agg., sembra, posteriormente dalla stessa mano.*

1549. *Perugia, 24 Luglio 1214.*

A. MCCXIV, ind. secunda, VIII° die ex. Iulio. Bobo Romanorum consul et Perusinorum potestas, nomine comunis Perusii, cum consilio et voluntate infrascriptorum consilianorum, dat, concedit et transactat Salinbene monacho Cam. et successoribus

in perpetuum podium Mortaris pos. iuxta montem Teuçum in capite Vallis Saracene cum terra supra viam q. venit a Pruculiano et vadit Mixanam usque a(d) ripam montis apud Campum Carpineti et Saxum Aguvini et revertit ad supradictam viam q. vadit ad Mixanam, et totum terrenum sicut trait via et abinde in subtus usque ad aliam viam q. venit de Pruculiano *etc. come nel doc. al reg. n. 1547*[1]. Act. in eccl. S. Laure(n)tii, Perusii. Interfuerunt, consentierunt et dederunt eorum verbum in hoc instrumento: Raynerius Andrionis camerarius comunis Perusii, Petrus Stephani iud. comunis Perusii, Bonus comes Ebli, Orlandinus Capetonis, Benevivas Bernardi Uguconis, domnus Leo, Iani Andree, Bonifatius Copoli, domnus Latinus, Beradinus Matioli, Gualfredutius Rain(erii), Girar(dus) Gislerii, Christoforus Rainerii, magister Mathus, Iohannes Ildirivandrini, Andreas Iacobi, Stephanus Bernardi, domnus Latinus, Raynerius Tudini, Giradus Gislerii, Leo, Gelfucius de Agenlo, Glotus Monaldi et alii plures. Interfuerunt, viderunt et cumsentierunt quando Petrus Stephani iud. comunis misit dictum Salimbenum in possessione(m) ipsius loci et eremi et investivit eum: Raynerius Andrionis camerarius comunis Perusii, Iacobinus not., Oliverius prior S. Severii, presb. Urlandus, Petrus not. presb. Anastasii, Raynutius Montagne, Bonaiuncta Marioli et Guidone Açolini tt. Simon imperialis aule not.

Nello Spoglio: 1214, Luglio 13, n. 2.

[1] *Le poche differenze, che vi si riscontrano, sono di lieve momento.*

1550. *25 Luglio 1214.*

« Donna Sophya abbatissa mon. S. Christine de Tar(visio), cum consensu sororum suarum, reffutavit omne suum ius et actionem pro se et suo mon., quod et quam habebat in eccl. S. Marie de Betleem, donno Guidoni priori Cam. pro Cam. heremo, ita quod dictus prior et eius successores habeant plenum dominium et curam locandi et ordinandi dictam domum S. Marie de Bethleem, sicut facit in domo S. Christine de Tar(visio) et in aliis domibus conventus Cam. Sub a. Domini M°CC°XIIII°, die VII^a, mense iul. ex. Carta manu Roberti not. ».

Summaria, c. CLXXXXVI, n. 3. Mittarelli, IV, 236 cit., colla data die septima iulii.

1551. « *Guaita Marchexana* » *(Bologna), 28 Luglio 1214.*

A. MCCXIV, die IIII ex. iul., ind. II. Constat Ioseppum Thomaxii de Tuscis vendidisse et tradidisse presb. Laurentio, recipienti in honore Dei et eccl. S. Marie de Cam. et successorum, medietatem pro indiviso unius petie terre ar(atorie) pos. in perti-

nentia Villenove, in l. u. d. Pirus Principum. Confines: a mane via montanaria, a sero et a meridie dicta eccl., de suptus via publica. Pretium LXXV libr. Bon. et V sol. Bon. sibi bene solutum. Pena: duplum. Act. in Guaita Marchexana. Magister Rainaldus Tuscus, Gerardus tinctor, Benincasa tinctor, Guido Blasii et Gebeus tt. Donodedeus imperialis aule not.

Originale.

1552. *Galeata, 30 Luglio 1214.*

A. MCCXIV, die secundo ex. lulio, ind. secunda, tempore Innocentii pp. et Octonis imp. Rodulfus abb. mon. S. Yllari Galeat(ensis), presentibus et consentientibus fratribus eiusdem mon., scilicet Griffo, Guilielmo, Iohanne, Ugone, Rainerio, Guilielmino et Guidone, iure pacti in annis C ad renovandum, dat, concedit, largitur seu confirmat Drudoni abb. mon. S. Marie de Insula, accipienti nomine ipsius mon. et pro cunctis fratribus et successoribus, pro XII den. Rav. tantum et non plus ad renovandum canonicam S. Mathei Montis Guidonis, in territorio Galeat(e) pos., cum omni iure, actione, ratione et petitione. Dat Stephanum presentem nuntium suum, q. eum de canonica predicta investiat et corporalem possessionem ex ea tradat. Sub pensione annuatim, in Natale vel infra indict(ione) illius anni danda et solvenda, medietatis libr. unius cere, salva insuper sibi (Rodulfo) spalla una porci cum coxa et gallina una cum XII panibus et tribus sta(riis) spilte, q. omnia, nomine redditus, annuatim de canonica predicta consequi debet et habere. Pena: XL libr. den. Rav. ad invicem promissa. Act. apud mon. Galeat(ense), coram presb. Petro ipsius mon., Constantio de mon. Insule, Turbaloste, Bernardino coquo, Rigolo Mercatantis et Bruno de S. Flora tt. Iohannes not.

Originale. Cf. il reg. n. 1544.

1553. *Lierna, 3 Agosto 1214.*

A. MCCXIV, ind. secunda, Innocentio pp. residente, tertio non. aug. Merigettus f. Berriguardi et Deodata uxor eius, predicti viri consensu atque legittime a Matheo iud. interrogata, vendunt, donant, tradunt, concedunt Guidoni Rubeo converso Cam., recipienti nomine Guidonis prioris domus Cam. et successorum et ad proprietatem et utilitatem dicte domus, tres petias terrarum. Una pos. in l. q. d. Vingnale: a primo et secundo terra Mathei qd. Çanke, a tertio et quarto Albertini; alia pos. in Cornieto: a I Rustikelli et Aldibrandi, a II Mussetti et Tribaldi, que (terra) fuit de quartatura, a III fossato, a IIII (terra) filii qd. Martinocti;

alia pos. in l. q. d. Lai del Fabbro: a primo latere de dicta domo Cam., a II terra dicti Mathei, a III Martinucçi, a IIII Albertini. Pretium XXX sol. Pena: duplum et insuper C sol. S. m. dicti Merigetti. Testes: Sclavus f. qd. Valentini, Homodeus f. qd. Guidi, Lottierius f. qd. Avoltii et alii. Act. in platea de Lierna. Matheus iud. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1214, Agosto 3, n. 1. *Summaria, c. XXX, n. 4. Cf. il reg. n. 1555.*

1554. *Sparena, 3 Agosto 1214.*

A. MCCXIV, ind. secunda, Innocentio pp. residente, tertio non. aug. Ildibrandus f. qd. Baldovini, Rustikellus f. qd. Guillielmini, Guillielmetta uxor dicti Ildibrandi et Nobilis uxor predicti Rustikelli, predictorum virorum consensu atque legittime a Matheo iud. interrogate, vendunt, donant, tradunt, concedunt Guidoni Rubeo converso Cam., recipienti nomine Guidonis prioris domus Cam. et ad proprietatem et utilitatem dicte domus, quattuor petias terrarum. Una pos. in Campo Savilli: a primo via, ab aliis tribus lateribus Mathei qd. Çanke; alia pos. in Lai del Fabbro: a primo Mainecto, a secundo Benintendi, ab aliis duobus lat. de dicta domo Cam.; alia in plano de Casale: ab uno lat. Vite, ab aliis tribus lat. de dicta abaçia Cam.; alia in l. q. d. Mondestrino: a primo via, a secundo Vite, a tertio et quarto de dicta domo Cam. Pretium XLV sol. Pena: X libr. Act. ante eccl. S. Floride de Sparena. S. m. dicti Rustikelli et Ildibrandi. S. m. Benintendi f. qd. Madii, Martinucçii f. qd. Rustikelli, Mathei f. qd. Çanke et aliorum tt. Matheus iud. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1214, Agosto 3, n. 2. *Summaria, c. XXIII v., n. 3.*

1555. *Lierna, 3 Agosto 1214.*

A. MCCXIV, ind. secunda, Innocentio pp. residente, tertio non. aug. Mainettus f. qd. Sassoli, pro se et fratre Bonincontro, et Merigettus f. Berriguardi, ambo consortes et propinqui, et Remedia uxor Mainecti et Deod[ata uxor] Merigetti, predictorum virorum suorum consensu atque legittime a Matheo iud. interrogate, vendunt, donant, tradunt, concedunt Guidoni Rubeo converso Cam., recipienti [nomine Guidonis prioris] domus Cam. et ad utilitatem dicte domus, omne ius et actionem, quam Struffaldus de Lierna et ii ipsi[1] dicebant habere infra clausuram domus Cam. de Angna, in integrum, pro pretio L sol. Pena: C sol. Act. in platea de Lierna. S. m. dicti Mainecti [et Meri]getti.

S. m. Sclavi f. qd. Valentini, Homodei f. qd. Guidi, [Lottie]ri f. qd. Avoltii et aliorum tt. Matheus iud. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1214, Agosto 3, n. 3. *Summaria, c. XXXVIII, n. 3. Cf. il reg. n. 1553.*

[1] *L'orig. ha* nos

1556. *Capolona (Arezzo), 26 Agosto 1214.*

In presentia Alberti, Mathei, Uberti, Aldobrandi, presb. Bifulci, Ugonis de Bibiano, Turpinelli f. Turpini, Marci de Pratallia, presb. Donati conversi de Pratallia et aliorum plurium tt. G(uilielmus) abb. Pratagllе appellavit ab abb. Campilionis et suis fratribus ad papam ne se intromitterent per se vel per alios de aliquibus possessionibus, quas abbatia de Pratallia in civitate Aret(ina) vel in comitatu habet vel habere dignoscitur. Act. in claustro dicte abbatie Campilionis. A. MCCXIIII, Innocentio pp. residente, ind. IIª, VII kal. set. Accorre not.

Originale. Mittarelli, IV, 237 cit.

1557. *Motena, 31 Ottobre 1214.*

A. MCCXIV, oct., ind. secunda, tempore discordie Innocentii pp. et Octonis. Gisla relicta qd. Gerardi, Bontius eorum f. et Berta dicti Gerardi f. cum viro suo Iunta et eius licentia insimul, per hanc cartam convenientie et donationis pure et absolute, dant et tradunt omnia iura et actiones de omnibus rebus sibi pertinentibus ex parte suprascripti Gerardi Morando, recipienti nomine prioris Cam. et eius conventus, proprietatem et dominium trium petiarum terrarum. Prima in l. q. d. Motina, et est clausurata intra duabus viis et terram Tederici et a quarta (parte) est terra suprascripte Gisle de dote quam habuit a patre; secunda in l. q. d. Casalibari iuxta (terram) Guidifresonis, Nerconis et Iacobi Brachi; tertia in Canideteve iuxta terram Raignaldi Albiani et Varce et via(m). Per suum investitorem Recevutum ad proprium investiunt, hoc pacto quod debeat sibi in beneficium feudi concedere et perpetuo locare, et ii (donatores) debeant dare census et reddere quatuor den. in Natali Domini. Pena: duplum. Morandus vicecomes supramemoratas tres petias terre eis in feudum concedit, ad hoc ut sibi et successoribus suprascriptum censum IIII den. et in suprascripto termino dare debeant. Act. in l. u. d. Motina, II kal. nov. S. m. Gisle, Boncii, Berte et Iunte. S. m. Recevuti, Guidi qd. Stephani et Pecorarii tt. Dadeus iud. et not.

Originale. Summaria, c. CXXIII, n. 2.

1558. *Novembre 1214.*

« Iohannes olim Villani per se suosque heredes in perpetuum promisit annuatim solvere nomine census Morando nomine Cam. heremi et castaldioni curie Cam. de Motina den. XII Bon. in Nativitate Domini pro feudo sibi assignato duarum petiarum terre, quarum prima est in Lavatorio iuxta terram Symeonis et viam et Iacobi Braci, alia est in Stregaia, iuxta terram Iammorlerii, et nomine census omnium bonorum suorum. Sub a. Domini M°CC°XIIII,° mense nov. Carta manu Dadei not. ».

Summaria, c. CXXIII, n. 3.

1559. *Bucena, 8 Dicembre 1214.*

A. MCCXIV, ind. III,[1] Innocentio pp. residente, VI id. dec. Bassus qd. Teci, pro remedio anime sue suorumque parentum et de consilio et assensu Iullie uxoris et filiorum videlicet Bonefidei et Piccoli, obtulit se in manu Nicholai vicarii domus Cam. pro converso dicte domus. Similiter predicti iugales, de assensu dictorum filiorum, donant, tradunt, concedunt dicto Nicholao, recipienti vice Guidonis prioris Cam. et utilitate dicte domus, quamdam petiam terre pos. in l. q. d. Ortale. Confines: a primo via, a secundo (terra) dicte domus Cam., a tertio eccl. S. Martini de Bucena, a quarto Bonefidei Galiane. Pena: duplum. Act. ante curiam Camaldulensium de Bucena. S. m. dictorum iugalium. S. m. Bucinelli qd. Guillielmini, Mannelli f. Griffoli, Bencivenni qd. Ricci et aliorum plurium. Matheus not. Donus cultor vinee de Pretale hoc opus fieri fecit.

Originale. Summaria, c. XXIII v., n. 4.

[1] *È usata l' ind. del settembre.*

1560. *Presso l'abbazia di Poppiena, Gennaio 1215.*

A. MCCXV, ind. tertia, ian. In presentia Aldeblandini de Iohanne de Rumena, Deoteaiuti f. Benardi, Iohannis Boni f. Dominici et aliorum, Manues f. Paltoncrii pro libr. decem Pis., quas accepit, dat, tradit, concedit et inrevocabiliter donat Pipino nomine heremi Cam. tres petias terre in terratorio Rumene u. d. ad Vacariciam cum omni iure et utilitate. Prime coheret ab uno latere via publica, ab alio Cam.; secunde coheret ab uno latere via publica, ab alio Vaianellus, ab altero Rainaldus Ugeti; tertie coheret ab uno latere Cam., ab alio via. Libr. viginti Pis. pro pena, quam possit exigere sub comitibus vel eius nuntiis. Act. Rigaloci iuxta abbatiam de Popiena. Iacopus not.

Originale. Summaria, c. XL, n. 1

1561. *Laterano, 5 Febbraio 1215.*

Innocentius pp. .. ep. Florentino et .. abb. S. Miniatis Florentine dioc. .. abbas et conventus mon. de Pulchian(o), Cam. ordinis, sibi conquerendo monstrarunt quod T. presb. eccl. S. Michaelis de Machinatic(o), Vulter. dioc., super iure patronatus ipsius eccl. iniuriatur eisdem; ideoque mandat, quatinus, partibus convocatis, audiant causam et appellatione remota fine canonico terminent, facientes, quod decreverint, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, q. fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogant. Dat. Laterani, non. febr., pont. a. octavodecimo.

Originale; manca il sigillo plumbeo, asportato da taglio della pergamena. Mittarelli, IV, App. 333, n. CCV.

1562. *Partina, 4 Marzo 1215.*

A. MCCXIIII, ind. tertia[1], quarto non. mar., tempore Innocentii pp. et Frederigi regis. Castraleone, Orlandettus et Renuccius ff. qd. Orlandi, et Beroardus qd. Gibelli pro se et pro Cavalcante fratre insimul vendiderunt, tradiderunt et concesserunt Giannino converso Cam., vice Guidonis dicte domus prioris recipienti et successorum, in perpetuum integre unam petiam terre pos. in Musulea: a primo latere terra plebis de Partina, a secundo Cam., ab aliis duobus via. Confessi sunt se pro pretio recepisse sol. tres et den. IIII^{or}, scientes predictas res multo pluris pretii esse; tamen quantocumque pluris sunt, totum iure donationis inrevocabiliter inter vivos donaverunt, confitendo se meritum recepisse secundum legem. Pena: duplum. Act. apud eccl. de Partina, in testimonio presb. Gratie, Mainetti qd. Paganucci et Bencivenni f. Iohannis. Matheus imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 4 Marzo 1214. *Summaria, c. LI, n. 2.*

[1] *È usato il computo fiorentino.*

1563. *Camaldoli, 24 Aprile 1215.*

A. MCCXV, pp. Innocentio residente, VIII kal. maii, ind. III^{a}. In presentia abb. S. Savini de Pisis, magistri Iohannis maioris eremi Cam., Felicis prioris mon. S. Çenonis de Pisis, Rainerii prioris eccl. S. Michaelis Arct(ine) civit(atis), Bonacursi Porcellini, Bonaventure olim Blasii et Lucensis, et coram Guidone priore Cam., Ildebrandinus Aççi dixit atque professus fuit se esse valde dolentem, culpabilem et penitentem pro eo quod non renuntiavit nec assignavit priori Cam. inferius scriptam terram, quam emit

a Matheo olim Tigniosi caldararii, quoniam confessus fuit quod ipse erat conversus Cam. et fuerat prius per VIIII annos et plus, et ideo renuntiavit, assignavit et sponte inter vivos donavit, dedit, tradidit et ad proprium concessit et in perpetuum predicto Guidoni priori Cam., recipienti ad honorem Dei et mon. Cam., totam dictam terram XII star. et I tab. pos. in l. q. d. Le Prata: iuxta Barfolum de Porta, Negoçantem castellanum et Segnorettum, accepto iusto merito secundum legem et in futuro a Deo vitam eternam. Pena: duplum. Act. in eremo Cam., in cella dicti prioris Cam. Bene palatii excellentissimi not.

Originale. Summaria, c. CI v., n. 1.

1564. *Laterano, 27 Maggio 1215.*

Innocentius pp. .. ep. Castellano. Cum (ep. Aretinus) in .. plebanum de Miciano, U(gonem) presb. de Soci ac quosdam alios clericos sue dioc. excomunicationis sententiam exigente iustitia promulgarit, iidem, ipsius sententia vilipensa, divina postmodum celebrare officia temere presumpserint, mandat, quatinus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, faciens auctoritate apostolica[1] sublato appellationis obstaculo inviolabiliter observari, si ei (ep. Castellano)[2] constiterit excomunicatos predictos, post sententiam prolatam, ausu temerario celebrasse, ipsos canonica pena percellat. Dat. Laterani, VI kal. iun., pont. a. XVIII.

Copia inserta nel doc. di cui al reg. n. 1566.

[1] *La copia ha* nostra [2] *La copia ha* tibi

1565. *Anghiari, 18 Giugno 1215.*

Rainaldus olim Bonavollie f. vicecomes pro comunitate Ar(etii), — « accepta querimonia quam faciebat Ubertinus f. olim Scolai de Guidone Turcli, petendo ab eo medietatem pro indiviso molendini de Maloscii et ipsius medietatis restitutionem; quo legittime et perhentorie[1] citato et ore ad os commonito et ei ad iustitiam faciendam venire ac stare contumaciter recusante » — ad ipsius contumaciam puniendam, pronuntiat dictum Ubertinum fore mittendum in possessionem et in restitutionem medietatis predicti molendini. Ipsum induci fecit per Saltamgreppum suum executorem, omni legali auxilio absenti reservato, ut rediens infra annum et restitutis expensis III libr. et II sol. et prestita satisdatione iudicio sisti recuperet possessionem, et salva ratione cuiusque alterius. Dat. in presentia Iohannis Bernardini, Anfoscii, Iacobi f. Iohannis Bernardini et aliorum, in eccl. S. Bartholomei in Anglare, a. MCCXV, Innocentio pp. residente, XIIII kal.

lulii, ind. III[a]. Rainerius imperatorie maiestatis ord. iud. atque not.

Originale.

[1] et perhentorie *aggiunto nell' interlineo.*

1566. *Pieve di Teverina, 9 Ottobre 1215.*

Iohannes Castellane eccl. ep.[1], — (delegatus apostolicus ut sententiam ep. Aretini in plebanum de Miciano, Ugonem presb. de Soci ac quosdam alios clericos sue dioc. observari faceret[2]) — partes ante se citavit. Que cum venissent, iamdictus plebanus R. nomine cum presb. Ugone de Soce quasdam proposuerunt exceptiones, scilicet quod (ep. Castellanus) eorum erat capitalis inimicus et quod compromiserat cum Aretino, Clusino et Perusino episcopis quod unus teneretur iuvare alterum in suis negotiis et maxime contra monasteria. Ad predictas exceptiones probandas terminum prefixit, intra quem coram arbitris sive iudicibus a partibus electis suas deberent, si possent, probare exceptiones. Dictus plebanus cum iamdicto presb. testes ad exceptiones probandas introduxerunt coram iudicibus predictis, q. cum in danda sententia se ad invicem non concordarent, iterum partes citavit et, cum ante se venissent, eis prefixit peremptorium, ut ita facerent quod dicti iudices sententias super exceptiones deberent diffinire aut atestationes publicatas ante se termino peremptorie prefixo deberent afferre et ante se venire partes in causa processure; quibus atestationibus visis et intellectis aut cause supersederet aut iustitia mediante in causa procederet. Et cum dicti iudices sententiam non dedissent, pars episcopi termino prefixo et peremptorie atestationes sibi detulit publicatas; quibus visis et intellectis et super his plena deliberatione habita et multorum sapientum consilio recepto, et cum dictus plebanus una cum dicto presb. suas exceptiones non probassent termino eis et aliis clericis, scilicet presb. de Angna et presb. de Tarcla, peremptorio prefixo nec per se nec per responsalem aliquem ante se venissent, sententiam excomunicationis ab ep. Aretino in eos latam auctoritate pape confirmat et eam observari inviolabiliter precipit. Dat. apud plebem de Tiberina, in presentia Iustini iud., Ildebrandi prioris de Civitella, Rainerii archipresb. de Tiberina, Rainerii cam(erarii) ep. Castellani, Rainaldi Suppolini et aliorum quam plurium. A. MCCXV, tempore Innocentii pp. III et discessionis inter Ottonem et Fredericum regem, VIIII die intr. oct., ind. III[3]. Martinus not.

Originale. Mittarelli, IV, 242 cit.

[1] *Segue inserto il doc. di cui al reg. n. 1564.* [2] *Cf. il predetto reg. n. 1564.*
[3] *Vi è sconcordanza tra i dati cronologici, perchè Innocenzo III era morto già dal 16 luglio.*

1567. *1 Dicembre 1215.*

« Bentevollia de Poppio et Bentavene uxor eius per se suosque heredes in perpetuum donaverunt et obtulerunt donno Gilio monacho et camerario Cam., recipienti vice donni Guidonis prioris Cam., suum ius et actionem, quod et quam habebant in possessionibus olim ressignatis donno Açoni olim priori Cam., recipienti pro dicta domo, a Bernardino Iohannis et Imeldina eius uxore, pos. in Camprena et eius pertinentiis; item et in rebus cessis a Iohanne f. Guidonis et Imeldina eius uxore predicto donno Açoni pos. in curte de Soci; item in possessionibus cessis a Bernardino et Imeldina eius uxore et Turta eorum f. donno Açoni predicto in castro de Soci et eius curia, pro pretio libr. VI. Sub a. Domini M°CC°XV,° kal. dec. Carta manu Abraciabene not. ».

Summaria, c. LXVI, n. 5.

1568. *(Bologna), 2 Aprile 1216.*

A. MCCXVI, die sabbati [secund]o intr. apr., ind. quart[a in presentia P]etri not. de domo com. Bon(oniensis), presentibus testibus [i]ud., Rodulfo Pedeferro iud., Ugitione [r]egio et Petro not., Dr[u]xian[a] uxor qd. Iac[o]bi de Calanco, pro eo quod Guido prior eccl. S. Marie de Cam. et Bonasaltus sindicus dicte eccl. et collegii eorum nomine et successorum concesserunt et promiserunt dare eidem domne alimenta in vita sua, ut continetur in alia carta scripta manu [P]etri not., fecit eidem priori et sindico, recipientibus vice dicte eccl. finem, refutationem, diffinitionem et pactum de non petendo de vinea quadam pos. prope dictam eccl. in loco Suçole: a mane via, a sero eccl. S. Cecilie de Bononia, de subtus vinea, q. [f]uit Calanchini, de super Petrus de Ygnano, et omne ius in dicta vinea penitus refutavit. Pena: X libr. Bol. Petrus Ottonis imp. et comunis Bon. not.

Originale.

1569. *Borgo S. Quirico, Aprile 1216.*

A. MCCXVI, apr., ind. IIII. Detaviva qd. Niccole, pro se et omnibus suis heredibus, Emme abbatisse mon. S. Marie de Thoma eiusque succeditricibus in l. d. facit finem perpetuam, transactionem et refutationem inrevocabilem de omni iure et actione, quod et quam quolibet modo ex quacumque causa huc usque habuit vel habere sperat nomine campi pos. supra pontem Thome et ipsius fructus pro LIIII star. grani, q. confessus est accepisse. Pena: mille sol. Act. in burgo S. Quirici, coram

Ranerio Alberti, Ranucio Rolandi et Inghilesco Sorentine tt. Siçius imp. not.

Originale.

1570. *21 Maggio 1216.*

« Bassenimicus olim Guidonis Orselli et Ubertinus, Guido et Orlandus olim Isacci per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Bernardino olim Menchi converso Cam., recipienti vice Cam. heremi, terciam partem pro indiviso totius castellaris pos. in pleberio S. Ypoliti de Retina in Brolio in l. d. Colle S. Savini iuxta vias et terram Cam. heremi et filiorum Ugonis et mon. de Cruce, pro pretio libr. IIII^{or} et sol. VII minus den. IIII^{or}; insuper Rigolus et Guazo f. olim Barfoli et Fordevollia eorum frater simili modo vendiderunt predicto converso terciam partem pro indiviso castellaris predicti ; similiter et Ugho olim Bernardini et Spalliagranus olim Guidonis aliam terciam partem castellaris eiusdem predicto converso similiter vendiderunt, pro pretio libr. VIIII et sol. XII et den. VIII. Sub a. Domini M°CC°XVI°, XII° kal. iun. Carta manu Christofori not. ».

Summaria, c. CLXIII v., n. 1.

1571. *Siena, 21 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die XII kal. iun., ind. IIII. Bonus confitetur se esse priorem de Vivo et aministrationem S. Petri de Vivo Montis Amiati renuntiasse secundum formam litterarum pape, in quibus licentiam habet cum conventu suo transferendi caput congregationis sue apud prioratum suum Sen(is). Interrogatus utrum habuerit consilium conventus sui post impetrationem litterarum pape, in dicto autem prioratu asserit se esse electum a Ieronimo, Bernardo et Maffeo monachis dicti prioratus et Bolgia converso. Quam renuntiationem Guido prior Cam. firmam habet et ratam, eamque recepit tanquam confirmator electionis prelature mon. de Vivo Montis Amiati. Act. Senis apud dictam abbatiam coram presb. Ventura rectore eccl. S. Theodoli, Benincasa Ildibr(andi), Paganuccio Grassi et Biencivenne Bullicti tt. Somelliante not. de mandato Guidonis prioris Cam.

Originale. Precede, sulla stessa pergamena, i sei documenti seguenti in data 21 e 23 Maggio 1216. Mittarelli, IV, 244 cit. colla data die vigesima maii. *Cf. i regg. seguenti nn. 1572-1577 e i regg. nn. 1585 e 1587.*

1572. *Siena, 21 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die XII kal. iun., ind. IIII. G(uido) prior Cam., in capitulo in eccl. de Vivo S. Mustiole apud Sen(as), precepit

Orlando, q. dicebatur electus mon. de Vivo Montis Amiati, ut diceretur in iudicio eiusdem G. prioris si gerit se pro electo de Vivo, et ipse respondit se renuntiasse omni iuri quod inde habebat. Quam renuntiationem G. prior firmam habet et ratam. Act. *come il doc. precedente, alla presenza degli stessi testimoni.* Somelliante not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al doc. precedente. Mittarelli, IV, 244 cit. Cf. i regg. nn. 1571, 1573-1577, 1585 e 1587.

1573. *Siena, 21 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die XII kal. iun., ind. IIII. G(uido) prior Cam. precepit Oderrico abb. S. Petri de Arniano, Benincase abb. S. Benedicti de Moiano, Iohanni, Ieronimo, Bernardo, Ristoro et toti conventui de Vivo, monacis et conversis convocatis, quia mon. de Vivo Montis Amiati viduatum erat ac desolatum priore, ut infra tres menses priorem idoneum eligant de comuni concordia Act. *come il doc. precedente, in presenza degli stessi testimoni.* Somelliante not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, ai due precedenti documenti. Mittarelli, IV, 244 cit. Cf. i regg. nn. 1571, 1572, 1574-1577, 1585 e 1587.

1574. *Siena, 21 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die XII kal. iun., ind. IIII. Guido prior Cam. Dainensem conversum de Vivo, quem excomunicaverat, quia ad preceptum suum curatoria cautione nolebat super quodam negotio testimonium peribere publice coram capitulo de Vivo in eccl. S. Mustiole de Vivo apud Sen(as), absolvit ab excomunicatione. Act. Senis, iuxta dictam abbatiam coram Egidio Cam. camerario, q. eumdem Dainensem ad libitum prioris Cam. propter hoc verberavit, et Bono, Ieronimo et Ristoro tt. Somelliante not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, ai tre precedenti documenti. Cf. i regg. nn. 1571-1573, 1575-1577, 1585 e 1587.

1575. *Siena, 21 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die XII kal. iun., ind. IIII. Bonus pro se et pro Ieronimo, Bernardo et Ristoro fratribus suis, ex parte pape et prioris Cam. in capitulo de Vivo abbatum et monacorum et conversorum convocato, a G. priore Cam. in eccl. S. Mustiole de Senis appellavit ne idem capitulum, absque consensu eorum quos asserit de iure debere requiri, aliquem eligant in priorem. Act. *come il doc. al reg. n. 1571, in presenza degli stessi testimoni.* Somelliante not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, ai quattro documenti precedenti. Cf. i regg. nn. 1571-1574, 1576, 1577, 1585 e 1587.

1576. *Siena, 23 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die X kal. iun., ind. IIII. Guido prior Cam. absolvit Bonum, Ieronimum, Bernardum, Ristorum, Gratianum et Iohannem a sententia excomunicationis, quam tulerat in eos iniuste frater Orlandus, q. dicebatur electus de Vivo, et appellationem Boni[1] super electionem de Vivo solemniter recepit et approbavit, ita tamen ut ipsi fratres, si electio facta fuerit ordinate de aliquo idoneo viro, suum electioni debeant prebere consensum et cum aliis fratribus de Vivo in loco, ad quem omnes possint secure accedere, super hoc more debito convenire. Act. Senis in capitulo S. Vigilii, coram Bono prefato et Maffeo monachis de Vivo et Ruberto monaco Cam. tt. Somelliante not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, ai cinque documenti precedenti. Cf. i regg. nn. 1571-1575, 1577, 1585 e 1587.

[1] *Cf. il reg. precedente.*

1577. *Siena, 23 Maggio 1216.*

A. MCCXVI, die X kal. iun., ind. IIII. Guido prior Cam. confitetur quod, cum esset pape legatus cum ep. Flor. et cum abb. de Sassovivo super omnibus monasteriis Tuscie, inter cetera q. cum dictis condelegatis suis instituit per omnia Tuscie mon. observanda, illud specialiter observandum instituit, ut nullus in abb. vel priorem electus, si confirmandus esset, ante perceptionem confirmationis sue administrare ullo modo presumeret, sub pena excomunicationis; hoc districtissime inhibendo, quod quidem asserit auctoritate apostolica confirmatum et specialiter in mon. de Vivo, ad quod ipse cum delegato suo personaliter adcessit, illud districte observandum precepit: unde, cum Bonus canonice esset electus in priorem de Vivo, quia ante confirmationem suam, quam debet recipere a priore Cam., administrare presumpsit, eumdem Bonum electum de Vivo a predicta excomunicatione absolvit. Quod quidem Bonus confitetur in totum. Act. *come il documento precedente, presenti gli stessi testimoni.* Somelliante not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, ai sei documenti precedenti. Mittarelli, IV, 244 cit. Cf. i regg. nn. 1571-1576, 1585 e 1587.

1578. *Foiano, 13 Giugno 1216.*

A. MCCXVI, ind. IIII, Innocentio pp. residente, id. iun. Brunamonte de Boccavitello, renuntians omni legali auxilio et omni exceptioni, q. sibi et heredibus possent prodesse et Marco Talami[1] et heredibus obesse, vendit, tradit atque inrevocabiliter concedit ad proprium ei (Marco) prefato et heredibus in perpetuum unam petiam terre pos. in curte Foiani in l. q. d.

Spiegia: ab una parte Cortevekia, ex alia Manbilia, ex alia Parençina, ex altera via; accepto iusto pretio cx sol. den. Pis., et quam plus valet ei et heredibus inter vivos donat pro legis merito accepto. Investitorem dedit S[e]condianum de Guidolpreite. Prenominata Parençina fuit filia Leucci de Malconpangno. Pena dupli. Act. in fosso burgi de Foiano. Testes: Secondianus Guidi del Preite, Leiççus Rugkie et Akarisius de Cavalletti. Baldirarius not.

Originale.

[1] *Cf. i regg. nn. 1494, 1505 e 1543.*

1579. *Perugia, 21 Giugno 1216.*

« Innocentius papa III^us^ privilegium Celestini pape II, in quo continetur diffinitio questionis inter priorem de Vivo et suum mon. et priorem heremi Cam., innovavit ipsius tenorem, sua muniendo bulla. In quo Celestinus papa II^us^ statuit ut controversia predictorum ipsius sententia finiretur, videlicet quod prior de Vivo de ipsa congregatione, secundum regulam s. Benedicti, ab eiusdem loci fratribus eligatur, et infra dies XL^a^ sue electionis priori Cam. obedientiam promittat de ordinis observantia. Si autem ydoneus ibi non fuerit, de congregatione Cam. secundum b. Benedicti regulam eligatur. Cum autem prior et fratres Cam. ad Vivum venerint, in choro, in refectorio et dormitorio tamquam fratres comuniter recipiantur et tractentur. Et prior ubique locum precipuum teneat, corrigendo que in ordine fuerint corrigenda, et stabiliat statuenda. Prior autem de Vivo ad annuum capitulum Cam. fratrum vadat, et in loco et aliis honoretur; qui, si Cam. venerit, et sui fratres in choro recipiantur comuniter et tractentur; brevia mortuorum recipiantur hinc inde et pro eis divina obsequia celebrentur. Dat. Perusii, XI° kal. iul., pont. eius a. XVIIII° ».

Summaria, c. CCXXX v., n. 5. Mittarelli, IV, 244 citt.

1580. *10 Agosto 1216.*

« Bona, uxor olim Guillelmini, per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue et viri sui et suorum parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Egidio camerario Cam., vice donni Guidonis prioris Cam., medietatem pro indiviso unius clausure terre et vinee pos. in l. d. Cagiolum, iuxta clausuram Ildebrandini. Sub a. Domini M°CCXVI°, IIII id. aug. Carta manu Omneboni not. ».

Summaria, c. CXLII, n. 5.

1581. *(1216).*

Petitioni ep. Aretini « super iuribus episcopalibus tam in capite quam in membris respondit prior Cam. quod tam capud quam membra etiam a iure episcopali per privilegia Romanorum pontificum sunt exempta ». *Cita quindi, ma non in ordine di tempo, i privilegi di Pasquale II (cf. il reg. n. 754), di Eugenio III (cf. il reg. n. 1037), di Anastasio IV (cf. il reg. n. 1106), di Celestino III (cf. il reg. n. 1294) e d' Innocenzo III (cf. il reg. n. 1351) commentandone alcune clausole dispositive, e in ultimo ricorda il privilegio di Adriano IV (cf. il reg. n. 1123) riferentesi al mon. di Prataglia.*

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 5. *Data probabile di questo e dei due documenti seguenti è l'a. 1216, in cui si ebbe la nota causa fra il vescovo di Arezzo e il monastero di Camaldoli; e sembra anche dovere essere anteriore all'agosto di quello stesso anno, perchè di quel mese appunto è il primo doc. con data certa che dia notizia d' interrogatori fatti per tale causa. Cf. i regg. nn. 1582-1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598-1601.*

1582. *(1216).*

« Petit ep. Aretinus quod ius patronatus Cam. eccl. de iure pertinet ad eundem eumque dicti loci prior et fratres habere debent et recognoscere pro patrono, petens nichilominus iura episcopalia tam in capite quam in membris eiusdem, in Aretina diocesi constitutis, tamquam diocesano plenius exhiberi, cum paratus esset de utriusque iuris possessione ac usu sufficienti probatione docere, sicut patet ex litteris commissionis ». Camaldulenses permulta opponunt, ex quibus et aliis, q. melius supplere poterit Romanus pontifex[1], petunt humiliter absolvi ab impetitione ep. Aretini.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 6. *Sono due pezzi di pergamena uniti insieme: è forse una minuta? La mano è del not.* Iulianus. *Cf. i regg. nn. 1581, 1583, 1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598-1601.*

[1] *L'orig. ha* sanctitas vestra

1583. *(1216).*

Dicit et proponit B. abb. de Pratallia pro se et capitulo suo quod commutatio inter G. ep. Aretinum et Camaldulenses, per quam Camaldulenses concessionem quarumdam possessionum fecerunt in ipsum ep. et ipse ep. Camaldulensibus dedit omne ius q. habebat in mon. de Pratallia et in membris eius, non valet et vitiosa est, quia translatum est ius spirituale pro bono temporale: affirmat quod mon. de Pratallia et sua loca non sunt subiecta ordini Cam. nec unquam fuerunt nec volunt esse in perpetuum.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 8. *Cf. i regg. nn. 1581, 1582, 1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598-1601.*

1584. *26-31 Agosto e 9-13 Settembre (1216).*

Guido, prior S. Laurentini, VII kal. sept., Popinus, natus in castro q. dicitur Popium, conversus Cam., V kal. sept., Bulgarinus de civitate Aritii, III kal. sept., Stephanus abb. S. Iusti de Vulterris, pridie kal. sept., Eliotus monachus mon. de Berardingis, v. id. sept., Giaolus et Homodeus conversi Cam., tertio id. sept., Runcius de Silvamunda conversus ipsius mon., id. sept., interrogati sunt et responsiones dederunt in causa libertatis eremi Cam. et membrorum eius contra ep. Aret. sub Guidone priore Cam. Iulianus sacri pal. not. « suprascriptos testes, omnes numero viginti novem in sexaginta quinque cartis »[1] scriptis sub B. archidiac. Flor. et magistro B. can. Castellano pape delegatis, examinantibus eisdem ipsos testes in sua presentia, fideliter eorum dicta scripsit et de eorum mandato et auctoritate subscripsit et autenticavit. Bonensigna Flor. archidiac. suprascriptos testes examinavit. Magister Bonaiuncta can. Cast. suprascriptos testes examinavit.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 3. *In quindici pezzi di pergamena uniti insieme, di mano del not.* Iulianus. *Mittarelli, IV, App. 367-369, n. CCXVIII. Cf. i regg. nn. 1581-1583, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598-1601.*

[1] *Evidentemente nella maggior parte sono andati perduti: cf. i regg. nn. 1596 e 1599.*

1585. *Camaldoli, 2 Settembre 1216.*

A. MCCXVI, die secundo sept., ind. IIII, apud Cam. In presentia presb. Pauli de Mozona, magistri Mengi de Gressa et Palmerii tt., Danexius et Benicellus conversi de Vivo, nuntii capituli et totius conventus de Vivo, obtulerunt litteras Guidoni priori Cam., cereo sigillo eiusdem capituli munitas, per quas[1] capitulum de Vivo ei intimat eligere priorem, q. sibi in spiritualibus et temporalibus administret, et ei supplicat quatenus terminum prefingat in quo ad eum adesse possint, Cam. priorem recepturi. Iulianus sacri pal. not.

Eodem die, modico intervallo, presentibus eisdem testibus, prenominatus Guido prior Cam. iamdictis Danexio et Benicello rescripsit[1], omnibus monachis et conversis de Vivo terminum prefingendo tertio id. sept. proxime venturi, quo coram se apud Cam. adesse possint, ubi eis talem fratrem inveniet, q. sarcinam prelature utiliter et honeste portare studebit. Act. Cam. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, 244 cit. Cf. i regg. nn. 1571-1577 e 1587.

[1] *S' inserisce la lettera nella sua forma originale.*

1586. *3 Settembre 1216.*

« Bernardus de Tuglano et Torpinus et Ardemannus fratres per se suosque heredes fecerunt perpetuum finem et refutationem de duobus star. grani et IIII den. et una commestione Palmerio converso, recipienti vice Cam. heremi, que omnia predicta heremus tenebatur eis dare pro annua pensione. Pro qua refutatione et fine receperunt a predicto Palmerio, solvente pro dicta heremo, sol. c. Sub a. Domini M°CC°XVI°, die III^a^, mense sept. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XI v., n. 1.

1587. *Eremo di Camaldoli, 10 Settembre 1216.*

A. MCCXVI, die decimo sept., ind. IIII, in capitulo heremi Cam. [1] In presentia Iohannis sacriste heremi, Iohannis, Ugonis operarii, Benigni, Lotarengi, Ugonis, Basilii, Henrici, Simonis, Petri, Bartholi et Andree celerarii, fratrum Cam. heremi, et Filipi sacriste Fontisboni, Orlandus prior heremi de Vivo, Oderixius abb. Larniani, Popius vergagius de Bricolis, Iudicatus celerarius et Danixius conversus, fratres mon. de Vivo, nuntii conventus et capituli de Vivo, unanimiter et concorditer petiverunt a Guidone priore Cam. Grimaldum, qd. abb. Clas., in priorem, quem Guido prior eis concessit. Postmodum ibidem sine intervallo prenominatus Orlandus abb. Larniani de consensu suprascriptorum fratrum de Vivo, nomine totius conventus et capituli de Vivo, prenominatum Grimaldum in priorem canonice elegit. Guido prior electionem ipsam confirmavit. Interfuerunt Palmerius, Martinellus et Ubaldinus tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, 244 cit. Cf. i regg. nn. 1571-1577 e 1585.

[1] *Cf. il doc. al reg. n. 1585, secondo il quale dovrebbe esser datato* tertio id. sept.

1588. *Laterano, 1 Ottobre 1216.*

Honorius pp. .. priori et fratribus heremi Cam. .. abb. et .. vicarius mon. Montis Christi supplicarunt ut, cum idem mon. sit conlapsum, ipsum eis (priori et fratribus heremi Cam.)[1] pleno iure committere dignaretur per eorum[2] sollicitudinem circumspectam in spiritualibus et temporalibus reformandum; ergo mandat, quatinus ad reformationem ipsius sic sollicite intendant quod sollicitudo fratribus ibidem morantibus proficiat ad salutem. Dat. Laterani, kal. oct., pont. a. primo.

Originale: sigillo perduto. Summaria, c. CCXXVIIII, n. 6. Fortunius, I, 186 cit. Mittarelli, IV, 244 cit.

[1] *L'orig. ha* vobis [2] *L'orig. ha* vestram

1589. *Partina, 6 Ottobre 1216.*

A. MCCXVI, pridie non. oct., ind. IIII, residente Honorio pp. III, in presentia magistri Robertini can. Lucani, magistri Quintavallis, Iohannis plebani de Partina et aliorum. Egidius camerarius Cam., procurator Guidonis prioris Cam., coram magistris B. archidiac. Flor. et B. can. Castellano iudicibus pape delegatis super examinatione testium cause q. vertitur inter ep. Aret. et dictum priorem Cam., publice fuit protestatus et dixit ut dicti iudices non deberent admittere ad testificandum Guilielmum abb. de Pratallia, nec eum in ea deberent recipere pro teste quoniam erat excomunicatus a priore prenominato. Act. in plebe Partine. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Precede, sulla stessa pergamena, i due documenti 8 e 16 Ottobre 1216, di cui ai regg. nn. 1590 e 1593. Mittarelli, IV, 248 cit., all'anno 1217. Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1590, 1593, 1596, 1598-1601.

1590. *Valle dell'Archiano, 8 Ottobre 1216.*

A. MCCXVI, die VIII intr. oct., ind. IIII, residente Honorio pp. III, in presentia magistri Quintavallis, Bonamici de Moiona, Bonesigne Flor(entini) et aliorum. Cum Iohannes archidiac. Aret., procurator ep. Aret., presentaret Guilielmum abb. de Pratallia magistris B. archidiac. Flor. et B. can. Castellano, iudicibus pape super examinatione testium cause, q. vertitur inter ep. Aret. et priorem Cam., delegatis, ut dictum abb. facerent iurare de testimonio in ipsa causa perhibendo et postea eum examinare deberent, et ipsi iudices sacramentum vellent ei computare, Egidius camerarius Cam., procurator prioris Cam., prenominatis iudicibus ne ipsum excomunicatum recipere deberent contradixit, et ab eis ne ipsum reciperent ad Sedem apostolicam appellavit, quoniam excomunicatus ad perhibendum testimonium admitti non debebat. Act. in Valle Larkiani, inter Soci et Marcianum. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al doc. 6 Ottobre 1216, e precede il doc. 16 Ottobre 1216, di cui ai regg. nn. 1589 e 1593. Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1589, 1593, 1596, 1598-1601.

1591. *Villanova (Bologna), 9 Ottobre 1216.*

A. Domini, tempore discordie inter Ottonem imp. et Federicum regem, MCCXVI, die VIIII intr. oct., die dominico, ind. IIII. Constat Çanbonum de Gualdrata et f. qd. Andree de Guisaltrude de Villanova vendidisse et tradidisse Guidoni priori eccl. S. Marie de Cam. de Bon(onia), recipienti in honore Dei et predicte eccl. S. Marie, eiusque successoribus in perpetuum petiam unam terre aratorie pos. in curia Villanove in l. q. d. Zanzarella

prope Pisinam lungam, a pertica leg(ali) x ped. mensurat., VIII torn. et dim. minus VII tab. et dim. cum ingressu et egressu usque in via publica. Confines: a mane heredes qd. Zambonini Çanzarelli, a sero via publica, de super ff. Amiey Pyzoli et de suptus emptor, scilicet dicta eccl. Pro pretio VI libr. Bon. et VII sol. pro qualibet torn., q. totum pretium capit LIII libr. Bon. et XIII sol., et sibi bene solutum et traditum confitetur. Pena: duplum. Aurienda, uxor iamdicti venditoris, certiorata a Gerardo not., omnia mariti sui predicti pro dote sua sibi fore obligavit, renuntiando iuri ypotecarum et omni iuri; pena dupli. Act. in Villanova sub porticu Alberti Pyrani de S. Maria de Beleem. Aldrevandinus f. Guidonis de Auzano, Iohannes f. Albertonis de Castello de l Alpe, Albertus Pyranus, presb. Iacobus de Villanova et Graciadeus de Cayme tt. Gerardus not.

Originale.

1592. *11 Ottobre 1216.*

« Toddinus tutor filiorum olim Altinerii, tutorio nomine pro ipsis puppillabus, et Bonaiuncta olim Pegoletti per se suosque heredes et dictas puppillas in perpetuum, simul et singuli pro media parte, vendiderunt donno Guidoni priori S. Laurent(ini) pro ipsa eccl. unam petiam terre pos. prope eccl. S. Laurentini et S. Marie in Gradibus, et Ugolini de Montebono et Rolandini Rolandi, pro pretio libr. XXIII, minus sol. II. Sub a. Domini M°CC°XVI°, V° id. oct. Carta manu Phylippi not. ».

Summaria, c. CVIIII, n. 3.

1593. *Nella chiesa di Contra, 16 Ottobre 1216.*

A. MCCXVI, die XVI intr. oct., ind. IIII, residente Honorio pp. III, in presentia Nicolai vicarii Cam., Uberti monachi Cam., Rainerii de Gressa et aliorum. Guido prior Cam. appellavit a M. Aret. ep. ad Sedem apostolicam, ut ne deinde modo aliquo gravaret per se vel per alium Cam. mon. in capite vel in membris, sive ipsum priorem vel fratres eius, abbates, priores, monachos, conversos vel familiares, excomunicando, interdicendo, infamando vel diffamando, seu aliquas iniurias eis vel suis ecclesiis in personis vel rebus inferendo quoquo modo, et ne prohibeat eos a suis usibus, neque privet eos aliqua possessione vel quasi, sed[1] permittat quiete et pacifice possidere usque ad finem litis omnia q. habent et tenent. Act. in eccl. de Contra. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Tien dietro, sulla stessa pergamena, ai documenti 6 e 8 Ottobre 1216, di cui ai regg. nn. 1589 e 1590. Mittarelli, IV, 248 cit., all'anno 1217. Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1589, 1590, 1596, 1598-1601.

[1] *L'orig. ha* si

1594. *(Ravenna), 22 Ottobre 1216.*

A. MCCXVI, die X ex. oct., ind. IIII, residente Honorio pp. tertio. In presentia et testimonio Buculi (et) magistri Ugonis fixici civium Raven(natium), Iacobi Flor(entini), Palmerii conversi Cam. et aliorum multorum, et in presentia fratrum mon. S. Apolinaris Class., videlicet Benedicti prioris Class., Placidi, Martini prioris de Botro, Bruni prioris de Cervaria, Petri prioris de Ravignana, Petri, Iohannis, Cesarei, Nicolai, Iohannis, Gerardi, Guidonis, Alberti cellerarii et Andree monachorum Class. Guido prior Cam., habito consilio cum fratribus suis, scilicet cum Iohanne abb. de Urano, Basilio abb. de Cerreto, Constantio abb. de Lemo et Uberto monacho Cam., qui cum eodem priore presentes erant, in capitulo Class. elegit Martinum monachum Cam., tunc camerarium Class., in abb. mon. S. Apolinaris Class., et ei commisit administrationem temporalium et spiritualium predicte domus. Ipse vero abb. Class. predicto G. priori Cam., ponendo manum super librum regule b. Benedicti et consuetudinem Cam. ordinis, obedientiam promisit. Act. apud idem mon. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, 244 cit.

1595. *Todi, 3 Novembre 1216.*

A. MCCXVI, temporibus Honorii III pp., die tertia nov., ind. IIII. Tudinus qd. f. Donadei et Plenerius Ranaldine, milites Tudert(ini) et patroni eccl. S. Antonii Tud., una cum Ranaldina edificatrice eiusdem eccl. et consentientibus aliis sororibus Amarucia, Iuliana, Agnes, Margarita, Magdalena, alia Margarita, Iuburga etc., tradunt et inrevocabiliter donant, concedunt atque offerunt eccl. S. Salvatoris heremi Cam. per manus Benedicti prioris S. Sepulcri et S. Fort(unati) Tud. heremum S. Antonii cum omnibus pertinentiis ad plenam ordinationem et ut in dicto loco semper sint moniales, et (ad) omnimodam reformationem in perpetuum permansuram et correptionem ipsam eccl. donant et concedunt, et abbatissam, quam (heremus Cam.) dederit, in perpetuum recepturam sine sua[1] electione, salvo iure episcopi sicut in carta pape continetur, (promittunt). Pena: c libr. auri. Act. in angulo claustri iuxta chorum predicte eccl. S. Antonii, coram Matheo et presb. Accone monachis S. Fort(unati), Camucio et Masseo Rigicti huius rei investitore tt. Petrus not.

Originale. Sotto la completio, in fine della carta, scritto con altro inchiostro e, pare, d'altra mano, leggesi: per manum Nicolai vicarii Cam. Testes: Camucius, Tudinus Rollandini, Girgori de Spallagra(no), Nicolai Martini monasterium. *Mittarelli, IV, App. 350, n. CCXV. Cf. i regg. nn. 1464, 1608 e 1615.*

[1] *L'orig. ha* nostra

1596. *(Arezzo), 25 Novembre (1216).*

Interrogationes et responsiones Rainerii prioris S. Michaelis Aretini, XII kal. dec., in causa libertatis eremi Cam. et membrorum eius contra ep. Aret. sub Guidone priore Cam.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 1. *In sette pezzi di pergamena uniti insieme, scritti in tre tempi diversi, forse di mano del not.* Iulianus. *Mittarelli, IV, App. 356-367, n. CCXVIII, colla data* circa annum 1216. *Davidsohn, Geschichte von Florenz, I, 114, nota 1. Cf. i regg. nn. 34, 1581-1584, 1589, 1590, 1593, 1598-1601.*

1597. *26 Dicembre 1216.*

« Matheus olim Tomasii optulit se et omnia bona sua donno Guidoni rectori Sanctorum Laur(entini) et Pergentini, recipienti nomine Cam. heremi et dicte eccl. Sub a. Domini M°CC°XVI°, VII° kal. ian. Carta manu Alberti not. ».

Summaria, c. CVIIII, n. 2.

1598. *1216.*

Testes eccl. Cam. contra episcopatum Aretinum producti et examinati sub a. MCCXVI coram B. archidiac. Flor. et magistro B. can. Cast. pape iudicibus delegatis super examinatione dictorum testium, quorum nomina sunt: Collus conversus Cam., Guido Rossus conversus Cam., Guido abb. S. Michaelis Pis., Ianni Subiarius conversus Cam., Stephanus abb. S. Iusti de Vulterris, Leonardus monachus et camerarius Cam., Benincasa prior qd. de Popiena, q. modo moratur Cam., Albericus abb. S. Viriani, Vanga magister conversus Cam., Passarinus conversus Cam., Rainerius prior S. Michaelis Aret., Palmerius conversus Cam. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not. « dicta suprascriptorum testium in istis tribus pergamenis », de dictis eorumdem testium a se ipso scriptis et publicatis, extraxit et fideliter exemplavit.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 7. *In tre pezzi di pergamena uniti insieme. Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1599-1601.*

1599. *(1216).*

Depositiones testium in causa libertatis eremi Cam. contra Aret. ep.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 2. *In quattro pezzi di pergamena uniti insieme, il primo dei quali molto guasto e corroso, forse di mano del not.* Iulianus*: non appare alcun nome di testimone. Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598, 1600 e 1601.*

1600. *(1216).*

Summarium depositionum in causa libertatis eremi Cam. et membrorum eius contra Aret. ep.

Originale. Nello Spoglio: 1216, n. 4. *In cinque pezzi di pergamena uniti insieme, di due mani. Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598, 1599 e 1601.*

1601. *(1216).*

Collus, Guido Ruffus conversus, Iohannes, Benentende de Sparenine, Martinus de Rigirople et Martinus de la Ripa attestantur per plures annos[1] se vidisse heremum Cam. et mon. de Fontebono fuisse libera et franca ab omni iure patronatus cuiuslibet hominis tam episcopi quam comitum vel aliorum quorumeumque, et nullum recognovisse pro domino vel patrono, nisi solum Deum et papam; Gaiolus et Ubaldus conversus attestantur quod per XLIIII annos loca, ubi sunt heremus Cam. et mon. Fontisboni, habebantur et tenebantur a priore et fratribus Cam. pro suo alodio.

Originale. Nello Spoglio: Sec. XI, n. 4. *Cf. i regg. nn. 1581-1584, 1589, 1590, 1593, 1596, 1598-1600.*

[1] *I due termini estremi sono quaranta e ottant'anni.*

1602. *Febbraio, 1217.*

« Robertus per se suosque heredes, filios et nepotes legittimos masculos, in vita ipsorum, promisit solvere Cam. nuntio apud Motinam annuatim nomine fictus de mense aug. star. VI grani et star. VI ordei ad star. fictus curie Castillion(is) usque ad completum tempus predictarum personarum, pro locatione sibi facta unius tenimenti, q. olim tenuit Petruculus homo Cam. heremi in plebe Mician(i). Sub a. Domini MCCXVII°, mense febr. Carta manu Dadei not. ».

Summaria, c. CXXIII, n. 4.

1603. *Cella, Maggio 1217.*

A. MCCXVII, tempore Honorii pp. (et) Federici regis, mad., ind. v. Benencasa de Collorco, « helectus arbiter de controversia, q. vertebatur inter prior Gualterius nomine ecl. Celle, ex una parte, et Rigo per se et per Ventura frater eius, ex altera, et Gundoforus per se et per suo nepote Gundofarell(o), ex altera, et filiis domne Fomea Butrigello et Ugo et Ranucolo et Butrigella, ex altera », auditis adlegationibus utrius(que) partis, inter eos arbitrium profert, precipit priori iamdicto « ut fatiat cartam in iure pensionis ad Rigo et Ventura et Gundoforus et suo nepoti Gundofarello totum et integrum poderem, q. fuit Guiçardus et Rigo in plebatu S. Cassiani, et illut q. fuit Alliberius et fratribus suis, et fatiad causari in principio sine pretio, et in tertia heredum renovetur per X sol. Rav., et nomine census detur suprascripte ecl. III sol. omnique anno in mar. Raven(ne), excepto quod fuit Guiçardus et Rigo in potronatus ecl. Pastorale, et illut q. abet suprascripte ecl. ad suis manibus quiete, et quicquit abet de bonis q. fuit Rai-

gnerio de Fonteclausa », et precipit iamdicto priori « ut fatiat a Butrigello et a fratribus causari pensionis in tertia heredum sine pretio, videlicet illut q. abuit Guiçardus et Rigo in pleberio Vignale, excepto patronatis ecl., et illut q. dedit ecl. in iure pensionis, renovetur per x sol. Rav. et omnique anno detur nomine census III sol. Rav. in mar., et fatiat causari a Butrigella in tertia heredum, et renovetur per v sol. dicti den., et omnique anno in dicto mense detur ecl. nomine census XII den. Rav. Hoc arbitrium fuit factum in claustro Celle, et suprascripto priori cum voluntate monahis et conversis et Rigo et aliis omnibus suprascriptis promiserunt inter se tenere et non contravenire, sub pena centum libr. Rav. ». Rodulfinus de Maçi, Iohannes de Albo Piçoni, Bernardus Urselli de Podio, Rainoli et Peppoli de Cella tt. Bonafides not. iussu Benencasa.

Originale. Mittarelli, IV, 249 cit.

1604. *7 Giugno 1217.*

« Acursus olim Sarraceni per se suosque heredes in perpetuum donavit et obtulit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Alberto priori S. Quirici, recipienti nomine dicti mon., v petias terre pos. in Curte Putei, quarum prima est pos. iuxta terram Tignosi et Iohannis Parlini et Talliole et fontem Donoli; secunda est pos. iuxta terram Iohannis Griffi et viam publicam et Scalde olim Iohannis; tertia est pos. iuxta terram Rodulfutii et filiorum Carboni et stratam; IIII^a^ est pos. iuxta terram Rodulfutii predicti a duobus lateribus et stratam; V^a^ est pos. iuxta terram dicti Rodulf(utii) a duobus lateribus et viam publicam. Sub a. Domini M°CC°XVII°, VII° id. iun. Carta manu Petri not. ».

Summaria, c. CLXXV v., n. 1.

1605. *Anagni, 27 Giugno 1217.*

« Honorius pp. III^us^ commisit auctoritate pontificali priori Cam. heremi et successoribus eius liberam correctionem et plenam iurisdictionem mon. de Vangaticia, ita tamen quod qui pro tempore fuerit electus ibidem Romano pontifici presentetur, confirmationis et benedictionis ab eo gratiam recepturus; ad cuius admonitionem, si quando fuerit admonendus, inconsulto Romano pontifice nullatenus procedatur. Interserit autem predictus pp. indulgentie presentis tenoris tenorem donni Innocentii pape[1], in quibus mandat N. Regino ep. tunc electo et priori S. Georgii et V. can. Veron., ut supra monasterii de Vangatitia olim abbatem et monachos per alia mon. collocantes, virum religiosum bone vite mon. prefitiant antedicto. Exequentes autem apostolicum mandatum S(anso-

nem) priorem domus Cam. de Verona prefecerunt mon. memorato, qui adiunctis sibi XII de ipso ordine viris ydoneis, ad eiusdem reformationem intendit. Volens igitur summus pontifex providere statui mon. sepedicti, quod factum fuerat approbans, de fratrum suorum conscilio ipsum priorem dicto mon. in abb. concessit, ipsius correctionem mon. plenam priori Cam. et eius successoribus plenarie committendo. Dat. Anagnie, v° kal iul., pont. eius a. I° ».

Summaria, c. CCXXVI v., n. 5. Fortunius, I, 185 cit., colla data V cal. iun. *Mittarelli, IV, App. 371, n. CCXXI, colla data* X kal. iul. *Potthast, n. 5567, colla data* 22 iun. *Horoy, Honorii III opera, III, n. 384, colla data* 24 iun. *Pressutti, Regesta Honorii III, n. 626, colla data* 22 iun.

[1] *Cf. il reg. n. 1529.*

1606. *(Monastero di Vangadizza?), (Luglio-Agosto) 1217.*

G(uidoni) Cam. fratrum prior(i) suus humilis monachellus Sanson (Vangadicie abbas). Quia iamdudum desideravit vacare quieti, meditationibus instare divinis et fugere penitus illecebras seculares, ei[1] (G.) cum multa precum instantia frequenter suplicavit, ut cessionem suam recipere dignaretur; modo non vult diutius crastinare, ad dilecte solitudinis quietem redit, prelationem mon. de Vangadicia apostolice Sedi, immo Deo potius et ei[1] resignans, ideoque ei[1] et fratribus liberam creandi prelatum tribuit facultatem per O(tonem) priorem Montis Silicis.

Copia inserta nel documento seguente. Mittarelli, IV, App. 374, CCXXIII.

[1] *L'orig. ha* vobis

1607. *Monastero di Vangadizza, 4 Agosto 1217.*

Die IIII intr. ag., in capitulo mon. S. Marie de Vangadicia. In presentia Cape de Verona, Martini, Capit(uli)[1] Ceste et aliorum, Wido maior prior Cam. ordinis, coram capitulo eiusdem mon., dixit quod abb. Sanson sepe et sepius petiit a se licentiam quod posset dimittere officium prelature dicti mon. Vangadicie, cuius petitioni nolebat prestare assensum; ipse tamen illud, quod desiderabat, volens effectui mancipare, sigillum mon. in signum refutationis et litteras proprias, sigillo proprio sigillatas, refutationis formam continentes sibi[2] transmisit[3]. Ibi incontinenti Oto prior (Montis Silicis) et Capa de Verona, secundum tenorem dictarum litterarum, coram dicto Widone et coram omnibus fratribus mon., testificati sunt, firmiter asserentes, quod dictus Sanson officium abbatie predicte et aministrationem spiritualem et temporalem refutaverat; et eos suos nuncios fecit ut ipsi ex parte sua prefato priori nunciarent et testificarentur; quam refutationem dictus prior (Wido) in capitulo, coram fratribus, re-

cepit et firmam et ratam habuit. Statim, exiens de capitulo, cepit sigillatim, coram duobus monacis Cam., Toma videlicet et Iacobo, vota fratrum examinare; quibus omnibus examinatis, maior pars et senior monachorum et conversorum mon. memorati concordabat in magistro Iohanne Cam. eremi tunc maiore. Unde dictus prior, reversus in capitulum, et avocatis fratribus omnibus et conversis pretaxati mon., elegit predictum magistrum Iohannem in abbatem mon. de Vangadicia et, salvo in omnibus iure Romane Sedis, commisit eidem curam et providentiam et aministrationem dicti mon. Act. in capitulo et infra mon. nominatum. A. MCCXVII, ind. v. Save(rius) sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, App. 374, n. CCXXIII. Cf. i regg. nn. 1529 e 1530.

[1] *L'orig. ha* capit *col segno d'abbreviazione.* [2] *L'orig. ha* nobis [3] *Cf. il reg. precedente.*

1608. *Todi, 22 Agosto 1217.*

A. MCCXVII, aug., ex. die X, temporibus Honorii III pp., pontificatus eius a. II, ind. v. Rusticus Tudertinus ep. dat, donat, tribuit atque concedit Guidoni priori Cam. et successoribus in perpetuum, per presb. Iohannem monachum (Cam.)[1] vice eius recipientem, plenam et liberam potestatem eccl. S. Antonii prope civitatem Tudert., in Monte de Arcis pos., ita ut ep. Tudert. nullas exactiones seu prestationes ab eadem eccl. percipiat, et ab omni munere et potestate Tudert. episcopi sit exempta. Ipsa tamen eccl. pro annuo canone et censu unam libram cere annuatim in festo s. Marie de aug. episcopo Tudert. persolvat, et eam ordinandam de monialibus et instituendam et corrigendam tam in capite quam in membris predicto priori et successoribus liberam tribuit potestatem atque concedit, que ibidem honeste vita monastica deserviant Iesu Christo. Verum, si in eccl. illa monache esse desinerent et monacharum instantia honesta vacaret, pleno iure et potestate ad ep. Tudert. predicta eccl. revertatur. S. m. supradicti ep. et presb. Iohannis monachi. Act. in civitate Tudertin(a) et intus in curia veteri ep. Tudert., presentibus Phylippo subdiac. et camerario ep., Nicola de Sclaravalle, Ranaldo Gilii, Ruffino priore S. Antimi et presb. Bonaspene tt. Petrus Phanuelis s. Rom. Eccl. iud.

Originale. Summaria, c. CCIIII v., n. 1. Fortunius, I, 188 cit., colla data cal. martii. *Mittarelli, IV, App. 376, n. CCXXIV. Cf. i regg. nn. 1464, 1595 e 1615.*

[1] *L'orig. ha* vestrum

1609. *Arezzo, 12 Ottobre 1217.*

Attestationes pro eccl. Cam. in lite contra Martinum ep. Aretinum a quibusdam hominibus de Biblena datium exigentem iniu-

ste, cum ipsi sint homines Cam. et possessiones, quas habent a Cam., sit. in Arcena, castro prope Biblenam, quod est iuris Cam. heremi, et eidem heremo ipsi dent censum, operam et decimas. « Publicate fuerunt atestationes suprascriptorum Ugolini Robolini, Passarini et Rainerii in curia com. Aret(ine) civit(atis), in domo videlicet filiorum qd. Rainerii de Monte Acuto, presentibus donno Acerbo tunc pot. ipsius civitatis et donno Petro iud. tunc com. eiusdem et huius cause cognitore, et presentibus Boncio qd. Boncompangni, Omnebono not. et aliis pluribus. Alie vero atestationes suprascriptorum Çanni Muketti et Çanni Subiarii et Iannelli castaldionis de Arcena fuerunt publicate eadem die in claustro plebis Aret., presentibus donno Rainerio priore S. Michaelis procuratore Cam. et Gotofredo procuratore donni ep. et presentibus Rainerio Iacobi, Iudic(e), Catenaccio et Aldobrandino Caciaguerre ». A. MCCXVII, Honorio pp. residente, IIII id. ott., ind. v. Ugolinus not. suprascriptos testes examinavit et de mandato Petri iud. tunc com. Ar(etii) et Acerbi pot., ipsius civitatis asessoris, publicavit, ss. et autencticavit.

Originale. Nello Spoglio: 1217, Ottobre 12, n. 1. *Mittarelli, IV, 248 cit. Cf. i regg. 1610-1612.*

1610. *Arezzo, 12 Ottobre 1217.*

Quidam alii testes[1] examinati sunt pro eccl. Cam. in causa predicta datii inter Cam. et ep. Aretinum. [Publicate] eorum attestationes in claustro pleb. Aret., presentibus [Rainerio] priore S. Michaelis procuratore Cam. et Gotofredo procuratore ep., coram etiam testibus, scilicet Rainierio Iacobi, Iu(dice), Catenaccio, Ildebrandino Caciaguerre et aliis. [A.] MCCXVII, IIII id. ott., ind. v. Ugolinus not. tt. examinavit et de mandato Petri iud. tunc com. Ar(etii) et Acerbi ipsius civitatis pot. asesoris publicavit, ss. et autenticavit.

Originale. Nello Spoglio: 1217, Ottobre 12, n. 2. *Mittarelli, IV, 248 cit. Cf. i regg. nn. 1609, 1611 e 1612.*

[1] *Cf. il reg. precedente.*

1611. *Arezzo, 21 Ottobre 1217.*

Acerbus Aret. pot., audito et intellecto per Pe(trum) iud. ord. et nunc com. Aritii ac suum assessorem et consiliarium ordine constituti Aret. civitatis super questione datii hominum Cam., q. morabantur in castro Biblene, scilicet Saraceni f. Gilii de Terra Rossa, uxoris Recevuti de Boccolo, uxoris Pieri Mastini, Ugolini Robolini et aliorum, que erat sive vertebatur inter Ugonem sindicum Cam. pro eccl. Cam., ex una parte, et Martinum ep. Aret.,

ex alia, — dicebat namque dictus sindicus quod pot. non debebat facere colligi datium a predictis hominibus pro solvendo debito episcopatus; et dictus ep. dicebat quod debebat ab eis facere colligi — « visis et auditis omnibus probationibus hinc inde factis et ad tenorem dicti constituti capituli ad dictam questionem facientis recurrens, qui talis est: tenear non colligere datium de terris et castri domni ep. Aretini que per capitantiam pertinent ad eumdem ep. sine voluntate ipsius ep., excepto quod possim et tenear colligere seu colligi facere de dictis et aliis suis terris datium mille cccc l(ibr.)[1] hinc ad exitum maii pro solvendo debito episcopatus creditoribus ipsius et specialiter civibus Aret., et de qua summa compellam masnaderios mutuare ad istum terminum prefato ep. pro solvendo dicto debito cccc libr. »[1], dicit quod a dictis hominibus debeat colligi presens datium pro ep. pro solvendo dicto debito iuxta tenorem dicti capituli constituti prenominati, nullum tamen preiudicium in futurum faciendo iuri Cam., nec ius episcopatui Ar(etino) augmentando. Recitatum prefatum dictum pot. in scriptis in civitate Aret. in palcone domus Serralii, in presentia Guidonis olim Pagognani, Ugolini Falketti, Gottefredi et aliorum. A. MCCXVII, XII kal. nov., Honorio pp. residente, ind. V^a^. Omnebonum sacri pal. imperialis not.

Copia inserta nel documento seguente. Mittarelli, IV, 249 cit. Cf. i regg. nn. 1609, 1610 e 1612.

[1] *Così ha l'orig.*

1612. *Arezzo, 27 Novembre 1217.*

Quintavallis iud. ord. et nunc Seraççi et Rainerii de Vickio com. Aritii provisorum assessor, cognoscens de appellatione seu provocatione, quam fecit Rainerius prior S. Michaelis sindicus Cam. a sententia seu dicto sive precepto, quam vel quod Acerbus Aret(ine) civitatis pot. tulit inter domum Cam. sive sindicum eiusdem domus, ex una parte, et Martinum Aret. ep., ex altera, pro facto datii hominum de Bibiena[1], — citato dicto ep. Mar(tino) legitime per Iohannem de Casole balivum curie provisorum et per alium nuntium curie, ut ipse ep. vel veniret vel mitteret sufficientem responsalem, q. iura ipsius ep. defenderet vel manuteneret; quo tamen minime veniente, nec per se neque per alium comparente in iudicio vel causa, eodem etiam per plures dies postea expectato, dicti tandem Rai(nerii) sindici sacramento de veritate dicenda recepto, visis etiam testibus in priori causa coram Acerbo pot. introductis et perspicue consideratis, quibus plene probabatur, predictos homines ad Cam. ecclesiam iure dominii vel quasi pertinere et Cam. ecclesie homines esse,

visis etiam publicis instrumentis q. habebat dicta eccl. Cam. de hominibus illis et tenimentis eorum, viso etiam et plene intellecto tenore capituli constituti Areti(ne) civitatis et super capitulo cum sapientibus sepius deliberato consilio, auditis etiam confessionibus et allegationibus ex parte dicti sindici factis et propositis, qui suo sacramento dicebat ep. predictum non debere colligere per tenorem capituli constituti vel facere colligi neque Acerbum pot. datium de terris vel ab hominibus Cam. eccl. predictis; item dicebat datium, q. fuerat collectum occasione capituli constituti, non esse datum creditoribus Aret(ine) civitatis, pro quibus fuerat collectum, — dicti ep. absentia Dei repleta presentia, Dei nomine invocato, provocationem sive appellationem, quam fecit dictus Rai(nerius) sindicus, iustam fore pronuntiat et prefati Acerbi dictum, idem etiam cassando, dicit et pronuntiat iniustum. Dat. in curia Aret(ine) civitatis, coram Gerardo, Donato sartore, Ianniandrea, Meliorello, Bonifatio et aliis pluribus. A. MCCXVII, pp. Honorio residente, IIII kal. dec., ind. V[a]. Bene palatii excellentissimi not.

Originale. Mittarelli, IV, 249 cit. Cf. i regg. nn. 1609-1611.

[1] *Segue inserto il doc., di cui al reg. precedente.*

1613. *(Territorio d'Arezzo), 16 Gennaio 1218.*

A. MCCXVIII, XVII kal. febr., Honorio pp. residente, ind. VI[a]. Ubertinus f. olim Gualfreduccii de Valençano inter vivos donat, tradit atque concedit vicedomno de Petrongnano eiusque heredibus in perpetuum Guidonem Burnette de Calbençano hominem suum et eius tenimentum et totum et integrum tenimentum, q. a se tenet Ranucius de Gerardino de Calbençano, et omne q. dictus Ubertinus habet et tenet, vel alii pro se, in d. l. Calbençani et eius curia, et ab hospitali de Cerreto usque (ad) S. Mama(m); insuper omne ius et actionem quod et quam habet erga quamcumque personam infra iamdictos fines, et facit eum procuratorem. Meritum confessus est se recepisse secundum legem. Investitorem dedit Ild(ibrandum) f. Griffoli de Rassena. Omnebonus not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1682 e 1687.

1614. *Gennaio 1218.*

« Roggerius et Teuçus f. olim Gruamontis per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt donno Guidoni priori S. Laur(entini) unam petiam terre pos. prope dictam eccl. iuxta terram eius et Mariani et terram predictorum venditorum versus

Beringnum, pro pretio libr. XXVI. Sub a. Domini M°CC°XVIII°, mense ian. Carta manu Raynaldi not. ».

Summaria, c. CVIIII, n. 4.

1615. *Todi, 1 Marzo 1218.*

A. MCCXVIII, temporibus Honorii III pp., prima die mar., ind. VI. Tudinus qd. f. Donadei et Plenerius Ranaldine, milites Tudert(ini) et patroni mon. S. Antonii Tudert., una cum Ranaldina, hedificatrice eiusdem eccl. S. Antonii, et consentientibus aliis sororibus, scilicet Amarucia, Iuliana, Agnes, Margarita, Magdalena, alia Margarita et Iuburga etc., dant, tradunt et inrevocabiliter concedunt et donant atque offerunt Deo et eccl. S. Salvatoris heremi Cam., per manus Nicolay vicarii Cam., mon. S. Antonii Tudert. cum omnibus suis pertinentiis ad plenam ordinationem et ut in dicto loco semper sint moniales, et omnimodam reformationem in perpetuum permansuram et correptionem, ipsam eccl. et abbatissam, quam (heremus) dederit et dare voluerit, in perpetuum recepturam sine sua[1] electione. Pena: C libr. auri. Act. in capitulo mon. S. Fort(unati) Tudert., coram Camucio, Tudino Rollandini, Girgori de Spallagrano, Nicolao Martini spatarii et aliis pluribus tt. Petrus not.

Originale. Summaria, c. CCIIII v., n. 2. Cf. i regg. nn. 1464, 1595 e 1608.

[1] *L'orig. ha* nostra

1616. *Firenze, 19 Marzo 1218.*

A. MCCXVII[1], quartadecima kal. apr., ind. sexta. Guido et Marcoaldus fratres ff. olim comitis Guidonis, in solidum se pro se et eorum fratribus obligantes, finierunt, remiserunt, renuntiaverunt, transegerunt et pactum de non ulterius petendo fecerunt Iohanni monaco Cam., accipienti vice totius capituli mon. de Cam. et pro predicto mon. et vice Arrighi qd. abb. de Strume et nunc monaci mon. de Cam., integre videlicet et quicquid adversus mon. de Cam. et eumdem capitulum, sive adversus dictum Arrigum dicere, petere vel exigere ipsi vel alter eorum possent ratione libr. viginti quinque den. Pis., quos idem dictus Marcoaldus vel alius pro eo dedit vel dari fecit memorato Arrigo, vel alicui pro eo, pro repudiatione et dimissione dicti mon. de Strume. Pena: duplum et insuper libr. quinquaginta. Fuerunt confessi se recepisse nomine pretii libr. viginti quinque den. Pis. Act. Flor(entie), in palatio dictorum comitum. Presentibus tt. Romanuccio f. olim Galgani, Bernarduccio qd. Uberti

Bernardi, Guidone olim f. Boniçi et Pandolfino f. Iacopi Simonis. Guiniçingus iud. et not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1217, Marzo 19. *Mittarelli, IV, 249 cit.*

[1] *È usato il computo fiorentino.*

1617. « *in limide de Masceratula* » *(Bologna), 1 Giugno 1218.*

A. MCCXVIII, die primo intr. iun., ind. VI. Constat Petrum de Albinis de Marano, presentibus, consentientibus atque volentibus filiis suis Petrobono et Albino, vendere et tradere Guidoni eccl. S. Marie de Cam. de Bon(onia) priori, presente Ugone fratre eiusdem eccl., et recipienti in honore Dei et dicte eccl., petiam unam terre aratorie pos. in pertinentia inter Maranum et Villanovam in l. q. d. Pisina lunga, et de dicta petia I torn. iure concessionis et totam aliam iure proprietatis. Dicta petia integra a pertica leg. X ped. mensurata et asazata et inventa est V torn. et XXIIII tab. et dim., cum ingressu et egressu usque in via publica et cum omnibus super et infra se in integrum, fossato undique excepto illo inferiori dicte petie et de illo q. est a latere sero sicuti illa terra de heredibus Zanzarelli tenet, et cum omni iure et actione. Confines: a mane via, scilicet limes, a sero, de illa q. est propria possessio, heredes Guidonis Zanzarelli et de suptus (heredes) dicti Zanzarelli, scilicet Bombolungno et ff. fratris eius, et a sero, de illa q. est condicta poss(essio) S. Marie de la Claviga, et de super Pysina, scilicet tribbo de via. Pretium IIII libr. Bon. pro qualibet torn., quod totum summa capit XX libr. Bon. et XIII sol. et VII den., et quod totum et integrum sibi bene solutum confitetur. Pena: duplum. Act. in illa pertinentia, in limide de Masceratula. Iohanninus f. Ugolini da la gena de Villanova, Rolandinus eius frater, Marchesinus da Como cavrarus de illis de Cam. et Itterius ultramontanus tt. Gerardus not.

Originale. *Precede, nella stessa carta, il documento 8 Luglio 1219; cf. il reg. n. 1633.*

1618. *Foiano, 15 Giugno 1218.*

A. MCCXVIII, ind. VI, Honorio pp. residente, XVII kal. iul. Astoldus f. qd. Guidonis Astoldi vendit, tradit, transfert atque pure et inrevocabiliter concedit ad proprium Marco Talami et heredibus in perpetuum I petiam terre integram, aut sit sui iuris in totum aut non, cum omnibus finibus, pertinentiis pos. in curte de Foiano in l. q. d. Via de Anghio: ab una parte ff. olim Iohannis Rughie, ex alia via, a capite abbatia de Cociano et Ficcolus Perilli, a pede ff. qd. Thomasii, scilicet Ranuccius et Tie-

çus, et Orlandus f. qd. Sofredi; et insuper omne ius et actionem. Confitetur recepisse iustum pretium VIII libr. den. Pis.; et si quid plus valet, ei et heredibus simpliciter inter vivos donat pro legis merito accepto. Investitorem dedit Iohannem Ugolini. Similem cartam venditionis de tertia parte dicte terre a Tarlato suo fratre a XV diebus postquam inquisitus fuerit, si fuerit in legiptima etate, fieri facere et prescripta omnia et singula semper firma tenere promittit. Pena: duplum. Orlandinus, frater dicti Astoldi, refutat, renuntiat dicto emptori omne ius et actionem in dicta terra, unde confitetur recepisse iustum cambium. Pena: duplum. Orlandinus Cigiani, principaliter obligando se et heredes, dicto emptori et heredibus promittit et ex pacto convenit quod prefatus Orlandinus, frater Astoldi, dictum contractum ratum et firmum habebit dehinc ad XIIII annos expletos. Pena: duplum. Act. in eccl. de castro Foiani. Testes: Iohannes Orsi, Bernardinus Sabatine, Bonagratia de Catornelli et Rainerius de Cavalcante. Baldirarius not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1494, 1505, 1543 e 1578.

1619. *Monastero di Berardenga, 6 Luglio 1218.*

Presentibus Ugone presb. et monacho Cam., Stephano converso, Palmerio converso, cum G(uido) prior Cam. institueret Matheum in abbatem mon. Berardingorum et poneret eum in sede, spiritualia et temporalia ei committens, quidam patronus eiusdem mon. Ugolinus de Monteaperto nomine manum apposuit, cumque postmodum ipse a dicto priore super hoc fuisset reprehensus eo quod ad ipsum hoc de iure non spectaret, protestatus est se hoc non fecisse ut aliquid iuris in institutionem abbatum dicti loci sibi vendicaret, sed pro letitia de institutione abb. dicti, protestans et promittens pro se et heredibus ex hoc facto dicto priori vel antedicto abb. seu eorum successoribus non debere seu posse aliquod preiudicium generari. Act. intus in eccl. prefate abbaçie, a. MCCXVIII, pridie non. iul., ind. VI[ta]. Bonusincuntrus iud. et not. imp. Henrigi, consensu et parabola prefati Ugolini patroni.

Originale. Mittarelli, IV, 253 cit.

1620. *« in castro Molini vecli », 3 Settembre 1218.*

A. MCCXVIII, tempore Honorii pp., discordia inter Octonem et Romanam eccl., ind. sexta, in castro Molini vecli, die tertio intr. set. Saracenus Valdepondi, cum voluntate uxoris sue Bone, simpliciter inter vivos pro se suisque heredibus pure donat Guido monaco et Martino conversu, accipientibus pro mon.

Pratagle et eccl. Rivocavi, in perpetuum unam torn. terre iusta mon.[1] campum, et duas alias petias. Hec omnia sunt pos. in Ponteberni, territorio Populiensi et plebe Castrinovi: a primo latere dicte torn. dictum mon.[2], a secundo ff. sui, a tertio strata, a quarto ripa fluminis; a primo latere prime petie strata, a secundo et tertio mon.[3], a quarto rivus; a I latere secunde petie mon.[4], a secundo et III rivus, a quarto Berta Andulfoli. Et insuper donat « unam pellem et unam clamidem et unam culcitram et unum fisconem et duo l[i]neoli et unum vestitum et X sol. Rav. ». Hanc rem donat cum omni iure et actione pro eo quia promittunt sibi victum et vestimentum in vita sua, et in eorum manu et obedientia se ponit et conversum manere spondet. Pena: decem libr. Rufus [U]glone, presb. Ugo de Molino veclo, Tigniosius Petri venari[5], presb. Bonus, Bonagura, Timideus tt. Iacobus Dei misericordia Quiglanensis tabellio.

Originale.

[1] *L'orig. ha* vestrum [2] *L'orig. ha* vos pro dicto mon. [3] *L'orig. ha* vos supradicti [4] *L' orig. ha* vos [5] *Nell' orig.* venai *col segno d' abbreviazione sulla* i

1621. *9 Settembre 1218.*

« Raygnaldus et Brachius f. olim Martini de Ancaiano per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Collo converso Cam. recipienti nomine Cam. heremi unam petiam terre pos. in terris S. Miniatis de Riocavo, iuxta terram Cam. heremi ex omni parte, pro pretio sol. XII. Sub a. Domini M°CC°XVIII, V° id. sept. Carta manu Homodei not. ».

Summaria, c. CIII, n. 3.

1622. *Frezena, 15 Settembre 1218.*

A. MCCXVIII, residente Honorio pp. tertio, die XVII kal. oct., ind. VI. Vivianus de Frezena et Martinus eius f., Imilia uxor Viviani et Berta uxor Martini, de consensu virorum suorum, causa donationis inrevocabilis inter vivos dederunt, tradiderunt et in perpetuum concesserunt Palmerio converso Cam., recipienti vice Cam. heremi, quamdam petiam terre u. d. ad Pirum Boneldum, cui coheret a duobus lateribus terra Cam. eccl., cum omni iure et actione. Pena: duplum. Act. apud eccl. de Frezena. Egidius prior de Fieri, presb. Bonamicus de Frezena, Rodulfus de Frezena et Salinbene de Aritio tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XI v., n. 2.

1623. *(Bologna), 5 Ottobre 1218.*

A. MCCXVIII, ind. VI, die V intr. oct. Act. in porta S. Casiani in porticu domus S. Martini de Apposa, tempore Honorii pp., imperatore nullo in Ytalia regnante. Salinparte qd. f. Giberti Marani vendit, tradit atque transfert Guidoni priori S. Marie de Cam. Bononie, recipienti pro dicta eccl., in perpetuum petiam unam terre, cum omni iure et actione, XX turn. et dim. et XVI tab. et dim., q. iacet in districtu Villanove in l. q. d. Maserathola, — a mane Petrus de Baxacomatre, a secundo limes, desuper Bonusbononius Çançarellus, de suptus poss(essio) S. Iohannis in Monte — in integrum cum ingressu et egressu usque in viam publicam. Pretium III libr. Bon. et XII sol. per turn., summa cuius capit LXXIIII libr. Bon. et IIII sol. et III den., q. confitetur sibi integre fore solutum et datum. Pena : duplum. Promittit quod curabit et faciet quod f. Antonius ratam tenebit hanc venditionem, nec adversus ipsam eccl. aget de dicta re, occasione dotis Remengarde matris sue. Pena dupli. Arrimundus f. dicti venditoris, cert(ioratus) predictam rem fore sibi obligatam pro dote matris sue Bolnesie, confitendo se maiorem XXV a., consensit predicte venditioni et remisit ius ypotecarum, dans et cedens omne ius q. in dicta re habebat occasione dotis dicte sue matris. Pena dupli. Iacobus Castagnoli et Remengarda f. dicti Iacobi et uxor dicti venditoris et Ymelda nurus dicti venditoris et uxor dicti Arrimundi[1], cert(iorati) res dicti venditoris fore sibi obligatas pro dotis ipsarum domnarum, consenserunt predicte venditioni, remiserunt ius ypotecarum, dederunt ipsi emptori omne ius et actionem et eum procuratorem in rem suam constituerunt. Insuper dictus venditor promisit se curaturum et facturum quod dicte domne hanc venditionem ratam habebunt. Pena dupli. Testes: Iohannes Danielis, Girardus Baçani not., Ferettus cunçator pellium Cordoani, presb. Iohannes eccl. S. Martini, Marinellus Isnardi. Ugolinus Dei gratia imperialis aule not.

Originale.

[1] Arrimundi *su rasura.*

1624. *Moggiona, 25 Ottobre 1218.*

A. MCCXVIII, residente Honorio pp. tertio, ind. VI, die VIII kal. nov. Rusticellus de Moiona et Nobilis eius uxor, consentiente viro, fuerunt confessi se recepisse a Guidone priore Cam., pro pretio, libr. tres den. Pis., pro quibus ipsi ambo dederunt, tradiderunt, vendiderunt atque in eternum concesserunt Vange converso, recipienti vice Cam. heremi, petiam unam terre, quam tenebant a Cam. eccl., non longe a castro Moione u. d. in

Vignale Aldebrandini Iunte, cui a tribus lateribus terra Cam. eccl., a quarto vinea Pandegrani, cum omni iure et actione. Pena: duplum. Insuper dicta Nobilis, tactis sanctis evangeliis, iuravit omnia predicta et singula rata et firma omni tempore habere et tenere. Act. in eccl. B. Christofori de Moiona. Talentus medicus, Guido de Traina et Ugolinus de Todesca tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XXIII v., n. 5, colla data 7 Novembre.

1625. *Laterano, 17 Novembre 1218.*

Honorius pp. .. priori et conventui Cam. Presentate H. Hostiensis ep., apostolice Sedis legati, littere continebant quod — cum mon. de Candiculis, q. ad Romanam Eccl. nullo pertinet mediante, invenisset in spiritualibus dissolutum et in temporalibus annullatum — ipse sepefatum mon. eis[1] (priori et conventui Cam.) reformandum commisit, salvo tamen in omnibus iure ac proprietate Romane Eccl., ad quam noscitur pertinere. Piam intentionem ipsius ep. attendens, monet attentius et hortatur, per apostolica scripta mandans, quatinus ad reformationem mon. memorati taliter intendant, quod sollicitudinem et diligentiam eorum[2] possit in Domino commendare. Dat. Laterani, xv kal. dec., pont. a. tertio.

Originale: sigillo di piombo perduto. Mittarelli, IV, App. 386, n. CCXXX. Potthast, n. 5922. Horoy, Honorii III Opera, III, n. 43, colla data 8 Novembre. *Pressutti, Regesta Honorii III, n. 1687. Cf. i regg. nn. 1636 e 1637.*

[1] *L'orig. ha* vobis [2] *L'orig. ha* vestram

1626. *Marciano, 29 Dicembre 1218.*

A. MCCXVIII, die IIII kal. ian., ind. VI, residente Honorio pp. tertio. Spinellus de Marciano fuit confessus se nomine pretii accepisse a Guilielmo abb. de Pratalia, vice ipsius abbatie, libr. viginti et sex Pis., pro quibus fecit datum ad proprium et traditionem atque concessionem in perpetuum, nomine venditionis, nominatim de una petia terre cum omni iure et utilitate, accessione et ingressione superiore et inferiore, in manibus ipsius abb.; que petia iacet in terratorio Marciani u. d. in plano Contre: ab uno latere ff. Veroti, ab alio flumen, a tertio ff. Anzelerii et Leoli. Pena dupli. Turriana, uxor dicti Spinelli, sua bona et spontanea voluntate et de consensu ipsius viri et mundoaldi sui, predicte venditioni consensit. Act. in castro Marciani. Orlandinus de Alberto de Marciano, Martinellus castal-

dus de Contra, Guido Iulioli et Michael de Marciano tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Cf. il reg. n. 1680.

1627. *Partina, 17 Febbraio 1219.*

A. MCCXIX, residente Honorio pp. tertio, die XIII kal. mar., ind. VII. Orlandetus, Ranutius et Castraleone, ff. qd. Orlandi de Zibello, et Paltoneria eorum mater, de consensu eorum, dederunt plenam licentiam et potestatem Martinucio Lupo vendendi et donandi Cam. heremo star. unum terre in Casale, quem ab eis tenebat, et promiserunt quod quicquid inde fecerit omni tempore ratum habebunt et retinebunt inconcussum. Act. Partine. Recevutus de Podio et Iacobus Scalcialupi tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XXX v., n. 2.

1628. *Hagenau, 26 Marzo 1219.*

Fridericus secundus Romanorum rex et rex Sicilie. Cam. heremum cum toto conventu et cum universis locis et possessionibus et rebus atque pertinentiis in specialem sue maiestatis protectionem recipit. *Segue l'enumerazione dei possessi come nel diploma di Ottone IV (cf. il reg. n. 1466) con queste differenze. Dopo la frase* et omnes curtes, q. habet predicta heremus in episcopatu Aretino et Castellano vel Fesulano atque Florentino *aggiunge* et quicquid sepedicta heremus sive ab ecclesiis suis sive ab aliis quibusque hominibus per emptionem vel alio modo adepta est in l. q. d. Broylo; *così aggiunge* (in episcopatu Bononiensi) mon. S. Marie in Bethlehem; in episcopatu Adrianensi mon. S. Marie de Vangadisia cum ecclesiis et omnibus rebus suis; in episcopatu Tuderdino mon. S. Antonii; (in episcopatu Perusino) eccl. S. Trinitatis prope ipsam civitatem; *e* et Bernardus frater eius qd. Bertramini *dopo il nome* Rainerius. *Anche la parte dispositiva corrisponde a quella del diploma di Ottone IV; solo è aggiunta questa clausola* « Precipimus etiam ut nullus eorum, q. modo habitant vel aliquo tempore habitare vel vivere debent sub eiusdem loci (Cam.) regimine, cogatur ire ad placitum ante quamlibet personam nisi ante domnum papam vel ante nosmet ipsos ac successores nostros sive ante nuntios nostros ad hoc destinatos, scilicet in omni libertate vivant et sua bona absque ulla contradictione vel molestia possideant omni tempore ». Testes: Gherardus Salzburgensis archiep., Albertus Magdeburgensis archiep., Hanricus Basiliensis ep., Rudegerus Chymensis ep., Chunradus marchio Montisferrati, Hermannus marchio de

Baden, Egeno comes de Ura, Eberardus et Ulricus frater eius comites de Helfenstein, Anselmus curie marscalcus, Fridericus chamerarius, Eberardus de Tanne dapifer et alii quamplures. S. Friderici secundi Romanorum regis et regis Sicilie. Chunradus Metensis ep. imperialis aule cancellarius vice Sifridi Magontini archiep. et totius Alemannie archicancellarii recognovit. Dat. apud Hagenowe, a. MCC°XVIIII°, VII° kal. ap., ind. VII^a^, regnante Friderico Romanorum rege a. VII°.

Originale: sigillo pendente perduto. Copia del not. Donatus olim Detaiuti de mandato Gerardi Detaiuti de Aretio iuris professoris, *contenente pure la copia del diploma di Federigo I,* 23 Gennaio 1164; *cf. il reg. n. 1153. (Spoglio:* 1219, marzo 26, n. 3*). Altra copia del sec. XIII. (Spoglio:* 1219, marzo 26, n. 2*). Summaria, c. CCXLIIII, n. 2. Fortunius, I, 189 cit., colla data* 7 cal. Apr. *Mittarelli, IV, 257 cit. Huillard-Bréholles, I, 923 extr. Winkelmann, Acta imp. inedita, I, n. 159. Ficker, Reg. imp., n. 1003.*

1629. *Contra, 24 Aprile 1219.*

A. MCCXIX, residente Honorio pp. tertio, die VIII kal. mad., ind. VII. Albertinus cavalerus de Partina et Guilielmus eius f., consentiente patre filio, fuerunt confessi se in veritate nomine pretii accepisse a Guilielmo abb. S. Marie de Pratallia sol. XXX Pis., pro quibus fecerunt ei datum et concessionem in perpetuum nomine venditionis de duabus petiis terre pos. in villa de Ventrina; prima u. d. ad Campum de Prato, cui ab uno latere terra Ricie, ab alio Zone, a tertio dicti mon., a quarto via; secunda u. d. in Abrusato, cui ab uno latere terra filiorum Ranucini, ab aliis duobus dicti mon.; cum omni iure et actione, superiore et inferiore accessione et ingressione. Pena: duplum. Act. apud Contram. Presb. Donatus de Contra, Daidegrapus et Orlandinus de Kalendolo tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Seguono, nella stessa pergamena, altri tre documenti; cf. i regg. nn. 1663, 1685, 1709.

1630. *Castelnuovo, 27 Maggio 1219.*

A. MCCXIX, tempore Honorii pp., ind. septima, in foro Castri novi, die quinto ex. mad. Iohannes Foracaseo pro se suisque liberis et heredibus dat, vendit, cedit, tradit Guido monaco mon. de Pratagla et Martino converso eiusdem mon., accipientibus pro dicto mon. et eccl. Rivocavi, pro se suisque successoribus in dicto mon. et eccl., alodio et donicato et benequieto, unam petiam terre in fundo q. v. Rivocavi, territorio Pop(uliensi) et plebe Castri novi: a primo latere dicta eccl., a secundo strata, a tertio Iohannes Picoli, a quarto Iohannes Adalasie. Pretium trium libr. den. Rav., quas sibi confitetur esse solutas; si plus valet, eis pure inter vivos donat. Pena dupli. Iacobus Va-

reule, Dominicus Vareule, Bonfante, Vigoroso tt. Iacobus Dei misericordia Quiglanensis tabellio.

Originale.

1631. *Chiesa di S. Bartolomeo (Bologna), 14 e 29 Giugno 1219.*

A. MCCXIX, tempore Honorii pp., XVIII° kal. iul., ind. VII. Bonusbolonius Zanzarellus vendidit et tradidit Guidoni priori Cam., scilicet priori domus edificate in l. q. d. Nemus de Burellis, recipienti nomine dicte domus, petiam unam terre araturie pos. in l. q. v. Masceradola x torn. et med., XVIII tab. et XXXII ped. cum ingressu et egressu usque in viam publicam. Confines: a mane Gisla uxor Petri Ugicionis, a sero limes, desuper via publica, de subtus Petrus de Basacommatre. Pretium XXXIIII libr., x sol. et VIIII den., — computati sunt III libr. et V sol. pro qualibet tornatura — q. confessus fuit se totum ab eo recepisse. Pena: duplum. Act. in eccl. S. Bartolomei. Prenominatus venditor omnia predicta se observaturum promisit sub obligatione bonorum suorum et confessus fuit se habere XXV a. Berta, soror dicti venditoris, presens dicte venditioni consensit, et perpetuam finem et refutationem et pactum de non petendo fecit de omni iure in predicta re vendita. Pena: duplum. Maria, uxor dicti venditoris, ibidem presens consensit predicte venditioni, et, certiorata bona predicti viri sui esse obligata sibi pro dotibus suis, renuntiavit iuri suo ypothecarum et omni suo iuri in predicta re vendita. Pena dupli. Testes: Rodaldus f. qd. Rodulfi de la Mandina, Gerardus de Bazano not., Petrus Bonus de Albinis de Marano, Mazolus Barberus et Petrus calegarus, q. fuit de Gisso. Eodem a. et eadem ind., die secundo ex. iun. Testes: Iacobus Taurelli, Iacobus Avenante, Iacobus Lanberti not., Rodaldus Rodulfi de la Mandina, Bonacausa Guidotti de la Mandina. Ugolinus Musi consensit predicte venditioni, et, certioratus de iure ypotecarum, renuntiavit iuri suo ypothecarum et omni iuri in predicta re vendita. Promisit Egidio monacho, recipienti nomine predicti prioris emptoris, se istam renuntiationem semper firmam et ratam tenere; item se facturum et curaturum ita quod filia sua, uxor predicti venditoris, firma et rata tenebit et observabit omnia q. supra. Pena: duplum. Leo imp. Henrici auctoritate not.

Originale.

1632. *Bologna, 19 Giugno 1219.*

A. MCCXIX, nullo Romanorum imp. existente, XII die ex. iun., ind. VII. Munsarellus f. qd. Alberti Carbonensium vendit et

tradit Guidoni priori Cam. eccl., recipienti ad honorem Dei et eccl. predicte, eiusque successoribus in perpetuum suam partem XIIII torn. terre pos. in Villanova, q. sunt tres torn. et dim. pro indiviso cum filiabus Cuminelli, cum ingressu et egressu usque in viam publicam et cum omnibus rationibus et actionibus. Fines: a tribus lateribus dicta eccl., ab alio latere via publica. Omnia in integrum pro indiviso pro pretio XVIII libr. et XI sol. Bon. ad rationem V libr. et VI sol. Bon. per torn., quod pretium sibi ibidem solvit, vendit et tradit. Pena: duplum. Act. in civitate Bon(onia), sub porticu domus in qua moratur Guido Blasii. Magister Rainaldus, Guido Blasii, Albrigettus de Cervara et Petriçolus filiaster Alberti not. tt. Bernardus imp. qd. Henrici not.

Originale.

1633. « *in burgo strate S. Vitalis* » *(Bologna), 8 Luglio 1219.*

A. MCCXIX, die VIII intr. iul., ind. VII, in presentia Gratiadei de Caym(a) et Iohannis calleg(arii) de Monsevero. Bonusvicinus castaldellus et Bonavicina eius f. et uxor Petriboni de Albinis, f. Petri de Albinis, venditioni facte a dicto Petro de Albin(is), socero dicte Bonevicine, et a Petrobono eius viro Guidoni priori S. Marie de Cam. de petia I terre aratorie pos. in pertinentia inter Maranum et Villanovam in l. q. d. Pisina lunga pro pretio XX libr. Bon. et XIII sol. et VII den. consenserunt. Pena dupli. Act. in burgo strate S. Vitalis. Gerardus not.

Originale. Tien dietro, nella stessa pergamena, al documento 1 Giugno 1218; *cf. il reg. n. 1617.*

1634. *Monastero di Berardenga, 18 Luglio 1219.*

A. MCCXIX, ind. VI[1], die XV kal. aug. Nicola monachus et qd. abb. mon. de Berardenga ordinis Cam., quia erat a Martino priore Cam. excomunicationis vinculo rationabiliter innodatus, sicut apparet per sententiam latam contra eum per dictum priorem — q. sententia scripta erat per manum Bonfillioli not. de mon. — circa oram vespertinam fecit rogari et ipsemet rogavit predictum priorem Cam. quod volebat redire ad mandatum suum et absolutionem excomunicationis et penitentiam recipere de commissis. Prefatus prior, misericordia motus, ad dictum Nicolam accessit, secundum regulam b. Benedicti et consuetudinem Cam. eum ab excomunicatione absolvit, penitentiam eidem cum misericordia iniungendo. Act. in quadam camera ipsius mon., coram Nicolao priore de Vivo, Bartholo abb. dicti mon., Michaele Cam. heremi heremita, Compangno mon. de Rota, Benedicto, Marco,

Mauro monacis dicti mon. de Berardenga, et Guinisio de mon. Bonfilius olim Bentivegne not. interfuit, et quod supra continetur alteri not. scribere mandavit et suum signum propria manu apposuit.

Originale.

[1] *Nel 1219 correva l'ind. VII.*

1635. *Firenze, 6 Ottobre 1219.*

A. MCCXIX, pridie non. oct., ind. octava[1]. Cum fuisset causa commissa per summum pontificem magistro Similianti priori S. Laurentii Florent(ini) super repetitione infrascriptarum rerum, quam faciebat G(uido) prior Cam. contra Orlandum priorem eccl. S. Fridiani Pisani et eccl. ipsam, et fuisset idem prior S. Fridiani citatus ad causam per iamdictum iud. delegatum, quemadmodum ambe partes, scilicet dictus prior S. Fridiani et Iohannes camerarius eccl. Cam. pro priore Cam., confitebantur, prefatus (Orlandus) prior S. Fridiani, dicens et protestans se nolle litigare cum priore Cam., presertim cum esset suus et eccl. S. Fridiani prefate domnus, et liti renuntians, in totum commisit res antedictas atque infrascriptas voluntati iamdicti prioris Cam. ordinandas iuxta suum libitum et conscientiam atque mandatum, et quicquid inde fecerit aut ordinaverit seu mandaverit prefatus prior Cam. in totum promisit observare et adimplere. Pena: duplum. Has res repetebat dictus prior Cam.: « tres calices cum patenis argenteos et deauratos vel eorum estimationem, scilicet libr. centum quinguaginta Pis., et tres planetas, duas albas et optime fresciatas, tertia est de pallio rotato vel eorum estimationem, videlicet libr. centum et ultra; item unam dalmaticam et unam tonicellam similiter albam, q. sunt octime fresciate; item aliam tonicellam totam deauratam et unum piuviale vel earum existimationem, videlicet libr. LXXXII et plus; item unam cuppam auream vel estimationem, scilicet libr. CL et ultra; item petebat libr. quinquaginta quatuor et sol. IIII^or in una parte et libr. LXX in alia; preterea petebat unum equum ». Act. Flor(entie), in eccl. S. Iacobi inter vineas. Presentibus testibus magistro B. archidiac. Flor., presb. Iohanne S. Iacobi, Bernardo Calcangni, Borritorno f. Pieri et Riccobaldo Ubertellini. Restaurus iud. atque tabellio.

Originale. Cf. il reg. n. 1659.

[1] *È usata l' ind. del settembre.*

1636. *Viterbo, 28 Ottobre 1219.*

Honorius pp. .. priori et conventui Cam. Per iterata scripta precipiendo mandat, quatinus reformare mon. ipsum (de

Candiculis) modis omnibus studeant, ponendo ibidem personas honestas et utiles. Dat. Viterbii, v kal. nov., pont. a. quarto.

Originale: sigillo di piombo perduto. Nello Spoglio: 1219, Ottobre 28, n. 1. *Mittarelli, IV, App. 394, n. CCXXXVI. Potthast, n. 6141. Horoy, Honorii III Opera, III, n. 29. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 2225. Cf. i regg. nn. 1625 e 1637.*

1637. *Viterbo, 28 Ottobre 1219.*

Honorius pp. .. ep. et .. archipresb. Florentino. .. prior et conventus Cam., quibus mon. de Candiculis reformandum commisit, exposuerunt humiliter coram se quod — cum .. Ostiensis ep. olim, dum in partibus illis legationis officio fungeretur, mon. ipsi officium visitationis impendens, monachos nigros habitantes ibidem propter multiplices eorum excessus ab eodem mon. duxerit amovendos, in eos, si vel ad idem redirent mon. vel monachos Cam., quibus illud reformandum commisit, in aliquo molestarent, excomunicationis sententiam promulgando — illi, excomunicatione contempta, in eodem mon. se ausu temerario receperunt, et ibi divina celebrantes officia, vel potius prophanantes, libros, ornamenta, privilegia et res alias ipsius mon. exinde per violentiam asportarunt. Ne igitur predicti monachi de sua pertinacia glorientur, mandat, quatinus, predictam excomunicationis sententiam sollempniter innovantes, faciant eandem tamdiu appellatione remota inviolabiliter observari, donec ipsi restituentes taliter asportata ab eiusdem mon. molestatione penitus conquiescant. Dat. Viterbii, v kal. nov., pont. a. quarto.

Originale: sigillo di piombo perduto. Nello Spoglio: 1219, Ottobre 28, n. 2. *Mittarelli, IV, App. 393, n. CCXXXV. Potthast, n. 6140. Horoy, Honorii III Opera, III, n. 27. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 2224. Cf. i regg. nn. 1625 e 1636.*

1638. *Chiana (« non longe a Castellare de Clanis »), 22 Novembre 1219.*

A. MCCXIX, Honorio pp. residente, Federico regnante, x kal. dec., ind. VII. Lectum fuit, recitatum atque representatum privilegium Henrici regis Romanorum et regni Sicilie priori Cam.; et idem legit dictus prior, in quo continebatur qualiter rex concesserat Broilum heremo Cam. cum certis pertinentiis. Similiter rescriptum regis eiusdem fuit representatum et lectum a priore Cam., quod fuerat transmissum a rege Gelfo, Aretino civi, (et in) quo continebatur quod dictus Gelfus daret tenutam dicto priori de Broilo et omnibus rebus, de quibus in dicto privilegio continebatur; et tam dictum privilegium quam rescriptum bulla sive sigillo regis erat munitum. Act. apud Clanem et non longe a Castellare

de Clanis. Testes: Rainerius Plantanelli de Foiano, Rainerius Gotzaius f. qd. Salinguerre, Vivolus Borgetti de Foiano, Cane frater eius, Guilielmus f. Guidi Orlandi de Burgo S. Laurentii de Musscello, Leonardo priore de Castillione Aret., Bernardo de Curte Luponis, Iohanne camerario Cam., Henrico monacho et Massario monacho. Magister Quintavallis imperatorie maiestatis iud. ord. atque not.

Originale. Mittarelli, IV, 257 cit. Cf. il reg. seguente.

1639. *(Chiana)*[1], *22 Novembre 1219.*

A. MCCXIX, Honorio pp. residente, Federico regnante, X kal. dec., ind. VII. Gelfus qd. Bostole, Aretinus civis, exequendo mandatum regis Federici Romanorum et Sicilie, secundum ea q. in privilegio a dicto rege eccl. Cam. concesso continebantur[2], dedit Guidoni Cam. priori tenutam sive possessionem Broili, recipienti eam pro heremo Cam. ad honorem Dei et in sustentationem monachorum et aliorum fratrum ibidem Deo famulantium. Fines de Broilo et eius pertinentiis: portus de Anglo, Codolaccium, Raincavizi; alii fines: Aqualata, rivus de Carbonaria, sicut ipse rivus protenditur usque ad viam Mancianensem superiorem et ab illa via superiori usque ad clanem de Cereso et ab inde usque ad portum de Anglo. Act. in locis predictis[1]. Testes: Leonardus prior de Castellione Aret(ino), Iohannes camerarius Cam., Rainerius Plantanelli de Foiano, Rainerius Gotzaius f. qd. Salimguerre, Vivolus Borgetti de Foiano, Henrico monacho et aliis, et Rossus conversus. Magister Quintavallis imperatorie maiestatis iud. ord. atque not.

Originale. Mittarelli, IV, 258 cit. Cf. il reg. precedente.

[1] *Come al reg. precedente.* [2] *Cf. il reg. n. 1628.*

1640. *Borgo S. Sepolcro, 12 Dicembre 1219.*

A. MCCXIX, dec. XII die intr., ind. VII, tempore Honorii pp. et Fred(erici) regis. Guido prior Cam. una cum Rigone balitore dicti Cam. et cum voluntate Rigoli conversi ipsius loci et castaldi de Motina dat et concedit libellario nomine Guilielmino f. qd. Artini de Montorio et eius filiis et nepotibus legitimis masculinis et, si masculi defuerint, uni ex feminis, q. habuerit eius hereditatem, sexaginta tab. terre sit. in clausura eius[1] de Motina. Fines: ex uno latere via, ex alio (terra) Pecorarii, ex duabus partibus eius[1] terra. Recepit nomine pretii XXX sol. den. Censum reddere et dare debebit annualiter mense aug. Gulielminus et heredes[2] dicte eccl. Cam., scilicet nuntio de Motina alium cen-

sum colligenti, IIII^or den. de Pysa. Pena dupli. Act. in Burgo S. Sepulcri iuxta mon. In presentia Martii, Sigoli et Bartholo tt. Plantanellus iud. et not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

[1] *L'orig. ha* tua [2] *L'orig. ha* tu et tui heredes

1641. *12 Dicembre 1219.*

« Guillelminus olim Artini de Montorio per se suosque filios et nepotes legittimos promisit solvere nuntio Cam. de Motina den. IIII^or Bon. nomine census pro locatione sibi facta predicto modo a priore Cam., presente Rigolo castaldo de Motina, tabularum LX terre pos. in clausura dicti Guillelmini de Motina iuxta viam et Peccorarium et terram dicti Guillelmini a duabus partibus; pro qua locatione recepit predictus prior a predicto conductore sol. XXX. Sub a. Domini M°CC°XIX°, XII^a die mens. dec. Carta manu Plantanelli ».

Summaria, c. CXXIII, n. 5. Cf. il reg. precedente.

1642. *Forlì, 1 Febbraio 1220.*

A. MCCXX, die primo febr. intr., in Forl(ivio), in domo ep. Liviensis. In presentia Petri Auliverii, Deumolde Severii, Guidonis Redolfini atque Temoli et aliorum multorum testium, nec non Dadei Dei nutu imperialis ac Liviensis not. Guido Cam. conventus prior appellavit ab Alberto Liviensi ep. ab omni gravamine, q. posset inferre eccl. S. Marie de Casale, sibi ipsi priori, monachis, conversis omnibusque personis illi eccl. benefacientibus; et iterum appellavit ne idem ep. prohibeat clericis, laicis sui episcopatus vel aliis personis ad eamdem eccl. accedere vel ei benefacere, nec etiam aliquam iniuriam per se vel per alios dicto priori vel fratribus Cam., occasione institutionis et ordinationis seu ipsius eccl. dispositionis, nullatenus deberet inferre; ipsam vero eccl., cum omnibus suis bonis spiritualibus et temporalibus, protectioni pape subposuit; a sententia autem interdicti vel excomunicationis, quam fecerat de facto potius quam de iure, ne aliqua persona in dicta eccl. per priorem Cam. institueretur, viva voce spetialiter appellavit; et denuo a gravamine omni interdicti et excomunicationis, quod dictus ep. antea et postea eidem priori intulit et eccl. suprascripte, eo priore presente et testibus suprascriptis, et eadem ora, qua primam fecerat appellationem, similiter appellavit. Ind. VIII. Suprascriptus not. mandato suprascripti prioris ss.

Originale. Mittarelli, IV, 268 cit. Cf. il reg. n. 1656.

1643. *16 Febbraio 1220.*

« Bonostes predictus[1] dedit donno Guidoni priori Cam. per se suosque heredes in perpetuum unum donicatum in Pratum novum iuxta fil(ios) Petri Pagani et iuxta filios Petri Taviani et iuxta Bastardum Orlandinelli; item petiam I terre, in qua est olivetum, in parrochia S. Thome iuxta Siccomorum et iuxta filios Guidonis Chisaberti et iuxta viam; item petiam I terre cum casalinis cum omni iure, quod habebat adversus casalinos pos. infra muros civitatis Aret(ine), iuxta murum veterem civitatis et iuxta aliam terram dicti Bonosti et Stephanum Nerbotti et Boniannem Vescontese. Sub a. Domini M°CC°XX, XV° kal. mar. Carta manu Uberti not. ».

Summaria, c. LXXXXII v., n. 3. Cf. il reg. seguente.

[1] *Ricordato nel reg. precedente dei Summaria come* Bonostes f. olim Raynucii Petri Fantini

1644. *20 Febbraio 1220.*

« Ugolinus frater Bonosti de Aret(io) per se suosque heredes in perpetuum dedit Palmerio converso omne ius et actionem, quod et quam habebat in rebus donatis a Bonoste fratre suo Cam. heremo. Sub a. Domini M°CC°XX°, XI° kal. mar. Carta manu Quintavallis not. ».

Summaria, c. LXXXXII v., n. 4. Cf. il reg. precedente.

1645. *24 Febbraio 1220.*

« Donna Bruditia uxor olim Orlandi et Giliottus eius f. et Nepoleone Ghiliotti per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Bernardino castaldo curtis veteris de Foiano, recipienti pro Cam. heremo, petiam I terre pos. in curte Foiani in Spiegia, iuxta terram predicte curtis et Malcovaldi Ranucini et viam in pede, pro pretio sol. XXXVII. Sub a. Domini M°CC°XX°, VII° kal. mar. Carta manu Baldirarii not. ».

Summaria, c. CLXIII v., n. 2.

1646. *Bibbiena, 1 Maggio 1220.*

A. MCCXX, ind. VIII, kal. maii, tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Guido qd. Berardi vendit, tradit et concedit Marcho monaco de Pretallia, vice et utilitate dicte abbatie recipienti, et successoribus in perpetuum integre omnia iura et actiones, terras, vineas, casas, servitia et possessiones, quas et que habet in podere Rigacci qd. Guilielmini et (quas et que) a se Rigaccius habuit et tenuit et nunc a se habere et tenere videtur in Frassineta et eius curte, et in aliis locis ubicumque reperiuntur de ipsis

terris et rebus per loca et vocabula cum suis confinibus sicut existunt. Confitetur recepisse octo libr. den. Pis., et id, quod supradicta valent ultra dictum pretium, ei iure donationis inrevocabilis donat. Pena: duplum. Act. in foro de Bibiena, in presentia Michaelis qd. Guilielmi, Borgesi qd. Bertonci et Franki f. Ugolini. Matheus imperialis aule not.

Originale. Sotto la completio leggesi: In superiori cartula de defensione non feci mentionem quia A.k [1] noluit. *Queste parole evidentemente non possono riferirsi al presente documento, che ha la* defensio, *ma ad un altro, forse scritto sulla stessa pergamena, in alto, e poi tagliato.*

[1] *Il nome proprio è costituito di tre lettere; quella media, di dubbia lettura, sembra una* l *con segno d'abbreviazione.*

1647. *Castelnuovo, 1 Giugno 1220.*

A. MCCXX, primo die intr. iun., ind. VIII, in foro Castri novi, tempore Onorii pp., imperatore non existente. Guilielmus abb. mon. de Pratalla cum consensu fratrum suorum iure henfiteosin concedit Vargulo, recipienti pro se et filiis et nepotibus, ad renovandum tres petias terre in [Ru]coe et in Campo fluri, et unum terrenum in Rucoe, territorio Populiensi et plebis Castri novi. Sub pensione omni anno in mense mar. vel infra inditionem illius anni redenda duos den. Rav. pro dicto terreno, et omni anno in Natale redendo tres [1] sol. Rav. et omni anno unam operam cum manu et unam cum bovibus; in tempore renovationis renovare debeant pro quinque sol. tantum. Dat Martinum suum castaldum, q. eum in possessionem mittat, pro eo quia addedit sibi nomine calç(arii) den. sol. XL, quos confitetur sibi esse solutos. Pena dupli calç(arii). Testes: Iohannes Ranuçoli, Fedrinus, Leonardus Çilii et Martinus de Punda. Henricus tabellio per misericordiam Dei.

Originale.

[1] *L'orig. ha* tribus

1648. *Foiano, 22 Giugno 1220.*

A. MCCXX, ind. VIII, Honorio pp. residente, X kal. iul. Rainerius Iohannis Gostantini vendit, tradit, transfert atque [inrevocabiliter concedit] ad proprium Bernardino castaldo de Corteveki[a de Foiano recipienti] [1] pro S. Salvatore de Cam. [unam petiam] [1] terre sui iuris cum omnibus finibus et pertinentiis, iure et accessione, pos. in curte de Foiano in l. q. d. Pratale: a duobus lateribus Cortevekia, a capite Ghirardo de Verde, a pede Rigus; et insuper omne ius et actionem. Confitetur iustum recepisse pretium, scilicet IIII libr. et dim. den. Pis.: si quid pluris est, quanticumque pluris est, ei simpliciter inter vivos donat pro le-

gis merito accepto. Investitorem [de]di(t) Guidoctum Pandolfini. Pena: duplum. Amata nurus dicti venditoris refutat et renuntiat dicto castaldo omne ius et actionem in dicta re. Pena: duplum. Act. in castro Foiani prope eccl. Testes: Rainerius Kiavardi, Albertus Rodolfini et Guidocto Pandolfini. Baldirarius not.

Originale. Summaria, c. CLXIII v., n. 3.

[1] *Le lacune sono colmate secondo il testo dei Summaria.*

1649. *« in castro Plede », 19 Luglio 1220.*

A. MCCXX, tempore Honorii pp. et Federici regis, ind. VIII, die XIII° ex. iul., in castro Plede. Palmerius pro oblatione dat, donat atque concedit Ugitioni priori he[remi] nove, recipienti pro eccl. heremo nova, [du]as petias terre in Paganico, una quarum pos. in Baçolisi iuxta heremum novam[1], viam, Paganuçum et nepotes; alias pos. in Valdelaçero iuxta predictam heremum novam[1], Prodençanum, Iohannem de Plano, Ubertelum et eccl. Paganici, et trait usque ad Raçum. Pena: c sol. Rav. Testes: Caviglolus, Forre da Pleda, Aldrovandus, Vivianus, Bonuscompagnus. Bonagura Galeatensis s. Rav. eccl. not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* VOS

1650. *Foiano, 2 Agosto 1220.*

A. MCCXX, ind. VIII, Honorio pp. residente, IIII non. aug. Pepo Ranuccii de Asgievole vendit, tradit, transfert atque inrevocabiliter concedit ad proprium Marco Talami et Iohanni de Carontolo et heredibus in perpetuum I pratum sui iuris, pos. in curte de Foiano in l. q. d. Lama Pigola, cum omnibus finibus, pertinentiis superioribus et inferioribus suis, iure et accessione, cui ab una parte ff. olim Bernardini Milifie, ex alia pratum qd. Busketti, a capite Orlandinus Bavarde, a pede Guido Rial(is). Confitetur iustum pretium recepisse, scilicet VII libr. den. Pis. Investitorem dedit Brunamontem de Boccavitello. Pena: duplum. Act. in burgo Foiani ante domum Pieri Boccoli. Testes: Brunamonte de Boccavitello, Mercoaldus Ranucini, Mencuccius de Rasingnano et Vivolus de Mesckieri. Baldirarius not.

Originale.

1651. *Orvieto, 4 Agosto 1220.*

Honorius pp. .. ep. Perusino et .. abbati de Galliata Populiensis dioc. Olim coram I(nnocentio) pp. predecessore, .. Are-

tino ep. ius patronatus et ius diocesani in eccl. Cam. petente, inter ipsum et .. priorem Cam. lis fuit contestata; postmodum vero, tempore suo[1], productis testibus, publicatis attestationibus, exhibitis privilegiis, inter ipsos talis compositio intervenit, « quod Camaldulenses ep. Aretinum habeant pro patrono, recognoscant vocentque patronum et ut patronum honorent eius memoriam tamquam specialis benefactoris in suis orationibus facientes; ad cuius defensionem, cum viderint sibi expedire, recurrent, quibus ep. iuxta posse opem defensionis impendat; sane, si ep. ad evidentem necessitatem devenerit, Camaldulenses ei et duobus suis servientibus providebunt. Ad hec si prior et monachi ad dissipationem bonorum mon., eorum precipue q. ab Aretina eccl. receperunt, manus vellent extendere, maxime alienando talia inimicis et suspectis eccl. Aretine, liberum sit ep. prohibere et denuntiare summo pontifici, ut sic eius auctoritate validius in talibus mon. succurratur. Electionem quoque prioris infra duos menses, postquam fuerit celebrata, Camaldulenses episcopo per nuntios vel litteras nuntiabunt, ita tamen quod per nuntiationem huiusmodi nullum omnino prestetur impedimentum nec preiudicium generetur, quin is, q. electus fuerit in priorem, statim post electionem suam libere administret et alias plene suum exequatur officium, sicut hactenus consuevit. Ceterum, ratione iuris diocesani, si ep. Aretinus semel in anno ire voluerit ad Cam. eccl., honorifice ac processionaliter tamquam diocesanus recipiatur et procuretur ibidem cum moderato evectionum et personarum numero contentus cibariis, quibus Camaldulenses utuntur; congregatis etiam fratribus in capitulo, liceat ei verba [ex]hortationis et q. ad salutem utriusque hominis viderit pertinere, proponere, missamque in eccl. celebrare. Porro vocati ad sinodum duo ad minus mittantur ex fratribus; non tamen ep. statuta recipere teneantur, excepto quod excomunicatos et interdictos ab ep. Aretino scienter non recipient ad divina ». Compositionem predictam duxit confirmandam, prohibens ut Camaldulenses Aretino ep. in predictis nichil difficultatis opponant et ep. Aretinus in Cam. eccl. ultra predicta de cetero nil attemptet; salvo iure utriusque partis super questione membrorum. Mandat, quatinus compositionem ipsam faciant auctoritate sua, sublato appellationis obstaculo, inviolabiliter observari. Dat. apud Urbemveterem, II non. aug., pont. a. quinto.

Originale: sigillo di piombo perduto. Summaria, c. CCXXV, n. 1, colla data III° non. aug., pont. a. VIIII° *Fortunius, I, 187, colla data* 3 non. aug. a. nono, *cit. Horoy, Honorii III opera, III, n. 11. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 2597.*

[1] *L'orig. ha* nostro

1652. *Chiesa di S. Maria dei Rusticani (Bologna?), 8 Agosto 1220.*

A. MCCXX, die sabati octavo intr. ag., in statione una domus S. Marie Rusticanorum, in qua infrascriptus Ysnardus moratur, ind. octava. Ysnardus de Navarra f. qd. Lupi, testamentum causa mortis facere procurans, res suas omnes pro anima sua et inter heredes legatarios et fidei commissos suos sine scriptis disponere vult. In primis illos de universitate et collegio Cam. Bon. dioc. sibi heredes in omnibus suis rebus pro anima sua instituit — exceptis infrascriptis legatis amicis suis, et exceptis debitis q. solvere tenetur et debitis sepulture — et apud dictam eccl. de Cam. sepeliri vult ante portam eccl.. Beatrici de Valsovrina relinquit cultram suam et quatuor cuxitios et duo meliora linteamina et unum fisconem et unum cadeleitum; Iohanni Ylardensi librum suum Alexandrum cum sinonimis; presb. Guidoni eccl. S. Marie Rusticanorum dentifricium suum argenteum; Raimundo Cattalano veieticulum suum a vino et unum par de osis. Commissarios suos esse vult magistrum Laurentium spetialem et magistrum Iohannem de Ylerda, quorum fidei committit vendendi et disponendi quicquid voluerint de bonis suis pro solvendis debitis et pro expensis sepulture faciendis. Hec est ultima sua voluntas, q., si non valet iure testamenti, valeat iure codicilli. Interfuerunt magister Laurentius spetialis, Iohannes de Valsovrina, Bonus Iohannes Aldrovandi de Ancognano, Iohannes de Cremona f. Gerardi, magister Marcus de Apulia medicus, Raimundus Cattalanus et Iohannes de Ylerda tt. Petrus qd. Petri claudi f. not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il documento seguente.

1653. *Chiesa di S. Maria dei Rusticani (Bologna?), 8 Agosto 1220.*

A. MCCXX, die sabati octavo intr. ag., in quadam statione domus eccl. S. Marie Rusticanorum, in qua magister Ysnardus moratur, ind. octava. Presentibus magistro Marco de Apulia medico, Iohanne de Valsovrina, Bono Iohanne Aldrovandi de Ancognano, Iohanne de Cremona f. Gerardi, Raimundo Cattalano et Iohanne de Ylerda tt. Ysnardus de Navarra scolaris f. qd. Lupi fuit confessus se debere magistro Laurentio spetiali triginta sol. Bon., quos dictus Laurentius sibi mutuavit pro frumento emendo, octo sol. Bon. pro vino emendo, viginti quatuor sol. Bon. pro quodam libro emendo nomine Alexandro, decem sol. Bon. pro cera emenda pro festo s. Iacobi, viginti duos den. pro pulvere spetiarum, tredecim sol. Bon. pro solvendo in uno suriano; fuit confessus se debere tres sol. Bon. Çunte spetiali ex causa mutui; item cuidam mercatori tredecim sol. pro residuo stanfortis, quem ab eo emit et pro eo fideiussit magister Martinus Yspanus; item Aimeline

quatuor sol. Bon. Magister Laurentius dictus fuit confessus se habere a predicto magistro Ysnardo quasdam pelles de coniculis, q. fuerunt Yspani Didecis, pro duodecim sol. Bon., unum ensem pro octo sol. Bon. et dimidiam partem codicis, q. est obligata eidem Ysnardo a Beatrice pro duodecim sol. Bon. et VI den.; item fuit confessus se debere dicto magistro Ysnardo quindecim sol. Bon. pro nepote Mickaele Straçaroli. Petrus qd. Petri claudi f. not.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, il documento precedente.

1654. *Bologna, 19 Agosto 1220.*

A. MCCXX, die terdiodecimo ex. ag., ind. octava, in civitate Bon(onia), sub porticu Aldrevandini Prindipartis. Presentibus Teberto nuntio com., Arduino Tancredi, Talento[1] de Florentia, Petro et Gerardino scutiferis Aldrevandini Prindipartis tt. Constat Prindipartem f. Aldrevandini Prindipartis vendidisse et tradidisse presb. Guidoni, priori eccl. S. Marie de Cam., suam partem cuiusdam petie terre aratorie pos. in pertinentia Vilenove, in l. q. d. Pirus principum, quam habet pro indiviso cum dicta eccl. S. Marie et cum Valeria f. qd. Iacobi Cuminelli — q. sua pars est quinque torn. et quarta pars alterius — cum ingressu et egressu usque in viam publicam. Fines: a mane via, ab omnibus aliis lateribus dicta eccl. Pro pretio quinque libr. et sex sol. pro torn., summa cuius pretii videtur capere viginti septem libr., sedecim sol. et sex den. Bon., q. pretium sibi bene solutum et numeratum esse confitetur. Pena dupli. Petrus f. qd. Bonibologni not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

[1] Talento *corretto da* Talentus

1655. *(Bologna), 22 Settembre 1220.*

A. MCCXX, nullo Romanorum imperatore existente, nono die ex. sept., ind. octava. Valeria f. qd. Iacobi Cuminelli vendit, tradit et in solutum dat Guidoni priori Cam., recipienti ad honorem Dei et eccl. Cam. Bon., eiusque successoribus in perpetuum iure proprio petiam unam terre aratorie pos. in curia Villanove in l. q. d. a Piro de principibus, cum ingressu et egressu usque in viam publicam, et sunt quinque torn. et quarte partis alterius, cum omnibus rationibus, actionibus et cessibus. Fines: a tribus lateribus eccl. Cam., a quarto latere via publica. Pro pretio triginta trium libr. Bon., q. confitetur sibi in hunc modum fore solutum, scilicet pro illa parte testamenti patris sui sibi contingenti secundum illam partem, quam capient predicte triginta tres[1] libr. Bon. Pena: duplum. Act. in solario domus Iacomini viri dicte venditricis. Ugolinus f. Iacobi Petri Paulani, Bonus buffator

et Dominicus tricolus tt. Bernardus de Brigola imp. qd. Henrici not.

Originale. Cf. il reg. precedente.

[1] *L'orig. ha* trium.

1656. *(Forlimpopoli), 5 Ottobre 1220.*

A. MCCXX, tempore Honorii pp. et Federici regis, ind. VIII, die V intr. oct., in balcone canonicorum Populiensium. In presentia presb. Petri, presb. Iohannis, presb. Drudonis, Rodulfi diac. canonicorum Populiensium, Placidi monachi Cam. et eremi, Magalotti conversi eiusdem loci, Rainaldi et aliorum, et Orlandi Populiensis tabellionis. Benedictus prior. S. Marie Cam. de Forlivio, syndicus prioris Cam., ex parte Al. Saxent. eccl. ep. et B. eiusdem eccl. archidiaconi et prioris de Trapula, porrexit et dedit litteras Egidio Populiensis eccl. preposito et presb. Bono eiusdem eccl. canonico, in quibus continebatur quod non deberent procedere in causa, q. erat inter ep. Liviensem et priorem Cam., donec cognosceretur utrum rescriptum impetratum ad illos valeret, necne; et si ipsi vellent procedere in dicta causa, dictus prior Benedictus, syndicus prioris Cam., nomine ipsius prioris et sui conventus, ad apostolicam Sedem illico appellavit[1]. Orlandus imperialis aule not.

Originale. Mittarelli, IV, 268 cit. Cf. il reg. n. 1642.

[1] *Così ha l'orig.*

1657. *Faenza, (Ottobre)*[1] *1220.*

« Fredericus imp. II^{us} recepit in imperialis maiestatis protectione(m) heremum Cam. et omnia bona eiusdem, in rebus pariter et personis, precipiendo suis nuntiis, q. pro tempore fuerint in comitatu Aret(ino) et Castellano, ut dictam heremum et res et homines ipsius ad priorem et ad heremitas Cam. heremi pertin(entes)[2] ab omnibus hominibus, comitibus, militibus, potestatibus et civibus invenitur, et eisdem sine dilatione plenius ex iustitia exhibeant in omnibus causis, de quibus dictus prior vel eius nuntius querelam deposuerit coram eis, adhiciendo nichilominus quod earum curias et possessiones non gravent nostri nuntii, q. iuxta heremitas predictos existunt. Dat. in castris prope Faventiam, a. Domini M^{o}CC^{o}XX° ».

Summaria, c. CCXLV v., n. 1.

[1] *Anteriore, secondo l'itinerario, al 15 ottobre: cf. Boehmer-Ficker, Reg. imp., pag. 266.* [2] *Qui il senso non corre più; evidentemente il testo è incompleto o errato.*

1658. *Chiesa di Verghereto, 18 Ottobre 1220.*

A. MCCXX, tempore Honorii pp. et Federici regis, die XIIII ex. ot., ind. VIII. In presentia Aldebradi prioris S. Salvatoris de

Balneo, Peri scolaris eccl. S. Petri de Corçano et Petri de Vergareto. « Presb. Ubaldus eccl. S. Petri de Corçano talia verba protulit: Confiteor me tibi abb. de Vergareto obedientiam promisisse, et pro eo quod tibi inobediens fui, non obediendo tuis mandatis sicut tenebar, me excomunicasti; volens nunc, sicut teneor tibi, ad mandata omnia tua reverti, iuro per s. Dei evangelia de cetero tibi et tuisque sucessoribus tam in spiritualibus quam in temporalibus, me obligando in omnibus, sicut subditus, obedire, promitentes dictam eccl. pro te et tuis successoribus possidere quantum de tua voluntate processerit, nec aliquo modo contravenire. Et omnibus premissis receptis abb. predictus eumdem presb. U(baldum) a vinculo excomunicationis absolvit ». Act. in eccl. de Vergareto. Aldebrandinus imperialis aule not.

Originale. Nella parte inferiore della pergamena, scritto, sembra, dalla stessa mano, ma in tempo diverso, si legge lo stesso documento con lievi differenze: così da principio al nome Ubaldus *la nuova lezione aggiunge* qui se gerebat pro rectore S. Petri de Corçano, *e dopo* absolvit *continua* et reinvestivit eum de eccl. S. Petri de Corçano *etc. Mittarelli, IV, 268.*

1659. *Pisa, 31 Ottobre - 2 Novembre 1220.*

G[uido prior Camaldulen]sis, presentia et consilio et consensu et auctoritate Iohannis camerarii collegii heremi Cam. et Palmerii conversi predic[te heremi pro] heremo et pro collegio ipsius heremi et pro mon. et eccl. S. Donati Fontisboni et pro collegio ipsius mon. posuit in Benedictum abb. [mona]sterii de Elmi et Filippum abb. mon. et eccl. S. Zenonis de Pisis omnes lites et discordias, q. erant vel esse poterant inter predictum priorem pro predictis locis et collegiis, ex una parte, et Orlandum priorem eccl. et mon. S. Fridiani de Pisis pro ipso mon. et eccl., ex alia, diffiniendas ab ipsis abbatibus per arbitrium vel laudamentum « ab hodie ad diem dominicum proxime venturum », ad penam mille libr. den. Pis. monete suprascripto priori S. Fridiani, pro suprascrito mon. S. Fridiani recipienti. Act. Pisis in camera claustri mon. S. Michaelis de Burgo, presentibus Guidone abb. suprascripti mon. S. Michaelis, Benedicto camerario, Michaele et Henrigo monacis predicti mon. S. Michaelis et aliis testibus. A. MCCXX, ind. octava, pridie kal. nov. Sequenti die Orlandus suprascriptus, consensu et consilio et auctoritate et presentia Alberti prioris, Simonis, Petri camerarii et Bartholi monachorum et presb. Bandini conversi predicti mon. pro ipso mon. et eccl. posuit in suprascriptos Benedictum et Filippum abbates omnes lites et discordias, q. erant vel esse poterant inter ipsum Orlandum pro suprascripto mon. S. Fridiani et ipsum mon., ex una parte, et suprascriptum priorem Cam. pro suprascripta heremo et mon. Fontisboni et ipsam

heremum et mon. Fontisboni, ex alia, diffiniendas ab ipsis abbatibus per arbitrium vel laudamentum, ad penam mille libr. den. stipulatione promissam suprascripto camerario Cam. pro ipso priore Cam. et pro predicta heremo et mon. Fontisboni recipienti. Act. Pisis in capitulo suprascripti mon. S. Fridiani, presentibus Bonacculto qd. Martini et Lambertuccio qd. Pandicampi testibus. Benedictus abb. mon. de Elmi et Filippus abb. mon. S. Zenonis de Pisis, arbitri et arbitratores electi, ipsas lites et discordias per laudamentum diffiniunt. [*Si espongono tutte le controversie nella loro particolarità e le ragioni accampate dalle due parti*]. Unde, visis rationibus utriusque partis, ad suprascriptam penam, dicunt et arbitrantur et laudant ut suprascriptus Orlandus pro suprascripto mon. S. Fridiani restituat et det suprascripto Guidoni vel eius certo misso pro eo pro predicta heremo et eccl. maiori Cam. « suprascriptos tres calices argenti et cuppam auri et suprascriptas duas planetas albas cum fresciis, quarum una est examiti et alia diaspidi, et suprascriptam aliam planetam rotatam et aliam planetam bladectam et suprascriptum puiviale et suprascriptas duas tonicellas et unam dalmaticam de hinc ad diem lune proxime venturum ». Et (ad) eamdem penam, dicunt et arbitrantur et laudant ut suprascriptus Guido prior pro suprascripta heremo et mon. predicto Orlando pro suprascripto mon. S. Fridiani det et solvat de hinc ad kal. madii proxime venturas libr. sexaginta den. Pis. monete et ab inde ad festum omnium sanctorum alias libr. sexaginta den. suprascripte monete, et ab ipso festo omnium sanctorum usque ad sex menses alias libr. quinquaginta den. suprascripte monete. Et ad suprascriptam penam, dicunt et arbitrantur et laudant quod ipse Guido prior cum consensu monachorum faciat suprascripto Orlando finem et refutationem et pactum de non petendo et de non imbrigando de suprascriptis rebus infra mensem a tempore predicte restitutionis et cartam inde ei faciat. Et ad suprascriptam penam, dicunt et arbitrantur et laudant quod, facta suprascripta tota solutione suprascripto Orlando, predictus Orlandus consilio et consensu monacorum S. Fridiani faciat suprascripto Guidoni finem et refutationem et pactum de non petendo et de non imbrigando de tota suprascripta summa et de omnibus suprascriptis et cartam inde ei vel suo procuratori. Datum et recitatum Pisis in claustro suprascripti mon. S. Michaelis de Burgo, presentibus Guidone suprascripto abb. suprascripti mon. S. Michaelis, Rainerio Marcio, Michaele, Benedicto, Henrigo, Orlando, Ugone, Tebaldo et Bono et aliis testibus. A. MCCXX, ind. octava, quarto non. nov. Monacus dictus Rainerii Vellionis imp. Henrigi iud. et not.

Originale. Cf. il reg. n. 1636.

1660. *9 Novembre 1220.*

« Biasius et Matheus Grilli pro se ipsis et eorum fratre Boncompagno et suis heredibus in perpetuum procuratorio nomine promiserunt solvere Cam. heremo vel eius nuntio annuatim nomine pensionis in Nat(ivitate) Domini den. VI bon. et spend. pro locatione eis facta a donno Petro et donno Iohanne monachis Cam. totius poderis cum terris, vineis, pratis et silvis, q. dictus Blasius vel Matheus vel Boncompagnus a predicta heremo tenebant ante habitam libertatem, de qua terra promiserunt simili modo annuatim dare decimam. Predicti autem receperunt nomine Cam. heremi a predictis Blasio, Matheo et Boncompagno pro pretio sue libertatis libr. XXV, et cessionem omnium bonorum suorum in morte, si sine legittimis filiis eos mori contingeretur. Sub a. Domini M°CC°XX°, die VIIII^a nov. Carta manu Boncompagni not. ».

Summaria, c. CXLII v., n. 1.

1661. *9 Novembre 1220.*

« Benintendi per se suosque heredes in perpetuum promisit solvere Cam. heremo vel eius nuntio den. IIII^or bon. et spend. annuatim nomine pensionis in Nat(ivitate) Domini pro locatione sibi facta a donno Petro et donno Iohanne monachis Cam. heremi totius poderis cum terris, vineis, pratis et silvis et hedifitiis, q. tenebat ab heremo Cam. ante habitam libertatem, de qua terra promisit simili modo annuatim decimam dare. Predicti autem monachi receperunt nomine Cam. heremi a predicto Benintendi pro pretio sue libertatis libr. X et cessionem omnium bonorum suorum in morte, si sine legittimis filiis eum mori contingeretur. Sub a. Domini M°CC°XX°, die VIIII^a nov. Carta manu Boncompagni not. ».

Summaria, c. CXLII v., n. 2.

1662. *« Paganico in Baçolisi » (Romagna), 15 Novembre 1220.*

A. MCCXX, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. VIII, die XV° nov., a Paganico in Baçolisi. Paganuçus da Corçano, pro se suisque liberis et heredibus, dat, vendit, concedit atque tradit Ugitioni priori heremi nove, recipienti pro eccl. heremi nove, eiusque successoribus in perpetuum unam petiam terre pos. in Baçolisi iuxta Poçolinum, Pritelum, Terçum, heremum novam[1] et Arte, cum omnibus supra et infra se. Pretium XL sol. Rav., q. ab eo confitetur accepisse. Insuper dat, cedit et mandat ei iura omnia et actiones. Pena dupli. Testes: Arte, Mateus,

Rainerolus Aquabeli, Conversetus, Iohannes Prataline, Ranuçolus Strabatençoli. Bonagura Galeat(ensis) s. Rav. eccl. not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* vosmet

1663. *Partina, 15 Novembre 1220.*

A. MCCXX, residente Honorio pp. tertio, die XVII kal. dec., ind. VIII. Iohannes de Madiolo de Partina, tutor filiorum Laurentii, Rosata, uxor qd. Laurentii (et) soror eiusdem Iohannis, Bonaiutus f. eiusdem Rosate et Laurentii, suo nomine et fratrum suorum Bonafide et Laurentii, et Albertus et Benentende, ff. qd. Ranucini de Partina, eorum nomine et Rogerii fratris eorum et sororis eorum Donane, fuerunt confessi se nomine pretii accepisse a Iohanne monacho S. Marie de Pratallia libr. tres et dim. Pis., pro quibus fecerunt eidem Iohanni, recipienti vice dicte mon., datum et concessionem in perpetuum nomine vendictionis de quatuor petiis terre pos. in terratorio Ventrine u. d. in Planello: prime ab uno latere Iacobus Forconus, ab aliis tribus (terra) mon. predicti; secunde ab uno latere Nicola, ab aliis tribus (terra) prefati mon.; tertie a quatuor lateribus (terra) mon. nominati; quarte ab uno latere via, ab aliis tribus (terra) dicti mon., cum omni iure et actione. Predicti Iohannes, Rosata et Bonaiutus promiserunt dare nomine pene libr. x Pis.; dicti Albertus et Benentende promiserunt pro Rogerio fratre eorum sub eadem pena. Act. apud eccl. de Partina. Ranucius f. Orlandi Zibelli, Guilielmus de Soci et Guilielmus Albertini Cavaleri tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1219 Aprile 24. *Tien dietro, nella stessa pergamena, al documento 24 Aprile 1219; cf. il reg. n. 1630.*

1664. *(Presso Sutri), 29 Novembre 1220.*

Fredericus secundus Romanorum imp. et rex Sicilie. Burgum S. Sepulcri sit. in comitatu Castelli et Burgenses, ecclesiam eiusdem loci et abb. Gratianum suosque successores, omnes quoque fratres et res et possessiones predicto loco pertinentes sub tuitionem dominiumque imperii ac suum [1] specialiter recepit, confirmans omnia privilegia a predecessoribus collata, precipiens ac sanciens ut nullus umquam archiep. vel ep., dux vel marchio, et nulla umquam maior minorve persona in abbatia illa et Burgo predicto aut in aliquibus eorum personis seu pertinentiis aliquid sibi iuris audeat et scribere vel fodarum aliquod seu dationem aut aliquam aliam publicam funtionem ab eis exigere vel recipere, nec alicui hominum sit licitum ab imperii domnicatu ea tollere et sub alte-

rius potestate collocare, et si aliquando sub alio constituta fuerit et in aliquo publico instrumento iniuste recepta in irritum totum revocat, quia non decet ut specialis domus et res monasterii indebitum aliene servitutis iugum sustineat; sed abbatia illa et Burgus eius ac Burgenses nulli mortalium infra Burgum vel fines Burgi teneantur respondere, nisi sue[2] maiestati im(periali) aut suo[3] certo nuntio vel abbati illius Burgi et per universum suum[1] imperium eundo ac redeundo cum omnibus rebus suis salvi sint ac securi, et neque in personis neque in rebus suis eos iniuste audeat aliquis inquietare vel molestare. Idem dicit de liberis heredibus infra fines Burgi domos habentibus, quamvis in Burgo non habitent. Statuit etiam inviolabiliter ut capitanei, q. sunt habitatores eiusdem Burgi, et ipsorum mansnaderii et alii liberi homines ea, q. iuravere huic abbatie et Burgo prenominato, et fines et pactiones, quas fecerunt, firma perpetuo tenere et illibata ipsi et eorum heredes; castella quoque, q. sua voluntate destruxerunt, de cetero non reedificent, et nec eccl(esias) nec aliquod edificium deinceps faciant nec fieri permittant infra terminos in hac conventione denotatos; quicumque autem liber homo in Burgo illo nunc habitat vel habitare voluerit, omnis sua ratio et iustitia in omni loco sibi salva sit et secura. Preterea que dicta sunt predicto abb. et monasterio S. Sepulcri concedit, donat et largitur esse plateaticum et theloneum, placitum atque districtum totamque iurisdictionem Burgi S. Sepulcri et omnium pertinentiarum eius, quam de iure tenere debet, et ut iustitiam faciat in Burgo illo toto et in omnibus pertinentiis eius, ipsius abbatie ac sepedicti Burgi per se vel per alium, et consules eligantur ibi vel statuantur voluntate et consensu abb. supradicti; nulla et umquam ecclesiastica secularisve persona de cetero ecclesiam aliqua(m) vel hospitale in Burgo supradicto vel eius districtu sine voluntate sepedicti abb. edificet. Preterea universas eccl., possessiones et tenimenta atque iustitias, massaritias quoque aliosve homines et generaliter omnia iura vel bona, q. eccl. illi S. Sepulcri ab imperatoribus vel regibus, ab apostolicis aliisve personis collata sive confirmata sunt aut in futuro, dante Deo, conferentur, et nominatim eccl. illam, q. est iuxta claustrum mon. et iuxta plateam Burgi, et aquam illam regalem, quam habent in flumine Tiberis, sicut illi eccl. antiquitus concessa fuit, et massaritias de Casapinti, sicut eidem mon. concessa sunt, ei auctoritate sue[2] celsitudinis perpetuo confirmat, firmiterque precipiendo sancit ut nulla magna parvave persona ex omnibus supradictis aliquid audeat violenter auferre vel minuere aut iniuste detinere. Res quoque ac possessiones omnes Burgensium, quas nunc iuste habent aut in futuro legaliter et cum

voluntate abb. aquisierint, ac similiter omnes eiusdem mon. res ac possessiones rationabiliter aquisitas seu aquirendas ab omni mala usaria liberas et absolutas esse decernit. Si quis vero de rebus seu pertinentiis supradicte eccl. nunc aliquid iniuste tenet, et infra XL dies, postquam fuerit tertio requisitus a supradicto abb. eiusve successoribus, non satisfecerit[4] secundum iustitiam, banno suo[5] subiaceat, et abb. licet in tenimentum intrare sua[6] auctoritate, quousque plenam consequatur iustitiam. Nichilominus precipit ut Burgus ille non crescat umquam nec extendatur, nisi in alodium abbatie S. Sepulcri, et Burgus ille quantumcumque potest et voluerit, augmentetur et protendatur infra alodium prenominate abb. ex omni parte. Voluntas insuper ac preceptum suum[1] est, ut si quis Burgensem aliquem S. Sepulcri in Burgo illo vel eius districtu super aliqua re impetierit, et securitatem in manu abb. S. Sepulcri prestare noluerit, Burgensis non teneatur illi sub alico respondere. Hec omnia supradicta de abbate et abbatia S. Sepulcri et Burgi ac Burgensium omnium pertinentiarum suarum rata semper et firma permanere precipit, salva in omnibus imperiali iustitia. Pena: mille libr. argenti. Ad hec, sub eadem pena et sub debito fidelitatis ac sacramenti, precipit consulibus Aretine civitatis et Castellane presentibus ac futuris et toti populo earumdem civitatum et toti com. Anglaremsium et omnibus in comitatu Castelli habitantibus, quatinus abbati et abbatie Burgi S. Sepulcri et Burgo et Burgensibus bona fide fortiam et adiutorium atque consilium a se defendendum tribuant et nullam eis querram vel malum faciant. Testes: Bretoldus Aguilegensis patriarcha, Sifridus Augustensis[7] ep., Utericus Patevensis ep., Albertus Trudentinus electus, Bertoldus Briscinensis ep., Ludevicus dux Bawerie comes palatinus Reni, Wuillelmus marchio Montisferrati, Acço marchio Hestenensis, Anselmus de Iustegen marescalcus, Wernerus dapifer de Bolandia et alii quamplures. S. Frederigi secundi. Corradus Metensis et Spirensis ep. imperialis aule cancellarius vice Colonensis archiep. et totius Ytalie archicancellarii. A. MCCXX, tertio cal. dec., ind. nona, a. imperii primo, regni Sicilie XX tertio.

Copia, assai scorretta, di Benecevenne Angli not. *del 22 Aprile 1243. Mittarelli, IV, App. 406, n. CCXLIII,* ex veteri exemplo Burgensi. *Huillard-Bréholles, II, 14, colla data* 13 kal. dec. *Ficker, Ital. Urkunden, 322, n. 288. Ficker, Reg. imp., n. 1243.*

[1] *La copia ha* nostrum [2] *La copia ha* nostre [3] *La copia ha* nostro [4] *La copia ha* satisfecerint [5] *La copia ha* banno nostro *corretto su* bannum nostrum [6] *La copia ha* nostra [7] *La copia ha* augn.

1665. *(Cesena), 10 Febbraio 1221.*

A. MCCXXI, die decima febr. intr., ind. nona, in domo ep. Cesenati. Concordia facta inter Oddonem Ces(enatem) ep., Guidonem

priorem Kam., Sansonem vicarium Kam., Uguiçionem heremi nove et Iustum priorem eccl. S. Petri in Rovereto dioc. Ces(enatis). Placuit eis quod dicta eccl. S. Petri regeretur per monachos ordinis Kam. et secundum eius ordinem et sit ibi prior perpetuus, q. eligatur a priore heremi nove infra duos menses a tempore vacantis eccl., nisi iusta et [evid]ens causa intercesserit, et presentetur infra quintum diem, postquam fuerit in dicta eccl., ep. Cesenati, q., accepta benedictione ep. et licentia ministrandi, absque inquisitione liberam postea habeat facultatem administrandi; nec debeat removeri ab administratione ipsius eccl. nisi iusta et manifesta causa. Et si dictus prior male se rexerit tam in spirituali quam in temporali regimine, nisi correptus fuerit a priore Kam. vel heremi nove infra quatuor mensium spatium, postquam denunciatum fuit per certum nuntium seu litteras ep. priori heremi nove, tunc dictus ep. eum corripiat et castiget. Et si dictum priorem contingerit mori vel alia iusta causa removeri, alter prior eligatur ibidem infra duos menses, more servato supradicto. Si autem infra dicti spatii terminum a priore heremi nove non eligeretur, licitum sit ep. eligere priorem in dicta eccl., de [or]dine tamen Kam., honestam personam et ydoneam, q. teneatur priori heremi nove et ep. ac si esset electus a priore heremi nove. Visitationem habeat ibi ep. et provideatur ei semel in anno cum quinque equitaturis; honeste interdictum generale et speciale[1] ep. teneatur observare dictus prior, ita tamen quod divinum officium (possit celebrare), exclusis et excomunicatis et interdictis, campanis non pulsatis, submissa voce et ianuis clausis; vocatus a(d) synodum ep. veniat, servata libertate illius domus et ordinis; conv[ict]us[2] civiliter, respondeat coram ep. in iure. Que omnia dictus ep. pro se et successoribus, ex una parte, et dicti priores, ex altera, per se et fratres et successores perpetuo observare promiserunt in invicem. Presentibus tt. Utirolo de Bretenario, magistro Petro archipresb., Brando, presb. Iohanne, Letone canonico, Guirardo Binello. Ugobonus Cesenas tabellio.

Copia del sec. XIII di Raynaldus Daynisii Cesenas not.; *nello Spoglio:* 1221 Febbraio 10, n. 1. *Altra copia del sec. XIV; nello Spoglio:* 1221 Febbraio 10, n. 2. *Mittarelli, IV, 276 cit.*

[1] *L'altra copia, dopo la parola* speciale, *aggiunge* possit celebrare [2] *Di lettura incerta; l'altra copia ha* convictus

1666. *12 Febbraio 1221.*

« Donnus Oddo Cesen. ep., ex una parte, et donnus Guido prior Cam. et donnus Uguitio et donnus Iustus prior S. Petri in Rovereto Cesen. dioc. et donnus Sanson vicarius Cam. de discordia inter se habita, intuitu predicte eccl. S. Petri, ad infra-

scriptam de comuni consensu devenerunt concordiam, videlicet ut predicta eccl. per monachos Cam. ordinis secundum Cam. ordinem regatur et eiusdem eccl. prior a priore heremi nove eligatur a tempore vacationis infra duos menses, nisi intervenerit iusta causa; et electus infra quintum diem predicto ep. presentetur, postquam fuerit in dicta eccl. presens; qui, accepta ab ep. licentia, sine alia inquisitione ministrandi suum officium exequatur, et a priore Cam., vel heremi nove de suis excessibus corrigatur; alias autem episcopus corrigendi ipsum habeat facultatem, dummodo denuntiatum fuerit per ep. litteras prioribus predictis de ipsius excessu, et IIII°r mensium spatium a denuntiatione predicta sit lapsum; et si aliquo casu vacaverit predicta eccl., post duos menses ius electionis ad ep. devolvatur, hoc dumtaxat tenore, ut de ordine Cam. semper prior ab ep. eligatur. Sub a. Domini M°CC'XXI°, die XII^a febr. Carta manu Boni not. ».

Summaria, c. CC v., n. 3. Mittarelli, IV, 276 cit.

1667. *15 Febbraio 1221.*

« Diotesalve f. olim Tignosi de Cagiolo, pro remedio anime sue et suorum parentum, donavit per se suosque heredes in perpetuum pure et irrevocabiliter inter vivos donno Bernardo bailitori Cam., recipienti vice Cam. heremi, den. II annui census in duabus petiis terre pos. in territ(orio) Cagioli; quarum prima est pos. iuxta terram Raynerii de Madiola et terram Vivoli et viam publicam et terram Davançii; alia est pos. in l. d. ad Pratum, iuxta terram Cam. heremi et Raynerii de Madiola, et iuxta viam; tali pacto apposito, quod predicte terre, si predictus Diotesalve sine legittimis heredibus decesserit, Cam. heremo remaneant. Insuper predicto modo donavit decim(am) unius petie terre de predictis duabus ab ipso empte. Sub a. Domini M°CC°XXI°, die XV^a febr. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. CXLII v., n. 3.

1668. *Camposonaldo, Febbraio 1221.*

A. MCCXXI, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. VIIII, febr., in villa Camposonaldi a Çaulisi. Riale et Iacobus Closercoli pro se et liberis et heredibus dant, vendunt, concedunt atque tradunt Beneincasa monacho et Roselo et Ubertelo conversis, recipientibus pro mon. Isole, eorumque fratribus et successoribus in perpetuum quicquid Benedictolus Malferus habuit et tenuit in Monte et sibi pertinuit vel alibi territorio Galeat(ensi) plebis S. Petri, excepto duas petias terre, unam quam habet Scargolus et aliam Servus. Pretium XX libr. Rav., q. ab eis confitentur accepisse;

et si plus valet dicti pretii, illud plus eis pure et inrevocabiliter donant inter vivos. Pena dupli. Testes: presb. Rainerius da Biturali, presb. Iacobus Moasai, Filippus, Rodulfus. Bonagura Galeat(ensis) s. Rav. eccl. not.

Originale.

1669. *Arezzo, 4 Marzo 1221.*

In presentia et testimonio magistri Quintavallis iud., Aringerii Valientis, Orlandi prioris eccl. S. Donati in Gremonis, Phylippi Guerre et aliorum, Guido prior Cam., presentibus et consentientibus fratribus suis Sansone vicario, Iohanne camerario, Petro et Rainerio monachis, Vivenço converso et sindico, ut tunc dicebatur, et Bona uxore qd. Guilielmini de Gremone, q. conversa esse dicebatur, pro eccl. Cam., ex una parte, et Uguicio Rainerii et Ildebrandinus Ubertini, ex altera, pro se et suis heredibus, compromiserunt in Bencevennem olim Rainaldi Flor. de omni lite et controversia, q. inter predictam eccl. et iamdictos Uguicionem et Ild(ebrandinum) vertebatur de omnibus terris et vineis et possessionibus, q. fuerunt Guilielmini Rain(erii) et Niepi eius f. aut tenuerunt ipsi vel alius pro eis in l. q. d. Cagiolum in clusa Stiççali, occasione iudicii vel testamenti olim facti a predictis Guil(ielmino) vel Niepo, et occasione alicuius libellarie a dicta eccl. acquisite a presb. Uberto vel ab eccl. S. Angeli de Prato, vel occasione alterius libelli, q. ipsi Uguic(io) et Ild(ebrandinus) habebant ab abbatia Silvemunde, vel alia qualibet occasione, facientes iamdictum Ben(cevennem) laudatorem, preceptorem, diffinitorem, arbitrum, arbitratorem et comunem amicum, et promittentes ad invicem omnia observare, sub pena CL den. Bencevenne, laudator et arbitrator ac diffinitor litis et controversie, ita laudat, precipit, arbitratur et diffinit inter eos: in primis quod Uguicio et Ild(ebrandinus) predicti restituant eccl. Cam. tenutam sive possessionem Turicelle iuxta viridarium olim Uguic(ionis) predicti cum omnibus pertinentiis et adiacentiis, et med(ietatem) domus et platee pro indiviso prope ipsam Turicellam, quam tenuit qd. ad libellum Brunettus a Niepo et eius patre iuxta viam q. vadit ad Turicellam et dom(um) Nigri, in eo statu quo habuit eam Niepus ad VIII dies ante quam conderetur testamentum, et promittant quod non dederunt vel fecerunt aliquid predicte possessioni nociturum, et facient inde cartam, ad sensum sui sapientis, hodie, sub pena M sol., ratis manentibus predictis post pene solutionem. Item totum illud q. Ildebrandinus Caciaguerre et Romeus eius frater, scilicet unum star. et dim. vel plus vel minus, q. tenebant olim a Guilielmino ad libellum in Cagiolo, predicti Uguic(io) et Ild(ebrandinus) de-

beant eccl. Cam. pacifice dimittere sine omni contraditione cum viis et pertinentiis eius, et debeant dare Bone VIII libr. den. usque ad kal. mad. proxime venturas pro restauratione fructuum, quos ipsa percipere debebat de rebus infrascriptis. Item quod prior et alii de domo Cam. debeant pacifice dimittere et finem facere Ugui-e(ioni) et Ildebrandino iamdictis et eorum heredibus, ad sensum eorum sapientis, de tota terra et vinea sive libellariis et de omni iure et actione et ratione, quod et quam habent in Cagiolo in l. q. d. clusa Stiççali, et omne ius et actionem et rationem, quod et quam habent adversus tenitores ipsarum rerum, eisdem cedant et concedant pro fictis sive censis, q. reddi debebant pro ipsis terris et rebus, et ipsam cessionem et concessionem ratam habeant et non contraveniant aliquo tempore; salvo etiam quod si ipsi tenitores voluerint infrascriptam bladam predictis Ug(uicioni) et Ild(ebrandino) solvere, ut inferius dicetur, et solverint, quod ipsi Ug(uicio) et Ild(ebrandinus) non debeant amplius ab eis petere nec pro pensionibus detemptis nec pro penis inde vel ob id commissis, et salvo toto eo quod superius dictum est et inferius dicetur. Item quod predicti Ug(uicio) et Ild(ebrandinus) debeant renovare libellos Carpaterre et Phylippo Gaioli secundum tenorem libell(a-riarum), q. sibi facte fuerunt a Cam. vel pro Cam., et prefatus Carpaterra debeat pro ficto huc usque detempto XVI star. ipsius blade, q. in suo libello continetur et XVI den. eisdem Ug(uicioni) et Ild(ebrandino) dare et a predicto Phylippo debeant recipere et ipse debeat eis dare XXIIII^or star. ipsius blade, q. in suo libello continetur similiter. Item quod predicti Ug(uicio) et Ild(ebrandinus) restituant et dent sive solvant Bonacurso fabro XIII libr. den. usque ad mensem unum pro ipsis XIII libr., quas dedit ipsis de Cam. et faciant eidem libellum secundum tenorem libelli, q. recepit a Cam. et pro simili[1] pensione, et ipse Bonacursus debeat eis dare pro restauratione pensionis huc usque detempte XXIIII star. ipsius blade, q. in suo libello continetur; quam bladam ipsi Car(paterra), Bonacursus et Phy(lippus) debeant eis dare usque ad kal. mad. proxime, et predicti Ug(uicio) et Ild(ebrandinus) debeant predictos libellos eis renovare quandocumque ipsi eis petiverint, dummodo sit eis cautum competenter da blada predicta. Item prior et alii de domo predicta debeant eisdem Ug(uicioni) et Ild(ebrandino) dare et restituere usque ad kal. apr. proxime omnes cartas et instrumenta de terris de Cagiolo olim Guilielmini et Niepi eius f., excepto testamento Niepi, salvo quod cartam, quam dicunt se habere de proprietate, possint facere exemplari per manum Ugolini not. et cum subscriptionibus aliorum not. iuxta formam iuris usque ad Pasca(m) Resurrectionis proxime, sed interim dent eam in ma-

nibus sui[2] arbitratoris et laudatoris, et si quod instrumentum inde aliquo tempore apparuerit, quod ipsi non restituerint, quod ea omnia, q. non restituerint, sint vana et nullius momenti vel valoris. Factum suprascriptum compromissum in civitate Ar(etii) in eccl. S. Michaelis, a. M°CC°XX°I°, Honorio pp. residente et Frederico imp. imperante, IIII° non. mar., ind. VIIII^a^. Postea eodem die in domo eccl. iamdicte S. Michaelis prenominatus Bencevenne laudator et arbitrator sine scriptis fuit iterum coram iamdicto priore Cam. et alia parte predicta arbitratus et precepit et laudavit et interpretatus fuit capitulum illud, in quo dicitur de facto Turicelle et domus, scilicet quod predicti Ug(uicio) et Ild(ebrandinus) debeant dare tenutam ipsis de Cam. de ipsis rebus, ut dictum est; de eo scilicet iure et actione et tenuta, quam habent in ipsis rebus vel alius pro eis, et promittant se non dedisse vel fecisse ipsi tenute nociturum. Presentes huic secundo arbitrio et precepto et interpretationi Secamora, Taska et Aringerius Valientis. Ugolinus not.

Originale. Summaria, c. CXLIII, n. 1.

[1] *L'orig. ha* prosili *con segno d'abbreviazione davanti all'ultimo* i; *restituzione incerta.* [2] *L'orig. ha* mei

1670. *10 Marzo 1221.*

« Iohannes Mariscarchus per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Augustino priori abbatie Cur(tis) Lup(onis) petias VI terre et silve pos. in podio et curia Cur(tis) Lup(onis); quarum prima petia est iuxta terram Ursoli et Teuçi et abbatie predicte; alia est pos. iuxta terram Gerardi Orlandini de Carcian(o) et dicte abbatie et viam publicam; alia est pos. iuxta terram Guidonis Guineldi et Bençi et iuxta viam publicam; alia est pos. iuxta terram Ursi de Gogo et viam publicam et cerretum; alia petia, q. est silva, est pos. iuxta silvam dicte abbatie et viam publicam et giunchetum; alia petia est pos. iuxta silvam dicte abbatie et silvam Gerardini de Civitella et viam publicam; retento sibi dominio usufructus in vita sua. Sub a. Domini M°CC°XXI°, VI° id. mar. Carta manu Rubei not. ».

Summaria, c. CLVI, n. 1.

1671. *Arezzo, 12 Marzo 1221.*

A. MCCXXI, Honorio pp. residente, Federico imperante, IIII id. mar., ind. VIIII. Guido prior Cam., consentientibus fratribus suis Sansone vicario Cam., Iohanne monacho et camerario Cam., Petro heremita, Sollicito priore S. Michaelis Aret(ine) civitatis, dedit

sive prestitit parabolam, licentiam et auctoritatem Agustino priori sive rectori et dispensatori eccl. S. Angeli Curtis Luporum, Aretini episcopatus, obligandi sive pingnerandi et etiam vendendi, si expedierit, tot de bonis mobilibus et immobilibus dicte domus Curtis Luporum et de fructibus sive frugibus et bladis eiusdem domus, quod possit inde satisfacere creditoribus dicte domus et nominatim Saracene, de burgo S. Genesii, de XXXIII libr. et IIII sol., quos dictus Agustinus, requisitus a priore, confitebatur sibi ab eadem domna in primis in deposito et exinde mutuo recepisse et sibi reddere se promisisse. Item prestitit et dedit eidem auctoritatem et licentiam, quod ipse obligaret eidem domne et venderet de fructibus et bladis dicte domus in tantum et cartam cum fratribus suis inde sibi faceret, ad sensum sui sapientis, quod ad plenum satisfieret ei de dicta summa, et nominatim bibliothecam, si eidem domne eam in pingnus placeret recipere. Insuper promisit eidem Agustino quod, quicquid inde faceret, ipse ratum et firmum haberet. Act. in civitate Aretina in eccl. S. Michaelis. Testes: Bonusamicus, Blancus, Guidottus et Iohannes. Magister Quintavallis iud. ord. atque not.

Originale.

1672. *Foiano, 23 Marzo 1221.*

A. MCCXXI, ind. VIIII, Federigo imp. imperante, X kal. apr. Christofanus Bernardini Milifie vendit, tradit, transfert atque inrevocabiliter concedit ad proprium Marco Talami et heredibus in perpetuum I petiam terre sui iuris cum omnibus finibus, pertinentiis superioribus et inferioribus, iure et accessione, pos. in curte de Foiano supra clusam de Cortevechia: ab uno latere Catanei, a capite ff. olim Venture Mariani, a pede dicta clusa; et insuper omne ius et actionem. Confitetur a se iustum pretium recepisse XXX sol. den. Pis.; et quantum plus valet, ei predicto et heredibus simpliciter inter vivos donat pro legis merito accepto. Investitorem dedit Massaium. Pena: duplum. Act. in burgo Foiani ante domum dicti Massai. Testes: Mercoaldus Ranucini, Albertus Rodolfini, Rainerius Caffarelli et dictus Massaius. Baldirarius not.

Originale.

1673. *21 Aprile 1221.*

« Donnus Martinus ep. Aret. et donnus Guido prior Cam. heremi per se suosque successores in perpetuum compromisserunt in donnum C. prepositum Aret. et donnum Sansonem viccarium Cam. heremi super lite diffinienda, quam habebant occasione qua-

rumdam ecclesiarum pos. in Arctino episcopatu, sub taxatione pene marcarum c argenti. Sub a. Domini M°CC°XXI°, XI° kal. maii. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. CXXIII v., n. 3. Cf. i regg. seguenti nn. 1674 e 1675.

1674. *21 Aprile 1221.*

« Donnus Martinus ep. Aret. protestatus est, quod nullum intendebat preiuditium generare propter sacramentum fatiendum a plebano de Micciano et presbiteris de Alina, Soci, Modione et Tarchia, conversis Cam., occasione excomunicationis in eos promulgate, quia nolebant in synodali capitulo et parata episcopo respondere ipsis nec monachis nec conversis Cam. ordinis, nec etiam eorum privilegiis vel libertati. Sub a. Domini M°CC°XXI°, XI° kal. maii. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. CXXIII v., n. 1. Mittarelli, IV, 276 cit. Cf. i regg. nn. 1673 e 1675.

1675. *21 Aprile 1221.*

« C. prepositus Aret. et frater Sanson viccarius Cam. heremi constituti arbitri a donno Martino ep. Aret. et donno Guidone priore Cam. super questione litigiosa, quam inter se habebant occasione plebis de Micciano et eccl. S. Iohannis de Anglar(e) et eccl. Castillion(is), q. olim erat in Monte Auro, et capelle de Viario plebatus plebis de Miciano et capelle de le Tarcle plebatus S. Pauli et eccl. de Agna plebatus de Buyano, et eccl. S. Vitalis iuxta Lorençanum et eccl. de Mogiona, q. est plebatus Partine, de comuni consensu ambo taliter determinaverunt questionem predictam, videlicet quod plebanus de Miciano, pro ipsa plebe et capellis suis ad Cam. heremum pertinen(tibus), et rectores ecclesiarum de Tarchia, Alina et Mogiona et aliarum nominatarum supra respondeant episcopo Aret. in synodo, parata et capitulo, ita quod nomine parate et synodi non teneantur respondere in prestatione servitiorum ultra quantitatem antiquam, obedientia canonica salva; item quod plebanus et cappellani predicti respondeant episcopo Aret. et succ(essoribus) eius pro omni collecta, q. fieri continget pro consecrationibus episcoporum Aret. eccl., qui pro tempore fuerit, et pro concilio R. E. et pro legatis R. E. et pro ecclesiasticis rebus, pro quibus facta fuerit generalis collecta in Aret. episcopatu, secundum consuetudinem cappellarum et plebium in predictis. Sub a. Domini M°CC°XXI°, XI° kal. maii. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. CXXIII v., n. 2. Mittarelli, IV, 276 cit. Cf. i regg. precedenti nn. 1673 e 1674.

1676. *22 Aprile 1221.*

« Raynaldus et Raynerius f. olim Salinguerre per se suosque heredes in perpetuum et pro Orlando fratre suo eiusque heredibus finierunt et reffutaverunt donno Guidoni priori Cam., recipienti vice dicte domus, omne ius et actionem, quod et quam habebant adversus donnam Bonafiliam olim Nerconis de Montaia conversa(m) Cam. heremi vel adversus eius bona vel adversus Cam. heremum et specialiter adversus quemdam campum pos. prope civitatem Aret(inam) l. d. Piscina, iuxta terram Ildebrandini, Ubertini et iuxta viam publicam, pro pretio libr. xxv. Sub a. Domini M°CC°XXI°, X° kal. maii. Carta manu Ugolini not. ».

Summaria, LXXXXII v., n. 5.

1677. *Tifi, 22 Giugno 1221.*

A. MCCXXI, X° kal. iul., ind. nona, Honorio pp. residente, Fred(erico) imperatore. Orlandinus f. qd. Orlandinelli vendit, dat, tradit atque concedit Çanni sindico mon. S. Bartholomei de Anglare, recipienti nomine dicti mon., unam petiam terre pos. in territorio Caprese: ex una parte (terra) Ugetti et dicti Orlandini, ex alia via. Pretium ab eo confitetur recepisse, et in veritate recepit viginti et tres sol. den. Pis.; et certioratus rem pluris pretii esse, quod plus [va]let, inter vivos pure et absolute pro amore Dei et anima sua ei donat, merito accep[to]. Per Nepoleonem qd. Boccavitelli eum investit [corp]oraliter. Pena: duplum. Act. in foro de Tifio. S. m. suprascripti Orlandini. Presente et consentiente Ugetto olim Rainerii, et presentibus dicto Nepoleone, Guelfo f. Guidonis Rami et Leunese olim Burelli tt. Rolandus imperialis aule not.

Originale.

1678. *Camaldoli, 6 Luglio 1221.*

A. MCCXXI, secundo non. iul., ind. VIIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. Tonsus de Monte, de consensu et voluntate Mafei f. sui, dedit, obtulit, concessit, in perpetuum cessit atque inrevocabiliter inter vivos donavit [Gu]idoni priori Cam., recipienti vice heremi Cam., omne ius et omnem actionem in quadam petia terre, quam tenebat a dicto heremo u. d. in Metaleto, cui a tribus lateribus terra dicte heremi. Act. Cam. Guido f. Reche de Ragiropuli et Niger scutifer prioris Cam. tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XVIII, n. 1, colla data II non. iun.

1679. *8 Luglio 1221.*

« Uguitio olim Raynerii de civitate Aret(ina) per se suosque heredes in perpetuum restituit donno Nicholao maiori Fontisboni et sindico Cam. heremi tenutam vel quasi, et omnem usum medietatis pro indiviso unius turricelle pos. in civitate Aret(ina) in Colle de Grimone, iuxta Pasamauci. Sub a. Domini M°CC°XXI°, VIII° id. iul. Carta manu Quintavallis not. »,

Summaria, c. LXXXXIII, n. 1.

1680. *Camaldoli, 1 Agosto 1221.*

A. MCCXXI, kal. ag., ind. VIIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. Spinellus f. qd. Sinebaldi de Marciano fuit confessus se nomine pretii accepisse a Guidone priore Cam. libr. decem Pis., pro quibus fecit datum et traditionem in perpetuum nomine venditionis eidem priori, recipienti vice heremi Cam., de petia una terre, quam ff. Viviani de Fregena visi sunt tenere ab ipso Spinello, non longe a mon. Fontisboni, cui a duobus lateribus terra Cam. eccl., a tertio flumen, a quarto via, ut ipse (prior) et successores in perpetuum habeant et teneant ipsam terram sine lite, molestia et briga ipsorum Spinelli et Martini et Munai ff. dicti Viviani et eorum heredum. Pena: duplum. Act. Cam., in presenta Martini predicti de Viviano, q. omnibus predictis consensit. Interfuerunt Vilalbetus, Scolaius de Serravalli et Aldebrandinus de Tuino de Rogiropuli tt. Turisiana, uxor dicti Spinelli, XVI kal. oct. apud Marcianum, in presentia Guidonis f. Amici de Bonensegna et Mafei scutiferi, de consensu viri sui, predicte venditioni consensit et omni iuri in ipsa terra renuntiavit. Facta fuit hec venditio de consensu dicti Munai f. Viviani. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XVIII, n. 2. Cf. il reg. n. 1626.

1681. *Rivocavo (Forlimpopoli), 11 Agosto 1221.*

A. MCCXXI, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. nona, apud eccl. Rivocavi, die undecimo intr. ag. Riccollus et Favilla, pro se suisque liberis et heredibus, simpliciter inter vivos pure donant Guido monaco et rectori eccl. Rivocavi, accipienti pro dicta eccl., in perpetuum unam petiam terre in torva Rivocavi, territorio Populiensi et plebe Castrinovi; a primo latere Bonfiglolo, a secundo Brunitellus, a quarto dicta eccl., a tertio[1] fluvius. Centum sol. nomine pene daturos promittunt. Enricus, Rainerius, Ugetti Pampannellus, Pipinus tt. Iacobus Dei misericordia Quiglunensis tabellio.

Originale.

[1] *Di lettura incerta.*

1682. *Soci, 29 Agosto 1221.*

A. MCCXXI, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., die quarta kal. sept., ind. VIIII. Ubertinus q. d. de Valenzano f. qd. Gualfreducii dedit, obtulit, tradidit, cessit et concessit in perpetuum atque inrevocabiliter inter vivos donavit Guidoni priori Cam. heremi, recipienti vice ipsius heremi, quicquid habebat et tenebat vel habere et tenere debebat, sive alius vel alii pro eo, vel ei competebat vel competere debebat aliquo iure vel titulo in castro Valezani et eius curia et districtu, in castro Vegognani et eius curia et districtu, in castro Calbenciani et eius districtu, in civitate Arctina et eius districtu, in toto episcopatu Aretino, tam in castris quam in villis et eorum pertinentiis et terris, et in abbatiis de Sasso et Silvamunda, q. abbatia de Silvamunda tenebatur ei prestare de quatuor in quatuor annis unam spallam et duos panes, ut asserebat idem Ubertinus, et quicquid ei competebat vel competere debebat aliquo iure vel titulo in eccl. S. Marie de Valenciano extra castrum, S. Nicolai intra castrum, S. Donati de Vegognano, S. Christofori de Basiano, S. Lucie de Aquina, S. Andree de Bagnolo, S. Marie de Calbenciano in hospitale de Cerreto, et omnia et singula iura et actiones, et eum procuratorem tamquam in rem suam fecit, instituit et ordinavit. Pena: duplum. Fuit inde confessus meritum secundum legem recepisse. Act. Soci. Interfuerunt Nicola Ubertini, Orlandinus et Ottonellus ff. qd. Taviani, Bastardus Benzi, Nicola de Partina et Martinus Manziarini tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Copia del 1276 Agosto 26 di Brunus not. qd. Melliorelli *; nello Spoglio:* 1221, Agosto 29, n. 2. *Summaria, c. LXXXVIII, n. 4, colla data* die IIIIa sept. *Fortunius, I, 190 colla data* 4 sept. 1221. *Mittarelli, IV, App. 420, n. CCXLVIII. Cf. i regg. nn. 1613 e 1687.*

1683. *Castelnuovo, 13 Settembre 1221.*

A. MCCXXI, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. nona, in foro Castrinovi, die XIII intr. sept. Marsoblus et Iohannes f. qd. Ranucii Faville, pro se suisque liberis et heredibus, dant, vendunt et in perpetuum transactant Strufaldo converso mon. Lisole, recipienti pro Uguiçone abb. mon. dicti et pro ipso mon., in perpetuum totum tenimentum et possessiones, quod et quas Bartolus de Fontellina et eius ff. habent et tenent a se a servitio in Castello et in Fontellina vel in aliis locis ubicumque sunt in curte S. Flor[e . . . . .] pleb. [. . . . .]de, et omne servitium et servitia, redditum et reddita, quod et que dicti Bartolus et eius ff. sibi facere consuerunt seu nunc facere debent occasione dicti tenimenti seu suarum personarum. Hanc venditionem fa-

ciunt, quia (Strufaldus) dat sibi pro ipso mon. et abb. octo libr. Rav., q. sibi confitentur esse solutas, et si plus valent res dicte, liberaliter donant inter vivos. Pena dupli. Iurat suprascriptus Iohannes corporali sacramento omnia suprascripta firma habere et tenere, nec contravenire aliqua occasione minoris etatis vel alia. Testes: Dadeus Castrinovi, Tamcredus de S. Flora, Iohannes Beçus de Monteveclo de Raibis, Guilielmus de Termine, Iohannes f. dicti Guilielmi. [Agr]estus Meldule not.

Originale.

1684. *Camaldoli, 25 Settembre 1221.*

A. MCCXXI, septimo kal. oct., ind. VIIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. Guido prior Cam. fuit confessus se nomine pretii accepisse a Guidone priore eremi Cam. de Bononia libr. decem et octo Bon., pro quibus dictus Guido, cum consensu fratrum suorum tam heremi quam Fontisboni, scilicet Leonardi, Viviani, Iohannis, Alberti, Guidonis, Henrici, Lotharingi inclusorum, Iohannis operarii, Dominici cellerarii, Simonis, Rainerii, Gerardi, Bartholi, Petri fratrum heremitarum, necnon et Basilii, Placiti, Henrici, Iohannis, Acarisii, Benedicti, Nicolay fratrum Fontisboni, dedit, tradidit et concessit in perpetuum nomine vendictionis eidem Guidoni, recipienti vice dicte heremi Cam. de Bononia, medietatem pro indiviso cuiusdam petie terre in terratorio Bononie iacente u. d. in Ronchis de Sala: a mane et a sero terra presb. Graciani capellani S. Martini de contrata Cazenimici, ab aquilone via publica. Que terra fuit Iohannis f. olim Tribaldi de parrochia S. Barbaciani, q. eam obtulit heremo Cam., ut publico continetur instrumento. Promisit ipsam medietatem terre defendere. Predictos den., ut asserebat dictus prior, solvit feneratoribus in eminenti debito usurario Cam. heremi. Act. Cam. apud heremum et Fontenbonum. Interfuerunt Ianni f. qd. Lotarengi de Faventia et Rainerius f. qd. Iohannis de Subiano tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, 267 cit.

1685. *Soci, 18 Novembre 1221.*

A. MCCXXI, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., XIIII kal. dec., ind. VIIII. Quia Guilielmus abb. de Pratallia luerat pro sol. XXX Pis. petiam unam terre pos. in terratorio Marciani u. d. in Bagna, — cui ab uno latere terra Martini de Zuliola, ab alio dicte abbatie, a tertio flumen — quam Ianellus de Lignaio pignori obligaverat et a dicta abbatia tenebat, idem Ianellus in solutione ipsorum den. dedit, tradidit et in perpetuum

eidem, recipienti vice ipsius mon., concessit atque renuntiavit omne ius et actionem, q. ei competebat vel pertinebat seu competere vel pertinere debebat in dicta petia terre; et fuit confessus meritum recepisse secundum legem. Pena: libr. x Pis. Act. in Soci. Paganus Tedore et Boncompagnus Montieelli tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio : 24 Aprile 1219. *Tien dietro, nella stessa pergamena, ai due documenti 24 Aprile 1219 e 15 Novembre 1220, di cui ai regg. nn. 1630 e 1664.*

1686. *25 Novembre 1221.*

« Ugolinus frater Bonoianni promisit per se suosque heredes in perpetuum solvere Cam. heremo pro annua pensione den. IIII^{or} bon. pro locatione sibi facta a donno Guidone priore Cam., nomine Cam. heremi, de quadam portione platee in Soci. Sub a. Domini M^{o}CC^{o}XXI°, die VII^{a} kal. dec. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. LXVI v., n. 1.

1687. *Territorio d'Arezzo, 6 Dicembre 1221.*

A. MCCXXI, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. imperante, octavo id. dec., ind. VIIII. Ubertinus f. qd. Gualfreducii de Valenzano dedit tenutam Bernardo vicecomiti et Nicolao monacho Cam., recipientibus nomine prioris Cam., de octava parte pro indiviso turris et castri de Valenzano et eos de dicta octava parte in corporalem possessionem introduxit, et omnem possessionem vel quasi, quam ipse habebat vel habere debebat seu eius antecessores habuerunt in dicto castro et turri, eis dedit, et clavem turris predicte, quam tenebat Griffolus de Rassena comuniter pro omnibus, q. habebant partem in ipsa turri, eisdem assignari fecit. Nicolaus, recipiendo eam in manu, dicto Griffolo eam restituit dicens ei ut a modo teneret ipsam clavem ita pro Cam. heremo, quemadmodum eam tenuerat olim pro ipso Ubertino. Hec omnia et singula facta sunt dicto Ubertino presente et consentiente. Preterea dedit eis tenutam et in corporalem possessionem introduxit de quadam domo pos. in dicto castro iuxta turrim predictam, cui ab uno latere turris, ab alio via, a tertio Griffolus predictus, a quarto Grinte: in testimonio Alkeroli, Iseppi de Marciano et Aldebrandini f. dicti Griffoli, presentibus Orlandino, Albericolo et Uberto de Valenzano et non contradicentibus. Item, ibidem presentibus eisdem testibus, dedit eis tenutam et eos in corporalem possessionem introduxit nomine Cam. heremi de Guidone de Ruberto, Alkerolo, Ubertino de Sancto, Iohanne de

Benincasa, Rainerio Aringerii, Gualfreducio de Burgo, q. omnes et singuli de mandato dicti Ubertini iuraverunt per s. Dei evangelia sub hac forma: quod de cetero salvarent et custodirent bona fide et sine fraude personam et res prioris Cam. et suorum fratrum et nuntiorum eorum, et quod non erunt in facto vel in dicto ubi prior Cam. vel eius fratres seu eorum nuntii amittant vitam vel membrum vel diminuatur de eorum honore; immo eos tuebuntur pro posse, et, si tueri non possent, eis, citius quam poterint, scire facient; possessiones et iura, que et quas nunc habet Cam. heremus vel in futurum iuxte et canonice poterit adipisci, ei iuvabunt retinere, et, si eas amiserint, recuperare, et quod olim tenuerunt a Ubertino predicto aliquo tempore aliquo modo de cetero tenebunt a Cam. heremo, et servitia seu pensiones vel reverentias vel prestationes, q. olim fecerunt vel dederunt seu dare vel facere tenebantur aliquo tempore aliquo modo dicto Ubertino, a modo Cam. heremo facient et prestabunt. Item eadem die, iuxta eccl. de Albagnolo, in testimonio Guidonis de Ruberto et Alkeroli de Valenzano, dedit eis tenutam et eos in corporalem possessionem introduxit, nomine Cam. heremi, de Ugolino de Casali, Girardo de Giburgolo, Dadeo eius f., Rainerio f. Guidonis, Meliorello f. Ianni, Guilielmo de Peretolo, Oradino genero Alberti de Campisiano, q. omnes et singuli de mandato dicti Ubertini eodem modo et sub suprascripta forma iuraverunt, excepto Oradino q. non iuravit, sed promisit eis dare annuatim star. XII grani ad star. de ficto et sol. III den. Item eadem die, apud Valenzanum, in testimonio Alkeroli de Valenzano et Iacobi eius f., dedit eis tenutam et in corporalem possessionem eos introduxit de quadam alia domo intra castrum predictum iuxta domum Albericoli, cui ab uno latere Orlandinus et Albericolus, ab alio via, a tertio murus castri, a quarto Grifori predicti, et de quodam donicato non longe a castro, cui a duobus lateribus via, a tertio Alkerolus et Benincasa, et de quadam petia terre et vinee, cui ab uno latere via, ab alio Alkerolus et Iseppus, et de petia una terre iuxta viam, cui ab uno latere via, ab alio Orlandinus, a tertio Boncompagnus, et de petia una terre non longe ab ipso castro, cui ab uno latere via, ab alio vinea Uberti, a tertio eccl. S. Marie de Valenzano, et de iure patronatus in eccl. S. Nicolai in castro predicto Valenzano, S. Marie extra castrum et S. Iacobi de Albagnoro. Accepta vero tenuta et possessione iuris patronatus dictarum eccl. dictus Nicolaus investivit sacerdotes ipsarum ut de cetero ita tenerent pro Cam. heremo quemadmodum actenus tenuerunt pro dicto Ubertino. Hec omnia et singula facta sunt ipso Ubertino presente et consentiente. Item sequenti proxime die,

apud Vegognanum, in testimonio Alkeroli de Valenzano et presb. Iohannis ministri S. Marie de Vegognano et Iohannis f. qd. Mazochi de Vegognano, similiter et eodem (modo), sicut suprascriptum est de Valenzano, dedit eis tenutam et in corporalem possessionem introduxit de quarta parte pro indiviso castri et turrium de Vegognano et de iure patronatus eccl. S. Donati pos. in ipso castro, et dedit eis possessionem et tenutam de infrascriptis hominibus de Vegognano, scilicet Iannibono de Meleto, Benincasa Lanbertucii, Bernardo de Meleto et Rainerio de Campotavole, q. omnes et singuli eodem modo ut alii supradicti iuraverunt; Mafeus de Amico iuravit Cam. heremo bonam iderantiam, tamen dixit quod non habebat inde feudum. Item eadem die et presentibus eisdem testibus, eis tenutam et eos in corporalem possessionem introduxit de iure patronatus abbatie de Sasso et de quodam campo u. d. in Campotavole, cui ab uno latere via, ab alio Rainerius, (a tertio et quarto Rodulfinus de Bencivene)[1]. Item tertia proxime die sequenti, presentibus dictis Alkerolo et Iacobo eius f. testibus, dedit eis tenutam et in corporalem possessionem introduxit de iure patronatus hospitalis de Cerreto et eccl. S. Marie de Calbenzano et de domo Guidonis de Bruneta de Calbenzano et de eo quod ff. Bonosti de S. Mamma tenebant ab eo. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Altro esemplare con varianti trascurabili e brevi omissioni di parole e di frasi; nello Spoglio: 1221, Decembre 6, n. 2. *Summaria, c. LXXXVIII v., n. 1. Mittarelli, IV, App. 422, n. CCXLVIII. Cf. i regg. nn. 1613 e 1682.*

[1] *Le parole fra parentesi aggiunte secondo l'altro esemplare.*

1688. *Fontebuono, 4 Gennaio 1222.*

A. MCCXXII, secundo non. ian., ind. X, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. Cum G(uido) prior Cam. intenderet reformationi mon. Burgi S. Sepulcri, multotiens accedens ad eum, inquisivit diligenter qualiter abbas et fratres ipsius loci circa temporalia et spiritualia se haberent, et, cum examinaret fratres, invenit G(racianum) abb., quibusdam de fratribus probantibus, infectum simoniaca pravitate et eumdem contra ordinem Cam.[1] et regulam b. Benedicti, pluribus asserentibus, iacuisse nudum et apud bonos et graves viros multipliciter infamatum; et, cum inquirendo interrogaret eumdem abb. per veram obedientiam, presentibus ibi P. abb. de Diciano et Io. sacrista heremi Cam., et sub pena excomunicationis qualiter dictum mon. reformari valeret, respondit quod non videbatur sibi aliter posse reformari, nisi idem abbas removeretur ab illo; preterea cum eidem abb. fuerit cura animarum commissa et eius eccl. maximo populo

frequentetur, ei per veram obedientiam iniunxit multotiens ut ad ordinem sacerdotii deberet promoveri, quod nequaquam fecit nec verbum exortationis populo sibi commisso proponere curavit; unde propter hec et alia q. plene de illo intellexit, habito consilio fratrum tam heremi quam Fontisboni et etiam aliorum plurium fratrum Cam.[2] et quorumdam sapientum, dictum Gracianum abb. ab abbatatu et administratione temporali et spirituali ipsius abbatie removet penitus et omnino, precipiens eidem sub pena excomunicationis ne de cetero de administratione eiusdem mon. se intromittat. Act. apud Fontembonum, in presentia Bonaiunte, Stephani et Henrici sacriste monachorum Fontisboni. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, 278 cit.

[1] *L'orig. ha* nostrum [2] *L'orig. ha* nostrorum

1689. *11 Gennaio 1222.*

« Donna Sophya abbatissa mon. Prativeteris, cum consensu suarum sororum[1] et conversorum, dedit nomine venditionis Vanghe converso Cam., pro Cam. heremo recipienti, omnes terras et possessiones in integrum, quas Baroncius de Pratali vel sui heredes tenebant a mon. Prativeteris, ubicumque sint per vocabula sive loca, recipiens pro predictis nomine pretii libr. v Pis. bonorum. Sub a. Domini M°CC°XXII°, III° id. ian. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXXI, n. 3.

[1] *Corretto posteriormente da* suarum

1690. *Prataglia, 30 Gennaio 1222.*

A. MCCXXI[1], ind. x, tertio kal. febr., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Presb. Boninsegna rector eccl. de Pretale nomine cambii dat, tradit et concedit Vange converso de Cam., vice dicte domus recipienti, eiusque successoribus in perpetuum integre duas petias terrarum pos. in Pretale, quarum una: a primo via, ab aliis tribus Cam., infra hos mediam; alia vineata: a duobus lateribus Cam., ab aliis duobus via, infra hos totam, cum omnibus super et infra se, excepta medietate unius arboris, videlicet pirus. Confitetur recepisse quamdam aliam petiam terre pos. in Faeto: a primo (terra) dicte eccl., a secundo et tertio via, infra hos totam; de qua terra similem cartulam recepit nomine cambii, sicut in suo instrumento continetur. Pena: x libr. Act. Pretale in domo Cam. In presentia Menci qd. Cenci, Vacucci f. Vaccarii et Bencivenni qd. * * * *. Matheus not.

Originale. Nello Spoglio: 1221, Gennaio 30. *Precede, nella stessa pergamena, il documento seguente. Summaria c. XXX v., n. 3.*

[1] *È usato il computo fiorentino.*

1691. *Prataglia, 30 Gennaio 1222.*

A. MCCXXI[1], ind. X, tertio kal. febr., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Çolla qd. Çangelli nomine cambii dat, tradit et concedit Vange converso de Cam., vice dicte domus recipienti, eiusque successoribus in perpetuum integre ius et actionem in quadam petiola terre pos. in Pretale: a primo via, ab aliis tribus Cam., infra hos quartum, quicquid inde sibi contingit pro indiviso. Confitetur recepisse diffinitionem de quadam alia petia terre in Rupinate cum suis confinibus, sicut in suo instrumento continetur. Pena: centum sol. Act. Pretale iuxta eccl. In presentia Vaccucci f. Vaccarii, Menci qd. Cenci et Bencivenni qd. * * * * et aliorum. Matheus not.

Originale. Nello Spoglio: 1221, Gennaio 30. *Segue, nella stessa pergamena, il documento precedente. Summaria, c. XXX v., n. 4.*

[1] *È usato il computo fiorentino.*

1692. *« Leporine » (Arezzo?), 20 Febbraio 1222.*

A. MCCXXI[1], ind. X, decima kal. mar., tempore Honorii pp. III et Frederigi imp. Matheus qd. Albertucci et Vaccuccius f. Vaccarii nomine cambii dant, tradunt, concedunt Vange converso de Cam., vice dicte domus recipienti, eiusque successoribus in perpetuum integram quamdam petiam terre pos. in l. q. d. Faeto. Confines: a primo via, a secundo (terra) eccl. de Pretale, a tertio dictorum Vaccucci et Mathei. Confessi sunt ab eo recepisse nomine cambii quamdam aliam petiam terre in dicto loco pos., de qua similem cartulam receperunt ab eo, cum suis confinibus, sicut in suo instrumento continetur. Pena: centum sol. Act. Leporine iuxta domum Bassorum. In presentia Boni qd. Martini et Trince f. Piccoli. Matheus not.

Originale. Nello Spoglio: 1221, Febbraio 20. *Summaria, c. XXX v., n. 5.*

[1] *È usato il computo fiorentino.*

1693. *Monastero di Vangadizza, 9 Aprile 1222.*

A. MCCXXII, ind. X, die VIIII intr. apr. In presentia Malecope, Marsillii, Oselini et aliorum tt. Monaci et conversi, quorum nomina sunt inferius, mon. de Vangad(icia) interrogati sunt quem volebant in abb. de Vangad(icia) a G(uidone) priore Cam. Çeno, Nicholaus, Amicus, Anthonius et Çenarus responderunt Laurencium priorem S. Michaellis de Veneciis; Vilielmus predictum Laurencium vel Orlandum priorem S. Fridiani de Pisis; Ugulinus conversus, Achiles et Acursius Sansonem vel predictum Laurencium; Querinus, Otus et Iohannes

Sansonem. Act. in capitulo mon. Vangadi(cie). Mirus sacri pal. not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1694, 1696 e 1697.

1694. *Monastero di Vangadizza, 16 Aprile 1222.*

A. MCCXXII, ind. x, die xv ex. apr. In presentia Mallecope, Venetici, Ierardini, Marsillii et aliorum tt. In capitulo mon. eccl. S. Marie de Vangadiccia. G(uido) prior Cam. interrogavit monachos et conversos quem volebant in abb. mon. eccl. S. Marie de Vangadiccia. Çeno, Nicholaus, Çenarus, Wilielmus, Amicus, Anthonius responderunt magistrum Bonumaçuntam monachum Fontisboni; Ugulinus, Achiles, Acursius, Ierardus, Otus conversi consenserunt in predictum magistrum. Unde in eodem capitulo, in presentia predictorum monachorum, conversorum et testium, Guido prior dictum magistrum Bonaiuntam in abb. mon. de Vangad(icia) elegit. Mirus sacri pal. not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1693, 1696 e 1697.

1695. *(Presso Sovara), 17 Aprile 1222.*

A. MCCXXII, xv kal. mad., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. x. Ad domum Clarembaldi[1] prope eccl. S. Laurentii, in presentia Giliotti de Planettolo, Girardini eius fratris, Preçanelli de Planetolo et olim Dominici et aliorum tt. Morandus de Valialla iure proprio dedit, vendidit atque concessit Uberto priori de Planettolo, recipienti pro heremo Cam., unum aquimolum pos. apud plebem de Soara in l. q. d. Ridaium, iuxta terram Guidonis et Gualfredi fratrum, iuxta fossatum de Ridaio et iuxta terram Aldebrandini de Valialla. Pretium xxx sol. den. Pis., quos fuit confessus sibi fore solutos et numeratos; et si pluris est, illud pure et simplicis inter vivos donationis ei de supradicto modo concessit. Dedit ei in manus supradictum Giliottum, q. eum sua vice corporaliter investiat. Pena: duplum. Guido not.

Originale. Summaria, c. CXI v., n. 3.

[1] *L'orig. ha* Clarembaldi *col segno abbreviativo alla prima* l

1696. *Monastero di Vangadizza, 19 Aprile 1222.*

A. MCCXXII, ind. decima, die duodecimo ex. apr., in mon. S. Marie de Vangadicia in camera abb. In presentia Nicolai (et) Iohannis monachorum Cam., Palmerii conversi Cam., Rodulfi gastaldionis et aliorum tt. Wiielmus, Çeno, Nicolaus, Ianuarius, Gerardus, Antonius, Amigetus monachi, Roverinus, Ugolinus, Oto, Gerrardus, Achilex conversi

dicti mon. S. Marie de Vangadicia petierunt Widoni priori maiori Cam. magistrum Bonaiuntam monachum Cam. in abbatem dicti mon. Qui Wido, in continenti, voluntate et assensu supradictorum monachorum et conversorum, supradictum magistrum Bonaçontam in abb. dicti mon. elegit. Bernardus comitis Bonifacii de S. Bonifacio not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1693, 1694 e 1697.

1697. *Monastero di Vangadizza, 20 Aprile 1222.*

MCCXXII, ind. X, die undecimo ex. apr., in mon. S. Marie de Vangadicia in camera abb. In presentia Iohannis (et) Nicolai monachorum Cam., Rodulfi gastaldionis de abbatia, Baste clerici de Ramo de palo et Henrigeti de Dota et aliorum tt. Çeno, Nicolaus, Wiielmus, Gerardus, Antonius, Amigetus monachi, Roverinus, Oto, Gerrardus, Ugolinus, Achilex conversi ac fratres dicti mon. S. Marie de Vangadicia pro se et ipso mon. fecerunt et constituerunt Ianuarium monachum eiusdem mon. suum nuntium et procuratorem ac sindicum ad significandum pape electionem factam de magistro Bonaiunta Cam. monacho in abb. mon. memorati, et ad implorandam confirmationem et consecrationem illius electi, et ad contradicendum omnibus « aiere » volentibus contra ipsum electum. Bernardus comitis Bonifacii de S. Bonifacio not.

Originale. Mittarelli, IV, 278 cit. Cf. i regg. nn. 1693, 1694 e 1696.

1698. *Prataglia, 12 Giugno 1222.*

A. MCCXXII, ind. X, pridie id. iun., tempore Honorii pp. III et Frederigi imp. Salinbene qd. Iohannelli nomine cambii dat, tradit et concedit Vange converso Cam. heremi, vice dicte domus recipienti, integram quamdam petiam terre in clusura Cam. in Pretale pos.: ab omnibus lateribus (terra) dicte heremi; pro quadam alia petia terre pos. in Val di Salce: a primo (latere terra) filie qd. Martini, a secundo Rustikelli, ab aliis duobus via; de qua similem cartulam recepit ab eo nomine cambii, sicut in suo instrumento continetur. Pena: centum sol. Act. Pretale in domo Cam. In presentia Maineti qd. Sassoli, Bonagure f. Menci, Guerrucçi qd. Gianni et aliorum plurium. Matheus not.

Originale. Summaria, c. XXXI v., n. 1, colla data id. iun.

1699. *13 Giugno 1222.*

« Presb. Bonensegna rector eccl. S. Blasii de Pratali iure permutationis in perpetuum dedit Vange converso, pro Cam. heremo, unam petiam terre in valle Magnolli, iuxta terras Cam. he-

remi et Guerrucii, et iuxta fossatum; pro qua commutatione predictus sacerdos recepit a predicto converso predicto modo v petias terrarum in Vignale et Valle Leta. Sub a. Domini M°CC°XXII°, idus iun. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XXXI, n. 4.

1700. *17 Luglio 1222.*

« Rolandinus olim Çibelli per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos Montanino castaldo de Soci, recipienti vice Cam. heremi, unam petiam terre pos. in terris castri de Soci in l. d. Escleto, iuxta terram Ugolini Bonoianni et donni ep. Aret(ini) et viam publicam. Sub a. Domini M°CC°XXII°, XVI° kal. aug. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. LXVI v., n. 2.

1701. *Firenze, 3 Agosto 1222.*

A. MCCXXII, tertio non. aug., ind. decima. « Magister Bonensigna archidiac. Flor(entinus) dedit t(erminum) presb. Ugone, q. se dicebat esse procuratorem plebanis de Bibiena et de Partinę et de Buiana, ut representet se et debeat respondere libello porrecto a B. sindico monasterio Cam. octo dies post festum s. Marie de aug. proxime, in quo sumus modo, et debeat secum portari pro causatione, quam dicebat haberi a predictis plebanis facta manu not. vel aliam facta sub eadem die et anno. Testes: Ubertinus iud. et magistro Fide et Albiçus iud. ». Item parum postea et de eodem mense, scilicet decima kal. sept., proponit presb. Martinus, constitutus sindicus a plebano de Partina et capellanis suis, quod ideo non est consensus canonicorum in instrumento, quia in dicta plebe non sunt aliqui canonici in ipsa plebe residentes. Testes: Uccellinus et Falconerius. Item parum postea, eodem anno et ind. predicta, septima kal. sept., predictus archidiac. quesivit a predictis partibus si crederent episcopum Flor. commisisse sibi ut posset cognoscere inter partes predictas de causa, q. vertitur inter eos, in absentia dicti ep. Pars predicti mon. respondit quod sic credebat; item adversa pars credit similiter commisisse in eumdem archidiac. Testes: Ubertinus iud. et magistro Fide et Ildebrandus iud. et Benevenni not. Item eodem die et coram eisdem testibus, idem archidiac. ex parte sua et ep. Flor., sui coniud., q. sibi commiserat vices suas, statuit t(erminum) presbiteris Martino et Ugoni, sindicis plebium Partine, Bibiene et Buiani, « ut usque diem martis proxime proponant omnes exceptiones dilatorias, si quas volunt proponere, et ab hodie ad quindecim dies

proxime debeant eas probare » — et hoc statuit et ordinavit dictis sindicis peremptorie — et hoc proponant et probent coram eodem archidiac., si fuerit Flor(entie), alioquin coram ep. Flor. predicta faciant — cui ep. commisit vices suas —, vel ipse procedat in dicta causa in sua absentia, scilicet archidiac., salvo et reservato eis benefitio proponendi dictas exceptiones, dummodo probent infra predictum terminum quindecim dierum. Act. Flor(entie) in eccl. S. Reparate. Bonassaltus iud. Octonis imp. atque not.

Originale.

1702. *Bibbiena, 31 Agosto 1222.*

A. MCCXXII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., pridie kal. sept., ind. X. Martinus Aretinus ep. confirmavit Guilielmo abb. de Pratallia, vice dicti mon., patronatum eccl. S. Angeli de Camenza secundum quod in instrumentis eiusdem mon. continetur. Act. apud plebem de Biblena. In testimonio Guidonis, Danesii capellani ep., Vivoli et Orlandini f. Fortis, Iohannis de Sancto et aliorum. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Mittarelli, IV, 278 cit.

1703. *Forlì, 1 Settembre 1222.*

A. MCCXXII, tempore Honorii pp. et Federici secundi imp. et regis Sicilie, ind. decima, die primo set. intr., in Forl(ivio) sub porticu Rusticelli. David qd. Travalioli f. vendit atque perpetualiter transactat Çaulo converso, accipienti pro se et Cristiana uxore in facto ususfructus dicende rei — scilicet in una tornaturia et una pertica et duobus pedibus, — in facto proprietatis comparatori nomine heremi Cam. eiusque confratrum et successorum, (et) Benedicto priori eccl. S. Marie de Forl(ivio), in reliqua parte ipsius rei comparatori in facto ususfructus et proprietatis nomine heremi ipsius eiusque confratrum et successorum, petiam unam terre in Rustiliano pos., territorio Liviensi et plebe S. Martini in Strata: a primo latere strata, a secundo eccl. suprascripta, (a) tertio filie qd. Lelli, (a) quarto heredes qd. Arduini Puntirol(is), cum arbustis, arboribus, cultu vel incultu. Dederunt ei nomine pretii ad rationem tor(naturie) XVIII libr. Rav.; quod pretium capit in totum triginta quinque libr. Rav., VI sol. minus; si autem hec venditio sive donatio plus valet, eis pro dicto heremo donat. Pena dupli. Per manum Dadei Dei nutu imperialis ac Liviensis not. Burnellus, Rusticellus atque Iohannes Mestaguerre tt.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVII, n. 3.

1704. *Valialla, 12 Settembre 1222.*

A. MCCXXII, pridie id. set., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. X, in castro Valialle, ante portam dicti castri. In presentia Orlandini Bennoli, Traflumalli, Falçani, Morandi, Ildebrandini olim Marini de Valialla et aliorum tt. Guido prior et rector eccl. Cam., de consensu quorumdam fratrum suorum, nomine eccl. de Cam. sive S. * * * de Fontebono, ratione patronatus, sicut mos est, dotavit presb. Rolandum rectorem eccl. S. Petri de Valialla, recipientem nomine eiusdem eccl. de novo consecrate, et inter vivos ei concessit et dedit Gregorium Barganiam de Traflume suum hominem pro medietate pro indiviso cum medietate omnium rerum suarum mobilium et immobilium, cum omni iure suo, finibus et pertinentiis. Investitorem ei dedit in manus supradictum Aldebrandinum. Pena: X libr. Guido not.

Originale. Copia del 1322, Aprile 1 di Bartholus f. qd. Nevaldini de Barberino iud. ord. atque not.; *nello Spoglio:* 1222, Settembre 12, n. 2. *Summaria, c. CXI v., n. 4. Mittarelli, IV, 279 cit.*

1705. *8 Ottobre 1222.*

« Cavalcante olim Çibelli per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos Donato converso Cam. pro Cam. heremo ius suum, q. habebat in una petia terre pos. in territorio de Soci l. d. Escleto, iuxta terram Ugolini Bonoianni et donni ep. Aret. et viam publicam. Pro pretio sol. L. Sub a. Domini M°CC°XXII°, die VIII° id. oct. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. LXVI v., n. 3.

1706. *(Territorio Bolognese), 30 Novembre 1222.*

A. MCCXXII, imperante Federico Romanorum imp., die ultimo ex. nov., ind. decima. Iacobinus f. qd. Boniacursi vendidit et tradidit Berno et Ugoni monachis Cam., recipientibus in persona Guidonis prioris dicte domus Cam. pro se et pro suis fratribus et successoribus in perpetuum, nomine eccl. Cam. de Bosco de Burellis, petiam unam terre arature pos. in pertinentia Villenove in l. q. d. Piscina, q. est novem torn. et due partes alterius torn. minus quattuor tab., cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. Confines: a sero et ab aquilone eccl. S. Marie de Bethleem, a mane via publica, a meridie dicta eccl. Cam. Pro pretio nonaginta unius libr. et undecim sol. et quatuor den. Bol., q. ab eis recepit. Pena: duplum. Act. in strata S. Vitalis, in domo dicti venditoris. Promisit se facturum et curaturum ita quod Gerardus Deteni socer confirmabit predictum contractum

per se et per filiam, uxorem venditoris, infra quindecim dies postquam ei denuntiaverint. Pena dupli. Item, quia minor viginti quinque annis esse videbatur, corporaliter ad s. Dei evangelia iuravit semper dictam venditionem firmam et ratam tenere. Matilda, mater dicti venditoris, consensit dicte venditioni et obligationi et, certiorata se habere ius in bonis dicti f. pro dotibus suis et pro legato a viro qd. suo sibi relicto et iure utendi, fruendi bonis dicti f. a dicto viro sibi relicto, renuntiavit iuri suo ypothecarum et iuri usufructuum et legati. Pena dupli. Testes: Otuber piliparus, Petrus f. eius, Lafrancus de Mutina, Guidotinus Dalmasii et Albertus f. Alberti Pipini. Leo imp. Henrici auctoritate not.

Originale.

1707. *Bologna, 2 Dicembre 1222.*

A. MCCXXII, die secundo intr. dec., ind. decima, imperante Friderico Romanorum imp. Presentibus Iohanne de Panico, Bernardino de Benzevene de Caprenno et Ugolino Danielis de Castro Episcopi tt., in claustro S. Marie de Cam. Bon. dioc. Guido prior, rector et administrator dicte eccl. hoc emphitheosim instrumento, presentibus et consentientibus Martino, Alberto, Ugo, Berno, Rainerio et Uguicione fratribus suis et monachis dicte eccl., dat, concedit Viviano Rustigani medietatem pro indiviso unius petie terre pos. in curia Policini in l. q. d. Mandriolus, cum inferioribus et superioribus usque ad viam publicam. Confines: a sero et a mane Gratianus, a meridie Liplopli, ab alio via. Pretium viginti quinque libr. Bol., q. confitetur solvisse pro terra, quam emit pro dicta eccl. a Iacobino Matelde, pos. iuxta viam publicam, iuxta dictam eccl. et iuxta eccl. S. Marie de Betheleem. Omnia dat, concedit predicto Viviano usque ad tertiam generationem finitam et in quartam ad renovandum, salva pensione et proprietate ipsius eccl. unius Bon. annuatim in festo s. Marie aug. Pena dupli. De hoc duo instrumenta sint eiusdem tenoris. Petrus Bonus de Guitofredo imperialis aule not.

Originale.

1708. *Prataglia, 21 Dicembre 1222.*

A. MCCXXII, ind. XI[1], duodecima kal. ian., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Bonafides et Piccolus qd. Bassi nomine cambii dant, tradunt, concedunt Vange converso de Cam., vice dicte domus recipienti, eiusque successoribus in perpetuum quamdam petiam terre in valle Magnoli: a primo eccl. de Pretale, a

secundo fossato, ab aliis duobus Cam. Confessi sunt ab eo recepisse duas alias terrarum petias pos. in Bucena, quarum una: a primo via, ab aliis tribus dictorum fratrum; alia ibidem, videlicet in Volpaia: a primo Guilielmini, ab aliis tribus Bassorum. De quibus petiis similem cartulam recipiunt. Pena: centum sol. Act. Pretale, in presentia Scarlatti qd. Martini et Petri qd. Vitalis. Matheus not.

Originale. Tien dietro, nella stessa pergamena, al documento seguente. Summaria, c. XXXI, n. 1.

[1] *È usata l'ind. del settembre.*

1709. *Bucena, 28 Dicembre 1222.*

A. MCCXXII, ind. XI[1], quinta kal. ian., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Mannellus qd. Griffoli et Guillielmetta uxor eius maritali consensu nomine cambii dant, tradunt, concedunt Vange converso de Cam., vice dicte domus recipienti, eiusque successoribus in perpetuum quamdam petiam terre pos. in valle Magnoli: a primo Bassorum, a secundo fossato, a tertio eccl. S. Blasii, a quarto Rodulfi. Confessi sunt ab eo recepisse pro domo Cam. tres alias petias terrarum, quarum una est in territorio: a primo dicti Mannelli et Bencivenni, a secundo fossato, ab aliis duobus via; alia in pogio: a primo Molendinarii, a secundo fossato, ab aliis duobus via; alia in Fonte di Fo: a primo via, a secundo dicti Mannelli, a tertio Bencivenni, a quarto Benvenuti. De qua terra supradicta similem cartulam receperunt. Pena: centum sol. Act. in monte de Bucena, in presentia Molendinarii qd. Gianni et Piccoli qd. Bassi. Matheus not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il documento al reg. n. 1708. Summaria, c. XXXI, n. 2.

[1] *È usata l'ind. del settembre.*

1710. *Contra, 29 Dicembre 1222.*

A. MCCXXII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., IIII kal. ian., ind. X. Torpinus de Partina, Alamandina eius uxor, consentiente viro uxori, et Bonafilia mater eiusdem Alamandine, pro remedio anime sue suorumque parentum, donaverunt simpliciter inter vivos, dederunt, tradiderunt atque obtulerunt Guilielmo abb. de Pratallia, recipienti vice ipsius mon., star. I terre, quam ab eodem mon. tenebant in Bagna, cui a tribus lateribus terra dicti mon., ab alio flumen, et star. I terre, ad star. seminatorium de Biblena in plano S. Georgii, cui undique terra dicte abbatie, cum omni iure et actione. Pena: duplum. Act. apud Contram. Cavalerus de Vignole,

Martinus Dominici de Ose et Frederinus tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1219, Aprile 24. *Tien dietro, nella stessa pergamena, ai tre documenti 24 Aprile 1219, 15 Novembre 1220 e 18 Novembre 1221; cf. i regg. nn. 1630, 1664 e 1685.*

1711. *Presso Partina, 29 Dicembre 1222.*

A. MCCXXII, residente Honorio pp. tertio et F(rederico) Romanorum imp. imperante, IIII kal. ian., ind. X. Michael de Casalegio f. qd. Casalegii, pro remedio anime sue suorumque parentum, inter vivos et quia Cam. eccl. receperat eius fratrem presb. Bonum in conversum sine aliquo dato inrevocabiliter dedit, tradidit, donavit et in eternum concessit Rogerio converso Cam., recipienti nomine Cam. heremi, petiam unam terre, quam tenebat a Cam. eccl. in Arcena, cui ab uno latere Orlandinus de Marino, ab alio Gerardus de Garzano, a tertio via, a quarto Guilikinus, cum omni iure et actione. Pena: duplum. Act. in via unde itur ad plebem Partine, iuxta clusam Aldebrandini de Vepre. Interfuerunt Martucius de Martino de Ventrina et Frederinus f. Fidelis tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. LXXVI v., n. 4, colla data III° kal. iun.

1712. *1222.*

« Ubertinus, Ildebrandinus et Ughitto f. Ugonis Rodulfi per se suosque heredes in perpetuum dederunt donno Açoni, donno Guidoni et Alderico pro iuditio libr. III, q. Cam. heremo solvere tenebantur, pro anima patris sui, terram suam pos. a le Bancule star. VIIII. Sub a. Domini M°CC°XXII°, et cetera ».

Summaria, c. LI, n. 3.

1713. *Prataglia, 11 Gennaio 1223.*

A. MCCXXII[1], ind. XI, tertio id. ian., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Presb. Boninsegna, rector eccl. S. Blasii de Pretale, nomine cambii dat, tradit et concedit Vange converso de Cam., vice dicte domus recipienti, eiusque successoribus in perpetuum unam petiam terre pos. in valle Magnoli: a primo fossato, a secundo Bassorum, a tertio Cam., a quarto Guerrucçi et Cam. Confitetur recepisse ab eo pro supradicta domo quinque alias petias terrarum, quarum (una) in Vignale: a primo dicte eccl., a secundo Salimbeni, ab aliis duobus abbatisse; alia ibidem: a primo Guerrucçi, a secundo Mathei, ab aliis duobus dicte abbatisse; alia ibidem: a primo Guerrupti, a secundo via, ab aliis

duobus Çolle et Iohannis; alia in Vallellera: a primo Molendinarii, a secundo fossato, ab aliis duobus dicte eccl.; alia ibidem: a duobus lateribus Rodulfi, ab aliis duobus prefate eccl. De quibus quinque petiis similem cartulam recepit. Pena: decem libr. Act. iuxta eccl. de Pretale, in presentia Bonefidei qd. Bassi, Petri f. Vitalis et Mathei qd. Guerructi. Matheus not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1222, Gennaio 11.

[1] *È usato il computo fiorentino.*

1714. *Sovara, 27 Gennaio 1223.*

A. MCCXXIII, tempore Honorii pp. et Fr(ederici) imp., die V ex. ian., ind. XI, apud plebem de Sovara, in castro eiusdem plebis. In presentia Orlandi de Carciano, Giliotti, Girardini, Venture, Guilielmi, Blondonensis, presb. Martini de Galbine, presb. Christofori sive Christiani de Sorbignalla et aliorum tt. Iacobus archipresb. et rector plebis Sovare titulo permutationis dedit, tradidit, cessit atque concessit Widoni priori Cam. tantam terram in donicato suo sive campo dicte plebis pos. iuxta dictam plebem, scilicet inter dictam plebem et Sovaram et inter viam et fossatum, q. est inter dictum campum et terram eccl. de Valialla, q. sufficiat ad faciendam sive construendam regglam sive aqueductum ad ducendum aquam et ad molendina, q. habent in Sovara, et per longum a dicta via usque ad campum eccl. de Valialla et per amplum tantam q. sufficiat bene ad dictam aquam dictis molendinis ducendam, et per quemcumque locum sive partem melius et commodius dicta aqua poterit duci per dictum campum a dicta via a(d) dictum campum eccl. de Valialla, et a dicta plebe usque ad regglam, q. erat tunc in capite dicti campi, dummodo non sit licitum, postquam dicta reggla per dictum campum fuerit missa sive formata, quod non liceat illam removere per alium locum, postquam steterit per unum mensem, sed infra unum mensem liceat removere illam, si visum fuerit expedire pro molendinis dicte domus Cam., et tantam terram in dicto campo eidem priori concessit, quod bene et ad plenum sufficiat ad dictam regglam sive aqueductum de novo construendam sive formandum, per quamcumque partem dicti fundi melius et commodius aquam duci possit ad dicta molendina, et eo formato sive ea constituta possit manuteneri et expurgari et reformari in alveo dicte reggle et in ripis ab utraque parte constitutis, et dedit eidem in manus supradictum Orlandum, q. eum sua vice corporaliter de predicta terra in dicto campo investiat, dummodo non sit licitum dicto priori vel alicui pro dicta domo ponere arbores iuxta dictam regglam sive in ripis eius, vel facere aliquod arlevatum, et insuper concessit et constituit eidem

terre sive reggle servitutem eundi per dictum campum ad dictam regglam, et proiciendi terram de dicta reggla tam in construendo quam in reficiendo vel expurgando et manutenendo modis omnibus, tamen cum minori dampnietate quam possit. Dictus prior Gui(do), insimul cum Iohanne camerario, Guidone priore Planectoli, Nicolao priore claustri, Sollicito priore S. Michaelis de Aritio, Palmerio converso, Rogerio converso, magistro Vivolo, Iohanne converso et scutifero camarlengi et Aldebrandino converso dedit et concessit dicto Iac(obo) totum unum campum terre pos. supra dictam plebem q. d. Campus da Ridaio sive campus plebis iuxta viam et terram Colognensis et iuxta terram olim Rainerii de Tebalducio et iuxta terram Dominici de Galbinellis, et cartam proprietatis de eo eidem archipresb. nomine dicte plebis fecit, et per Orlandum in possessionem induci iussit. Pena: quinquaginta libr. Pis. Raynaldus iud. et sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. CXII, n. 1. Cf. i regg. nn. 1716, 1723, 1727, 1728 e 1731.

1715. *Laterano, 28 Gennaio 1223.*

Honorius papa .. ep. et .. archidiac. Flor. Querelam .. prioris et fratrum Cam. accepit continentem quod, cum b. m. Emo et Constantinus et quidam alii ep. Aretini quandam partem decimarum plebatuum Partin(e), Bibin(e) et Biviani pia eis liberalitate donarint, ac eadem donatio per M. Aretinum ep. fuerit postmodum confirmata, plebani plebium earundem et quidam alii clerici et laici Aretine dioc. decimas ipsas contra iustitiam detinent et reddere contradicunt; ideoque mandat, quatinus, partibus convocatis, audiant causam et appellatione remota fine canonico terminent, facientes quod decreverint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes, q. fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogant veritati testimonium perhibere. Dat. Laterani, v kal. febr., pont. a. septimo.

Originale; sigillo perduto. Nello Spoglio: 1223, Febbraio 25. *Mittarelli, IV, App. 424, n. CCXLIX. Potthast, n. 6952. Horoy, Honorii III Opera, IV, n. 64. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 4228. Cf. i regg. 1725 e 1751.*

1716. *Sovara, 16 Marzo 1223.*

A. MCCXXIII, XVII kal. apr., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XI, in porticu plebis Soare. De discordia inter Iohannem Castellanum ep. et Iacobum plebanum de Soara, ex una parte, et priorem Guidonem Cam., ex altera, de aqueductu per

campum plebis ad molendina iamdicti G(uidonis) prioris, et de pactis et instrumentis inter iamdictum archipresb., nomine sue plebis, et iamdictum G(uidonem) priorem, nomine sue eccl., hinc inde receptis et factis, iamdicti episcopus et archipresb. et Placidus Cam. monacus et cellerarius pro dicto priore ad iamdictam discordiam cognoscendam et finiendam communi voluntate compromiserunt in archidiaconum Castellanum et Rolandum de Carçano, communes amicos, ut ipsi debeant comuniter cognoscere quam rationem Cam. prior cum capitulo suo habeat ex pactis et instrumentis a iamdicto archipresb. receptis, et cambium, q. pro aqueductu iamdictus prior prefate plebi dedit, et dampnum, q. ad presens vel in futuro plebs[1] de Soara deducendo aquam ad molendina Cam. incurrat per donicatum suum, laudo eorum utraque pars debere stare et facere prestare auctoritatem capitulis suis, laudum eorum firmum tenere et non contravenire, sub pena c libr. Pis., et liceat eis arbitris arbitrari comuniter quocumque[1] die feriato vel non feriato, stare vel sedere, vel presentibus partibus vel non presentibus. Iohannes supradictus ep. et Iacobus, et Placidus, sindicus et procurator Cam. et heremitarum capituli, sicut continetur per publicum instrumentum Mathei not., omnia firma tenere et observare et observari facere, sub iamdicta pena, inter se promiserunt. Testes: Petrus abb. de Diçano, Guido prior de Planetolo, Ildebrandinus de Valialla, Orlandinus de Colonia, Giliotus de Planetolo et alii plures. Guido not.

Originale. Summaria, c. CXII, n. 2. Cf. i regg. nn. 1714, 1723, 1727, 1728 e 1731.

[1] *L'orig. ha* plebes [2] *L'orig. ha* coquinque

1717. *Moggiona, 27 Marzo 1223.*

A. MCCXXIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. imperante, VI kal. apr., ind. XI. Martinutius Lupus et Leolus eius f., consentiente patre filio, inter vivos inrevocabiliter dederunt, tradiderunt et in eternum concesserunt Vange converso Cam., recipienti nomine Cam. heremi, petiam unam terre pos. in Casali, cui ab omnibus lateribus terra Cam. heremi, cum omni iure et actione. Pena: duplum. Obligaverunt ei, iure pignoris et ypothece, quamdam petiam terre, quam habebant in Sparena, ubi fuit eorum antiquum resedium; ab uno latere terra eccl. de Sparena, ab alio via, a tertio fossatum. Act. Moione. Rainerius gener Albertini Rapucii, ipse Albertinus, Albertinus de a Blanca et Medicus tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XXXI v., n. 2.

1718. *27 Marzo 1223.*

« Albertinus Segardi dedit nomine permutationis in perpetuum Vange converso, recipienti pro Cam. heremo, petias tres terre in Sparena l. d. in Plano de vineis, quas tenebat pro tenimento a Cam.: prima est inter terras Cam. ex omni parte; secunda est iuxta terras heredum Martinuçi et terras Cam.; tercia iuxta terram Ochii et Cam. Pro qua commutatione predictus Albertinus recepit a predicto converso predicto modo in terra Mogion(a) equippollentem terram. Sub a. Domini M°CC°XXIII°, VI° kal. apr. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXXI v., n. 4.

1719. *Verona, 30 Marzo 1223.*

A. MCCXXIII, die iovis, secundo ex. mar., ind. XI, in claustro S. Marie de Cam. de Verona. In presentia Guidonis Dianelle, Belletti, Petri eius f., Materni et Gambari et aliorum, coram Rainaldo priore eiusdem eccl. S. Marie, Adam et Vivianus monaci, Peronus, Obertus et Bernardus conversi illius loci et Cappa, habito super hoc diligenti tractatu, dixerunt esse de sua voluntate pariter et consensu ut predictus prior Rai(naldus) iret ad priorem Cam. et representaret se sibi et heremitis et conventui, et primum ex parte omnium predictorum inclinaret humiliter et devote priori Cam. et fratribus universis, dicens quod iamdicti fratres prefate eccl. S. Marie Verone volunt, cupiunt et affectant revereri et obedire priori Cam. in omnibus, q. secundum Deum et ordinem Cam. et secundum pactum et libertatem et statum et iura sepe dicte eccl. esse noscuntur. Unde, cum ipsi sint parati simul cum suo priore obedire priori Cam., multum mirantur et turbantur, si prior maior cum suo conventu fecit vel permisit ante dictum priorem Cam. Verone et domum sibi commissam nuper inquietari et iniuste gravari quibusdam gravaminibus et preceptis, q. manifestissime contra Deum et consuetudinem Cam. videbantur esse, sicut ipse R(ainaldus) prior coram priore et conventu Cam. scriptis autenticis plenissime poterit declarare. Insuper voluerunt priori Cam. et suis fratribus fieri manifestum quod R(ainaldus) prior, amore Dei et precepto prioris maioris, honoravit et reverenter tractavit Sansonem, conferendo eidem omnia necessaria tam in vestibus quam in cibis secundum quod illa domus poterat comportare. Et licet aliquando habuerint verba simul, semper tamen revertebantur ad pacem; et, dum viderentur esse in pace et bona voluntate, Sanson voluntarie et spontanee recessit et exivit de loco illo, dicens se velle ire usque ad Vangatitiam, et R(ainaldus) prior dedit eidem S(ansoni) expensas quas petiit pro

illo itinere faciendo. Post aliquantum temporis reversus Sanson Veronam petebat sibi dari xxv libr. den. Ver. a R(ainaldo) et a domo sibi commissa; quod quantum esset contra Deum et ordinem monasticum et contra regulam s. Benedicti seu supra possibilitatem et facultatem predicte domus quilibet discretus et maxime q. in illa eccl. commorantur et per totum contemplantur. Rogant igitur et supplicant priori Cam. et heremitis et Cam. conventui universo quatinus, causa vitandi scandalum q. ex omnibus supradictis horiri posset et causa extirpandi illud q. iam videtur exhortum, quod omnia, q. sunt actenus in hac parte minus bene dicta vel facta cuiusque prava suggestione repulsa, ad regulam iustitie redigantur et ad ordinem equitatis et R(ainaldus) prefate domus prior, cum sit utilis et idoneus valde ad regendum eccl. illam ad Dei famulatum et ad totius ordinis Cam. honorem, commodum et profectum, inibi perseveranter valeat commorari, ut eius monitis et exemplo mentes laicorum ad suscipiendum sancte conversationis habitum invitentur, et presertim coadiutores et amici sui ad favorem et obsequium prenominate eccl., cui preest, ferventius atque instantius excitentur. Insuper protestantur quod R(ainaldus) prior bene ministravit tam in temporalibus quam in spiritualibus domum illam, et de iure accusari vel infamari non potest; unde iterum supplicant priori et heremitis et conventui ut in his et in aliis omnibus taliter se gerant cum prelibato R(ainaldo) et eccl. S. Marie sibi commissa ut eamdem eccl. cum rebus et personis non destruant, sed edificent, retinentes eam ad servitium Dei et suum cum religionis augmento. Postea, eodem die, in oratorio domnarum et sororum eiusdem loci, in presentia Guidonis Dianelle, Belletti et Materni, Elica, Beata, Temperança, Bennasuta sorores ipsius loci ita ut superius per omnia dixerunt et protestate fuerunt et volunt ac rogant et in omnibus et per omnia dicunt, sicut suprascriptum est. Bellondinus de Capraria Bon. not.

Originale.

1720. *Ferentino, Marzo 1223.*

Fridericus Romanorum imp. et rex Sicilie. Attendens vitam laudabilem et sacram religionem G(uidonis) prioris heremi Cam. et fratrum suorum, tam predictum priorem et fratres quam ipsam heremum cum omnibus possessionibus, hominibus et bonis suis sub speciali protectione et defensione recipit, confirmans eis in perpetuum ea omnia q. in presentiarum rationabiliter possident et q. in antea iusto titulo poterunt adhipisci. Pena: viginti

quinque libr. auri. Dat. apud Ferentinum, a. MCCXXIII, mense mar., undecime ind.

Originale; il sigillo si conserva staccato. Summaria, c. CCXLV v., n. 3. Mittarelli, IV, 279 cit., come dato ex urbe Faventina *Huillard-Bréholles, II, 348 extr. Boehmer-Ficker, Reg. imp., n. 1467.*

1721. *Bologna, 13 Aprile 1223.*

A. MCCXXIII, Federico imp. in Romano imperio regnante, die tertio decimo intr. apr., ind. undecima. Constat Uguypçionem Arduyni de Cuniolo vendidisse et tradidisse Martino et Berno, recipientibus in honore Dei et eccl. S. Marie de Cam. de Bononia, et successoribus petiam unam terre aratorie pos. in curia Villanove in l. q. d. Campo de via de meço et a pertico leg(itimo) decimped. mensurat(am) et asaz(atam), — et inventa est novem torn., et tertia pars alterius torn., et octo tab. et dim., et viginti ped. — cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. Confines: a mane Iohannes de Gualando de Villanova, a sero via publica, de medio et desuper heredes de Marzapisee et Iacobus de la Contissa de Villanova, et de suptus heredes de Marzapisce. Pro pretio duodecim libr. Bon. pro qualibet torn., q. capit centum et duodecim libr. Bol. et quatuordecim sol. et sex den., q. totum et integrum pretium sibi bene solutum confitetur. Pena: duplum. Berta uxor iamdicti venditoris, presens, consensit. Pena dupli. Act. in Bon(onia), in Burgo strate S. Vitalis. Petrusbonus pistor de Monte Calvo, Bonbarone Petri de Marano, Petriçolus eius f., Daniel tabernarius de Burgo S. Vitalis, Guiriptus beccarius de Camplano, Michilittus Henblavati de Casellis et Guidoctus f. qd. Henblavati de Caselle tt. Gerardus de Bazano, q. manet in Burgo strate S. Vitalis, not.

Originale.

1722. *17 Aprile 1223.*

« Caçainimicus f. olim Gruamontis de Spisia per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Guidoni priori Cam. unum panemdescum, q. ei dare tenebatur Orlandinus f. olim * * * * pro podere uxoris sue pos. in curia de Fafarata, videlicet annuatim unam spallam et tantum panis cocti quantum potest fieri de uno star. grani. Sub a. Domini M°CC°XXIII°, XV^a^ die kal. maii. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. CLXXXX v., n. 4.

1723. *(Città di Castello), 24 Aprile 1223.*

A. MCCXXIII, ind. XI, tempore Federici imp., VIII kal. mai. Magister Iuncta prep. eccl. Castell(ane) cum fratribus suis, videli-

cet Silvestro camerario, Nicolao, Gerardo canonicis et aliis, q. inferius subscribent, consensit in compromissum factum et scriptum per manum Guidonis not. inter Iohannem ep. Castellanum et Iacobum archipresb. plebis de Sovara, ex parte una, et Placidum monachum et sindicum Cam., ex alia, et promisit ipsum compromissum firmum et ratum tenere et observare; in his, q. spectant ad eccl. S. Petri de Valialla pertinentem ad canonicam, non consensit cum fratribus suis, sed penitus contradixit. Act. in camera ep. Castellani, in presentia Largitie, Iovanelli, magistri Griffoli et aliorum. Presb. Agolante can. ss. Iohannes can. ss. Petrus presb. et can. ss. Presb. Savinus et can. ss. De Iohannes ss. Corsettus can. et subdiac. ss. Sinibaldus presb. et can. ss. Martinus not.

Originale. Summaria, c. CXII, n. 3. Cf. i regg. nn. 1714, 1716, 1727, 1728 e 1731.

1724. *(Certino), 1 Maggio 1223.*

A. MCCXXIII, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XI, primo die mensis mad., in domo presb. Drudonis da Certino. Guiçus Aquabelli, pro anima patris, matris suorumque parentum et pro anima Gulielmi fratris et pro oblatione, « volente et consentiente donnus Iacobus abb. mon. Saxxi cum suis fratribus, silicet presb. Beneincasa, presb. Petrus, donnus Agustinus, Bonolus conversus, et presente et consentiente et volente Lanbrusca et Filippus », dat, donat, offert atque tradit Ugitioni abb. mon. Insulani, recipienti pro se suisque fratribus et successoribus, totum et integrum campum da Laguscelum pos. territorio Cellis, sicuti suis certis lateribus designantur * * * * * *. Pro pretio IIII libr. Rav., q. confitetur accepisse. Fecerunt Lanbrusca et Filippus hanc concessionem, quia Guiçus dedit eis duo star. de terra in semente in campo Certino, et dimisit eis et renuntiavit VIII star. de grano, q. sibi debebant dare omni anno nomine servitii et pro pretio III l(ibr.) Pena: XX libr. Rav. Testes: Nicholaus, presb. Drudo, Fatebonus, Rusticus, Acorsus. Bonagura Galeat(ensis) s. Rav. eccl. not.

Originale. Mittarelli, IV, 282 cit.

1725. *Laterano, 4 Maggio 1223.*

Honorius pp. .. ep. et .. archidiac. et .. priori S. Marie de supra Porta Florentina. .. prior et conventus Cam. sibi[1] conquestione monstrarunt quod .. de Biblena, .. de Buiano et .. de Partina plebani ac quidam alii clerici et laici Aretine dioc. super quibusdam decimis et rebus aliis iniuriantur eisdem; ideoque mandat, quatinus,

partibus convocatis, audiant Cam. et, appellatione remota, fine debito terminent, facientes quod decreverint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, q. fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante cogant veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potuerint interesse, ep. cum eorum altero ea nichilominus exequatur. Dat. Laterani, IIII non. maii, pont. a. septimo.

Originale; sigillo di piombo perduto. Mittarelli, IV, App. 425, n. CCL. Potthast, n. 7006. Horoy, Honorii III Opera, IV, n. 121. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 4339. Cf. i regg. nn. 1715 e 1751.

[1] *L'orig. ha* nobis

1726. *Laterano, 4 Maggio 1223.*

Honorius pp. [. . . . . ma]ioris [. . . . . .] prioribus Florentinis. [Prior et fratres Cam]aldolenses sibi[1] [conquerendo monstrarunt quod] Albericus et Orlandinus de Valentian(o) ac quidam ali[i super possessionibus] et [rebus] aliis [. . . . . exist]entes eis p[lurimum m]olesti; quocirca mandat, quatinus, [partibus convocatis], audiant causam, et appellatione r[emota . . . . . Testes autem qui fuerint] nominati, [si se gratia, odio, vel tim]ore subtraxerint, per censuram eandem, app[ellatione cessan]te, cogant [veritati] testimonium perhibere. Quod [si non omnes hiis] exequendis potuerint interesse, duo eorum[2] ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani, IIII non. maii, pont. [a. se]ptimo.

Copia inserta nel doc. 21 Agosto 1223 (reg. n. 1738); cf. i regg. nn. 1736 e 1738. Si è tentato colmare la lacuna del testo, dovuta alle condizioni della pergamena molto logora e evanita, ma la restituzione è incerta. Mittarelli, IV, 280 cit.

[1] *La copia ha* nobis [2] *La copia ha* vestrum

1727. *Città di Castello, 7 Maggio 1223.*

« Controversia fuit inter domnum Placitum monachum et celerarium Cam. pro eccl. Cam., ex parte una, et I[ohan]nem ep. Castellanum et Iacobum rectorem plebis de Sovara pro plebe ipsa, ex altera, super qua electi sunt amici et laudatores Guido archidiac. Castellanus et Orlandus de Carciano a partibus memoratis. Controversia vero fuit super his rebus: petebat namque archipresb. Iacobus restitutionem novi aqueductus facti per campum plebis et terram pos. in Ridaio, cui a duobus lateribus sunt vie, a tertio Sovara fluvius, a quarto est fossatum de Ridaio, eo excepto quod pleps habet memorata per se vel suos homines intra fines predictas, et petit quod dictus campus plebis a Camaldulensibus sine gravamin(e) plebis semper a Sovara defendatur ». Super premissis me-

morati Guido et Orlandus, visis et auditis utrimque propositis, laudant, arbitrantur atque firmiter mandant ut pars Cam. et pars alia predicta servent, observent et adimpleant omnem contractum factum inter Cam., ex parte una, et archipresb. dictum, ex alia, de quo factum est vel rogatum publicum instrumentum; item ut pars Cam. det Iacobo dicto pro plebe recipienti tres petias terre; una est in Ridaio: a duobus lateribus vie, a duobus fossatum; alia in vocabulo dicto, quam colunt Colonieses[1]: ab uno Andreas, ab alio via, ab alio Ribillius; alia in Ridaio dicto, circa nunc dictam terram: ab uno via, ab alio archipresb. dictus, ab alio prima petia predicta, quam colunt Colonienses; item ut dictus Placitus pro Cam. et ipsi Camaldulenses dicto archipresb. pro plebe recipienti faciant instrumentum permutationis, traditionis dictarum rerum, et res ipsas tradant, et in vacuam possessionem dictum archipresb. inducant, et res ipsas suis expensis defendere sub certa pena promittant, quam penam, si contra factum fuerit, solvere promittant dicto archipresb. pro plebe. Pro rebus dictis sive terris precipiunt, arbitrantur atque laudant ut archipresb. dictus det et concedat vel, si iam dedit, habere sinat aqueductum per campum plebis dicte, cui campo ab uno via, ab alio fluvius Sovare, ab alio tenetur pro eccl. de Valialla, ab alio habitatio plebis et plebs dicta. Dictum aqueductum et per campum dictum det et concedat archipresb. dictus nuntio Cam., in vacuam possessionem inducat nuntium ipsum, instrumentum faciat omnino simile illi instrumento, q. predixerunt Camaldulenses facere dicto archipresb., de terris memoratis aqueductum dictum et per locum memoratum sive campum laudant, arbitrantur atque precipiunt ut archipresb. dictus det et concedat nuntio Cam. tante latitudinis, amplitudinis, altitudinis et longitudinis quantum bene sufficiat pro aqua ad molendinos ducenda per campum dictum. Et si aliquando Camaldulenses voluerint ducere aquam ad molendinos suos per aqueductum anticum, per quem ducta est multis temporibus[2], liceat eis hoc facere et novum aqueductum relinquant omnino et retradant ad usum et utilitatem plebis memorate, sicut alias partes habet plebs ipsa campi memorati. Lectum hoc preceptum in camera Iohannis ep. Castellani in civitate Castelli, ipso presente et consentiente, in presentia Uderrici de Castilione, Guidonis Rodulfi, Ubertelli Boccoli, Astancolli, Rainaldi Gasdie, Bonteprese, Mathei Rontis, Griffoli et aliorum. A. MCCXXIII, ind. XI, tempore Federici imp., VII die intr. mai. Martinus not.

Originale. Summaria, c. CXII, n. 4. Mittarelli, IV, 280 cit. Cf. i regg. nn. 1714, 1716, 1723, 1728 e 1731.

[1] *Così ha l'orig.* [2] *L'orig. ha* temporis

1728. *Città di Castello, 8 Maggio 1223.*

A. MCCXXIII, ind. XI, tempore Federici imp., VIII die intr. maii. Iohannes ep. Castellanus et archipresb. Iacobus plebis Sovare, episcopus nomine episcopatus et ipsius plebis et archipresb. nomine plebis predicte, cum consensu magistri Iuncte prepositi canonice S. Floridi de civitate Castelli et canonicorum ipsius canonice, scilicet Silvestri camerarii, Signibaldi et magistri Petri et in eorum presentia, dant, tradunt atque concedunt ad proprium et in perpetuum et pro alodio, iure vel ex causa permutationis et cambii Iohanni camerario heremi Cam., nomine eiusdem heremi recipienti et cui concessit aqueductum per campum plebis dicte per locum, q. continetur vel expressim dicitur in instrumento publico per manum Raignaldi not. confecto[1], cum solo sive terreno eidem necessario tante latitudinis, amplitudinis, altitudinis et longitudinis quantum optime sufficiat et oportunum erit pro aqua ad molendinos ipsius heremi vel pro ea detemptos seu possessos ducenda. *Seguono i confini del campo, come nel reg. precedente.* Confitentur, affirmant, et in veritate recepit dicta plebs, et se pro ea et eam recepisse fatentur hoc publico instrumento ab heremo prefata ex causa permutationis et in cambium IIII petias terre. *Seguono i confini; dei primi tre pezzi come nel reg. precedente, del quarto, in quello non ricordato, sono:* alia petia in eodem vocabulo (Ridaio): ab uno via, ab alio Bimbi Guido et Gualfredi, ab alio Colonienses, ab alio Dominicus Gualbinensis. Si prefatus aqueductus maioris valentie esset cambio vel permutatione prefata, pietatis causa concedunt heremo iamdicte. Pena: ducentarum libr. den. Pys. Act. in civitate Castelli. Testes: Orlandus Cartiani, Griffolus legista, Gilioctus de Planectolo, Martinus not., Matheus et Iovanellus servientes episcopi. Eodem anno, mense, die et in civitate predicta, in presentia testium Orlandi Cartiani, Ubertelli Boccoli et Iohannis Donati, Girardus, Savinus, Iohannes, Piccolellus et Corsectus clerici et canonici iamdicte canonice S. Floridi omnibus predictis consentiunt. Citadinus not.

Originale. Summaria, c. CXII v., n. 1. Mittarelli, IV, 280 cit. Cf. i regg. nn. 1714, 1716, 1723, 1727 e 1731.

[1] *Cf. il reg. n. 1714.*

1729. *Sovara, 9 Maggio 1223.*

A. MCCXXIII, VII id. mad., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XI, in claustro plebis Soare. In presentia Rolandi de Carçano, Gilioti de Planetolo, Elvice [d]e la Bosa, Coloniensis de Colonia, Guidonis Aringerii de Planetolo et aliorum tt., presente et consentiente Nigro de Colonia, Coloniensis de Galbina dedit,

tradidit atque iure cambii seu permutationis concessit Iohanni camerario eccl. heremi Cam., nomine prefate heremi, medietatem unius petie terre pos. in Ridaio, quam habebat in feudo ab eccl. heremitarum Cam.: iuxta terram Coloniensis de Colonia, iuxta terram Andree del Buco, iuxta viam publicam et iuxta Dominicum Galbinensem et filios olim Guilielmini. Investitorem ei dedit supranominatum Giliotum. Dictus Iohannes camerarius, nomine prefate eccl., concessit aliam petiam terre pos. prope Valiallam a la Cruce in l. q. d. Pe * * *: iuxta terram Tarlati, a parte superiori via publica et iuxta terram Ildebrandini de Valialla. Pena: x libr. Pis. Guido not.

Originale. Nello Spoglio: 1223, Maggio 9, n. 1. *Summaria, c. CXII v., n. 4, colla data* M°CC°XXXIII°, VII° id. maii. *Cf. il reg. seguente.*

1730. *(Sovara), 9 Maggio 1223.*

« Coloniensis de Colonia olim Ranucini per se suosque heredes in perpetuum ressignavit donno Iohanni camerario Cam., vice Cam. heremi, medietatem unius petie terre pos. in Ridaio, iuxta Coloniensem de Galbina et donnam Pamphyliam, et terram Cam. et terram Dominici de Galbina et iuxta viam publicam, pro pretio den. XX pro qualibet tabula. Sub a. Domini M°CC°XXIII°, VII° id. maii. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. CXII v., n. 3. Cf. il reg. precedente.

1731. *Sovara, 9 Maggio 1223.*

A. MCCXXIII, VII id. mad., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XI, in plebe de Soara. In presentia Rolandi de Carçano, Giliotti de Planetolo, Elvice de la Bosa, Iohannis Cornaçani et aliorum tt., presb. Capitaneus can. plebis Soare, Argumentum reclusus sive heremita et conversus dicte plebis, Iohannes Ramundini, Iohannes olim Lodoici et Turpinus dicte plebis conversi, de licentia Iacobi dicte plebis archipresb., consenserunt et firmum et ratum habere et tenere voluerunt et promiserunt cambium, q. Iacobus archipresb. et Iohannes ep. Castellanus fecerunt cum heremitis Cam.; quod si non facerent et observarent, dare et solvere solepni stipulatione Iohanni camerario Cam. illam penam[1], quam Citadinus not. posuit in cartula facta inter dictum Iacobum archipresb. et Iohannem ep. Castellanum, ex una parte, et heremitas Cam., ex alia. Guido not.

Originale. Nello Spoglio: 1223, Maggio 9, n. 2. *Cf. i regg. nn. 1714, 1716, 1723, 1727 e 1728.*

[1] *Cf. il reg. n. 1728.*

1732. *Pianettole, 10 Maggio 1223.*

A. MCCXXIII, VI id. mad., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XI, in castro Planetoli. In presentia Giliotti de Planetolo, Ribilii de Planetolo, Blondonensis de Planetolo, Elgreppe olim Ugolini et Acatapane de Planetolo tt., Andreas del Buco de Planetolo sive de Viviano refutavit, restituit atque transactavit Iohanni camerario heremitarum Cam., recipienti nomine ipsius eccl., unam petiam terre pos. in Ridaio: iuxta viam publicam, iuxta terram plebis de Soara, iuxta terram Cam., q. fuit olim Coloniensium, et iuxta terram filiorum olim Maskarelli; et omne ius et actionem et rationem. Confessus est se recepisse XXX den. pro qualibet tabula, et per supradictum Giliottum investivit. Pena dupli. Guido not.

Originale. Summaria, c. CXII v., n. 2, dove però si legge vendidit *invece che* refutavit, restituit atque transactavit, *come nell'orig.*

1733. *Sovara, 21 Maggio 1223.*

A. MCCXXIII, XII kal. iun., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XI, in porticu plebis Soare. In presentia Ildebrandini de Valialla, Tancreidi f. Morandi, Orlandini de Colonia, Persidi de Colonia et Orlandini de Valialla tt., Guido et Gualfredus, fratres et ff. olim Rainerii de Valialla, nomine transactionis refutaverunt, restituerunt atque transactaverunt Iohanni camarlengo heremitarum Cam., vice eccl. Cam., unam petiam terre pos. prope plebem de Soara in l. q. d. el Pontioli: iuxta terram Cam. a duobus lateribus et ab aliis duobus vie publice. Confessi sunt se recepisse c sol. den. Pis., et dederunt ei in manus supradictum Orlandinum de Colonia, q. eum corporaliter investiat. Pena dupli. Guido not.

Originale. Summaria, c. CXXI v., n. 5; qui però, in luogo di refutaverunt, restituerunt atque transactaverunt *dell'orig., abbiamo* vendiderunt

1734. *(Territorio d'Arezzo), 4 Giugno 1223.*

A. MCCXXIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. imperante, pridie non. iun., ind. undecima. Longe, Tusca, Maria et Arka, filie emancipate Rainerii Ubertini, per hanc cartam permutationis seu cambii dant, tradunt atque inrevocabiliter ad proprium in eternum concedunt quicquid habent vel tenent, vel alius sive alii pro se, sive tenuit pater suus, vel alius seu alii pro eo, seu possiderunt vel aliquis antecessor ipsius a quinquaginta annis infra, seu ab ista hora usque ad quinquaginta annos retro Agnexie sorori emancipate, recipienti pro se et heredibus, scilicet intra hos fines: « a quercia frassenaria sursum usque

ad hospitale de Trapola, et a serra Popani usque ad Pratum magnum, et a Prato magno usque in montes de Lonano, et a montibus de Lonano usque ad hospitale de Trapola, et a capite fluminis Classe, ubi intrat in Arnum, usque ad Classe, et a Classe usque ad Turrim, et a Turri usque ad Villam de Prato, et a Villa de Prato usque in Filetum, et a Fileto usque in serram Popani, et a Serra Popani usque ad Cavam Avellane, et ab hospitale de Trapola usque ad Cavam de Cancellario et usque ad Param et usque ad S. Angelum maçum, et a S. Angelo usque ad Cavam Avellane », exceptis podere, q. fuit Henrici de Friderico, et illo, q. pater vel ipse[1] tenent in Bilena, et medietate illius, q. habet pater in Kitignano et medietate feodi filiorum Grinte, q. tenent a patre in Valençano et Aquina. Et spetialiter dant, tradunt castrum Roginopoli cum sua curia et districtu et villis, et castrum de Coreço cum sua curia et districtu; item partem, quam ipse[1] vel pater habent vel habere debent sive sunt habiture, vel alius sive alii pro se, in castro de Serravelle et in Partina et in curte da Lierna et in villis Bucena et Sparena, et si plus habent vel sibi pertinet seu competit, totum dant; item homines de Moiona, quos tenet a patre Orlandinus de Teuço sive non vel alii; item castrum de Montegranello cum sua curia et districtu; item partem quam ipse[1] vel pater habent vel habere debent sive sunt habiture vel alius sive alii pro se in Castellina, et si plus habent vel sibi pertinet seu competit, totum dant. Curia et districtus Rogiropuli et pertinentiarum ita designatur: « primus terminus est subtus eccl. de Ancarona, secundus est subtus domum Ianuculi de la Farra, tertius est in monte Bucenese, quartus est ad Segatitiam in pratis, quintus est ad cuvillas de Canestrellis, sextus est ad callem de Alverneto; et protenditur curia de Rogiropuli usque ad districtum de Soci et de Condolese et usque ad flumen Larlianum ». Curia et districtus castri de Coreço et pertinentiarum ita designatur: « incipit a molendino donicato, ubi flumen dividitur in duas partes, et vadit per flumen versus iugum Alpis usque in radium dilibatore, et ita vadit per radium usque ad Montealtum sicut aqua pluvia revertitur, et a Montealto usque in planum de Nucikia et a plano de Nucikia per radium manus Bilenensis usque ad rivum de Fabro, et ita vadit in Porectum usque in radium Capidedoli et usque ad terminum de Campolongo, et a dicto termino usque in Terram rossam, et a Terra rossa in Porrectum per fossatum usque ad molendinum predictum ». Curia et districtus castri Montisgranelli et pertinentiarum ita designatur: « incipit a Fonte Paulino et ita recte per stratam antiquam, sicut continebatur eccl. hospitalis Carnani antiqui, et per cavam Carnani et per stratam antiquam,

q. fuit inter destrictum Balnei et Galliate, ubicumque reperitur strata antiqua, et per Ripam blancam usque in raçum de Prostamo, et ita destendendo per rivum Spice ab inferiori parte Prati franci, et sicut continetur radius, q. est supra clausuram Çacli de Ranuccio et Turicella et Saxum Grataie, et sicut stat molendinum hospitalis usque in Rivum siccum de Scapeto et ab inferiori parte sege Montisgranelli, et usque ad summitatem de Iumentile et ab inferiori parte ripe Andree, et usque ad lamam de valle Çoboli et usque ad terminum de Plano Seccane streto et usque ad voltam de via, q. est in capite Plani de Acquaia, q. volvitur ad hospitale, et ita revertitur recte ad Fontem Paulinam et Fons de Rosso, q. est Barçanum et mansos, quos habent Vita et Bentevegna, et quicumque inde habet et mansus de Stroto ». Item generaliter et spetialiter dant et tradunt omnia et singula superius designata, et si plura habent vel habuerunt ipse[1] vel pater seu antecessores infra predictum tempus cum omnibus eorum pertinentiis, cum omni iure et actione eorum, cum omnibus hominibus residentibus in dictis locis, cuiuscumque conditionis sint, et cum eorum famulis, uxoribus, rebus, et cum iure patronatus ecclesiarum, q. sunt intra hos fines; preterea cedunt et mandant omnia et singula iura et actiones, que et quas habent vel habere debent, vel alius sive alii pro se, vel habuerunt vel pater vel antecessores, vel sunt habiture de iure vel de facto a quinquaginta annis infra in predictis omnibus et singulis. Confitentur nomine cambii seu permutationis recepisse totum illud integre q. contingebat, competebat seu pertinebat sibi[2] ex bonis maternis Ravene vel alibi, et etiam si quid contingebat sibi[2] ex bonis paternis, exceptis que ipse[1] et pater concesserunt ei[3], et exceptis ducentis libr., quas a se recipere debet; et scientes predicta multo pluris esse quam ea, q. sibi[2] concessit, tamen quanticumque pluris sunt, totum inrevocabiliter in terminos donant, et ob hanc donationem confitentur secundum legem meritum recepisse. Promittunt solvere et dare nomine pene ducentas marcas argenti. Rigo marchio vir Longe et Manentus vir Arke, de precibus et voluntate dictarum domnarum, omnia eadem et singula, q. predicte uxores eorum, eidem Agnexie fideiussorio nomine promittunt. Item omnia predicta et singula acta fuerunt presente et volente Rainerio Ubertini predicto et coram Bonacurso iud. ord., q. circa omnia et singula et in omnibus predictis et singulis suam auctoritatem prestitit, et etiam coram eo fuerunt dicte Longe, Tusca, Maria et Arka emancipate antequam istud facerent instrumentum. Act. in Villa S. Salvatoris prope eccl. super Cerretum, in presentia Aldebrandini et Rodulfini ff. qd. Rodulfini de Grinta, Rainerii de Guelfo, Iacopini

Lombardi, Rainaldi f. qd. Rainerii de Castello, Paganelli f. qd. Corbiçi, Guidonis et Bareo ff. qd. Symonis de Goçano, Sasselli de Ternio, et Ricomanni f. Diatrici tt. Bonusacursus de Cortona iud. ord. atque not. ss. Ugolinus sive magistro Ugo de S. Martino de Aritio ss. Iulianus sacri pal. not.

Copia sincrona di una copia 1345 ottobre 23 del not. Iohannes f. Nuti de Martignana Flor. dioc. *in Summaria, c. XIIII v.*

[1] *Il ms. ha* nos [2] *Il ms. ha* nobis [3] *Il ms. ha* vobis (Agnexie)

1735. *Fontebuono, 18 Giugno 1223.*

A. MCCXXIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp. imperante, die XIIII kal. iul., ind. XI. Merigetus f. qd. Beroardi fuit confessus se recepisse a Placito cellerario Cam. sol. XII den. Pis., pro quo pretio dedit, tradidit, vendidit atque in eternum concessit ei, recipienti nomine Cam. heremi, quicquid habebat et tenebat, vel alius sive alii pro eo, a Casella et a Seketis citra versus Camaldulim in Metaleto sive alibi. Promisit predicta legittime defendere et auctorizare suis sumptibus et expensis, et se ita facturum et curaturum quod patrui eius Orlandinus et Cavalcante de predictis facient cartam heremo prefate. Pena: sol. XL den. Pis. Act. apud Fontenbonum. Interfuerunt Michael de Aritio et Albertus de Reposata de Moiona tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XVIII, n. 3.

1736. *Valenzano, 16 Luglio 1223.*

In presentia presb. Redulfi de Valençano et Grifoli et Ildibrandini, V. plebanus S. Eletherii Aretine dioc., ex precepto ep. Aretini, amonuit, citavit personaliter Orlandinum de Valençano, ut per se vel per suficientem responsalem Florentiam ire deberet, paratus iuri respondere coram C. preposito Florentino et R. priore S. Marie[1] Maioris, a papa iudicibus delegatis, in causa, q. vertitur inter dictum Orlandinum et fratrem eius, ex una parte, et priorem Cam. agentem nomine sui mon., ex altera, adsignando ei terminum viginti dierum; quod si in termino illo non veniret, adsignavit ei iterum terminum XV dierum perentorie post, et coram dictis testibus, scilicet R(edulfo) presb. de Valençano et G(rifoli) et Il(dibrandino), idem plebanus S. Eleuterii et multis aliis eiusdem loci hominibus, amonuit sive citavit vel denuntiavit apud castrum de Valençano Albericolum, quamvis absentem, fratrem Orlandini, ut iret Folorentiam[2], eodem modo responderet, paratus dicto priori coram dictis iudicibus C. et R. in dicta causa. A. MCCXXIII, ind. XI[a], XVII kal. ag., Honorio pp. residente, Federico imp. im-

perante. Facta est hec amonitio sive denuntiatio in platea, q. est ante portam dicti castri de Valençano. Redolfinus not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1726 e 1738.

[1] *Nell' orig. è ripetuto il nome* Marie [2] *Così ha l' orig.*

1737. *Villanova, 10 Agosto 1223.*

A. MCCXXIII, Federico imp. in Romano imperio reg(nante), die decimo intr. aug., ind. undecima. Bonusaccursus de Salle, q. fuit de Camurata et manet in Villanova, vendit et tradit Ugoni monacho eccl. S. Marie de Cam., vice Guidonis prioris S. Marie de Cam. et illius capituli, presentibus Primo et Bonincontro sindico dicte eccl. et mass(ario) domi de Villanova, et successoribus, si proprium in perpetuum, si conditicium unde pertinuerit, unam torn. terre infrascripte rei, scilicet unius petie terre arat. pos. in curia Villanove in l. q. d. de la Pisina, necnon Dominicus de Ferariis f. qd. Guidolini de Ferariis de Villanova vel de Mazo vendit et tradit dicto Ugoni monacho, presentibus vel volentibus fratre Primo et Bonincontro sindico et mass(ario) dicte eccl., vice dicti prioris, recipienti in honore Dei et S. Marie de Cam. de Bon(onia), et successoribus, si proprium in perpetuum, si conditicium unde pertinuerit, duas torn. minus quarta unius petie terre arat. pos. in curia Villanove in l. q. d. Pisina, quam habet pro indiviso cum dicto Bonoaccursio, et (q.) a pertic(a) leg(itima) decimped(um) mensurata et asazata et inventa est tantum, ut supradictum est, cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. Confines totius predicte petie terre: a mane poss(essio) illius de Cam., a sero Taudisscha, desuper eccl. S. Marie de Beliem et dicta eccl. S. Marie de Cam. et de suptus Taudisscha. Pro pretio viginti et sex libr. Bon. et duodecim sol. minus quatuor den., q. pretium bene solutum esse confitentur, solvendo pro predicta eccl. cuilibet eorum suam port(ionem), scilicet Bonoaccursio novem libr., tredecim sol. et quatuor den., et Dominico decem et septem libr. Bon. minus viginti den. Pena: duplum. Çesaria uxor dicti Bonacursi et mater dicti Dominici presens huic venditioni consensit. Pena dupli. Act. in Villanova in loco Boniaccursi de Landrona. Albinellus f. Bertolotti de Villanova, Iohanninus frater Belguido piscatoris, Palmirolus frater Guisle Galinelle, presb. Iacobus de Villanova et presb. Iohannes de Casellis de S. Maria tt. Gerardus de Bazano, q. man(et) in Bon(onia) in burgo strate S. Vitalis, not.

Originale.

1738. *Firenze, 21 Agosto 1223.*

[Episcopo Aretino K]ianni prepositus Florentinus [et R. S. Marie Maioris prior]. Volentes pape mandatum exequi[1], Albericum et Orlandinum (de Valentiano) secundum iuris formam [citare] fecerunt, q. minime coram se comparuerunt, pape mandatum omnino vilipendentes; [ne] ergo talis contumacia remaneat impunita, tam pre[fatos] Albericum et Orlandinum quam [procura]tores eorum sole[mni]ter excomunicaverunt et omnem familiam eorumdem vinculo interdicti colligaverunt. Inde est quod ei[2] supplicant, rogant et cum reverentia districte mandantes quatinus prefatos, et si quas alias personas ei[2] sindicus vel procurator mon. capituli [nominav]erit, campanis puls[atis, ...] candelis accensis in maiori eccl. excomunicatos denuntiet, postmodum per tot[um .....] in aliis eccl., in quarum parochiis habitare noscuntur simili modo excomunicatos denuntiari faciat, et in expensis quadraginta sol. sententialiter condanarunt. Lata hec sententia Flor(entie), in camera predicti prepositi, MCCXXIII, duodecima kal. sept., ind. undecima. Coram Bonafede f. Belliotti, Diotesalvi f. Gianni, Forte f. Martini et Paganello f. Martini tt. Kianni eccl. Flor. prepositus pape cum priore S. Marie Maioris iud. delegatus hanc sententiam tulit ideoque ss. R. S. Marie Maioris prior pape iud. delegatus huic sententie adsensum prebuit ideoque ss. Boniçus iud. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1223, Agosto 21, n. 1. *Mittarelli, IV, 280 cit. Cf. i regg. nn. 1726 e 1736.*

[1] *Cf. il reg. n. 1726.* [2] *L'orig. ha* vobis

1739. *Raginopoli, 21 Agosto 1223.*

A. MCCXXIII, ind. XI, duodecimo kal. set., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Petrus f. Vignarii dat, tradit, concedit, iudicat et offert Nicholao monacho Cam., recipienti vice Cam. heremi eiusque successorum, in perpetuum unam petiam terre et silve pos. in valle de Talliole. Confines: a primo Ugolini, a secundo Mainetti et fratris, a tertio Spallie et fratrum, a quarto Martini de Tinioso. Pena: centum sol. Agnesa uxor Aginolfi comitis palatini huic dationi consensit et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiavit. Act. ante eccl. de Ragiropoli, in presentia Renoardi qd. Renoardi, Mussetti qd. Martinocti et Rigaletti f. Folki. Eodem anno, sesto kal. eiusdem mensis, apud castrum de Soci, in presentia Tedericoli qd. Rodulfini et Acçonis qd. Guilielmini Aginolfus Tuscie palatinus comes supradictam dationem et concessionem confirmavit et ratam habere

promisit, Ugolino de Ostia cardinale tunc ibidem predicante. Matheus imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1223, Agosto 21, n. 2. *Summaria, c. XI v., nn. 3 e 4. Mittarelli, IV, App. 429, n. CCLIII.*

1740. *Raginopoli, 21 Agosto 1223.*

A. MCCXXIII, ind. XI, duodecimo kal. set., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Renoardus qd. Renoardi, Arnoldus eius f., patre consentiente, Mussettus qd. Martinocti et Aringerius f. eius, consentiente patre, de asensu Aginolfi palatini comitis et Agnese sue uxoris, dant, tradunt, concedunt Nicholao monacho Cam., vice dicte domus et eius heremi recipienti, eiusque successoribus in perpetuum tres petias terrarum pos. in Casale, quarum una: a primo Morandi, a secundo Cam., ab aliis duobus Mussetti; alia ibidem: a primo Morandi, ab aliis tribus lateribus Cam.; alia in loco predicto: a primo Boni, a secundo Castilioni, ab aliis duobus Cam. Confessi sunt nomine benedictionis duodecim libr. den. Pis. recepisse. Pena: XXV libr. Et sic dictus Arnoldus cum iuramento tenere spondet, his predictis semper firmis manentibus. Donnessa, uxor pretaxati Renoardi, et Berta, uxor prefati Mussetti, predicte dationi consenserunt et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiaverunt. Act. ante eccl. de Ragiropoli, in presentia Tedericoli qd. Rodulfini, Iuncte f. Griffoli et Rigaletti f. Folki. Matheus imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1223, Agosto 21, n. 3. *Summaria, c. XXXI v., n. 3. Mittarelli, IV, App. 428, n. CCLII.*

1741. *Partina, 4 Settembre 1223.*

A. MCCXXIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., pridie non. sept., ind. XI. Orlandetus, Castraleonus et Ranutius ff. qd. Orlandi Zibelli fuerunt confessi se accepisse a Guilielmo abb. S. Marie de Pratallia nomine pretii libr. tres Pis., pro quibus fecerunt eidem abb., recipienti vice ipsius abbatie, datum et concessionem in perpetuum nomine vendictionis de toto eo, q. ipsi habebant et tenebant, vel habere et tenere debebant, in Campo Ragani in terratorio Frassenete, cedentes et mandantes omnia iuria omnesque actiones; et si (omnia predicta) plus valent, iure donationis inrevocabilis inter vivos ei donaverunt. Pena: duplum. Paltoneria eorum mater predicte venditioni et donationi consensit et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiavit. Act. Partine. Interfuerunt Orlandinus

Catanius, Palmerius et Iohannes Madioli de Partina tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Precede, sulla stessa pergamena, al documento 14 Settembre 1223, al reg. n. 1743.

1742. *Luco, 10 Settembre 1223.*

A. MCCXXIII, quarto id. sept., ind. undecima. Guido prior Cam. et Franca mon. S. Petri de Luco abbatissa cum suis sororibus, et ipse prior cum suis fratribus, fecerunt consecrari mon. memoratum per Symonem archiep. Ravennatem et Iohannem ep. Florentinum, q. fecerunt indulgentiam omnibus illuc advenientibus hinc ad medium octubrem et de suis commissis penitentibus duorum annorum et octuaginta dierum, et postmodum per singulos annos ad predictum locum venientibus a festo Nativitatis b. Marie semper virginis, in cuius die predicta consecratio a iamdictis episcopis est constituta de cetero celebrari usque ad quindecim dies, fecerunt remissionem octuaginta dierum. In qua consecratione iamdictus prior, presentibus prefatis Simone archiep. Ravennate et Iohanne Florentino ep. et maxima multitudine ibidem adstante et nullo contradicente, protestatus est in eodem mon. nullo mediante se habere et ad se pertinere plenarie iura spiritualia et temporalia, et etiam ius patronatus specialiter ad heremum Cam. pertinere firmiter asserebat; unde iamdicto mon. unam planetam bonam et optimam et bene frisgiatam, quam extimavit libr. triginta den. Pis., nomine dotis dedit et concessit. Act. apud mon. de Luco. Testes: Gianni Galitius, Ugolinus Albicçi, Fulignus de Recçano, Bonifatius de Mercoiano, presb. Iohannes capellanus mon. dicti, Amorectus iud.[1] et Iacobus iud. et not. ep. Flor. Eodem anno et die sequenti predicta abbatissa et sorores, videlicet Maria, Frassia, Iuliana, Cecilia, Maximilla, Angnessa, Tedora, Imeldina, Adalascia, Gisla, Adalina et Angnelica, in capitulo dicti mon. existentes unanimiter confesse sunt, asserentes quod predictus prior habebat in dicto mon. iura spiritualia et temporalia, et ipsum et heremum Cam. specialem patronum habebant et nullum alium. Testes: Rembertus de Montecchio f. Manentis, Sostegnus dal Legri[1] f. Accattapanis, magister Bartolus et Iacobus de S. Margarita. Cambius qd. Octonis imp. iud. et not.

Originale. Altro esemplare dello stesso not. Nello Spoglio: 1233, Settembre 10, n. 2. *Summaria, c. CXXX, n. 1. Mittarelli, IV, 280 cit., colla data* die octava sept. *Repetti, Dizionario Geografico della Toscana, II, 929.*

[1] *Questo nome manca nell' altro esemplare.*

1743. *Contra, 14 Settembre 1223.*

A. MCCXXIII, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., XVIII kal. oct., ind. XI. Burgesius de Marciano f. qd. Bertuncii fuit confessus se nomine pretii accepisse a Guilielmo abb. de Pratallia libr. decem et novem Pis., pro quibus fecit datum et concessionem in perpetuum nomine vendictionis eidem abb., recipienti vice prefati mon., de petia una terre pos. in Bagna: a duobos lateribus terra dicti mon., ab alio Martini de Zuliola. Pena: duplum. Act. apud Contram. Interfuerunt presb. Donatus, Curtus eius nepos, Adiutus f. Romani de Grecco et Bencivene f. Rodufi de Fregena tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al doc. 4 Settembre 1223, al reg. n. 1741.

1744. *21 Ottobre 1223.*

« Albeçellus olim Leonardi Boniçe per se suosque heredes in perpetuum donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Iohanni priori S. Laurentini pro ipsa eccl. petias II terre pos. in Lame prope dictam eccl., quarum prima pos. est iuxta ipsam eccl. a duobus lateribus et Acursum et filias Bonaventure Orlandi de Piscinale et Detesalvi Brine et ux(orem) Raynerii Francutii et nepotem; alia est pos. iuxta dictam eccl. a duobus lateribus et iuxta flumen. Sub a. Domini M°CC°XXIII°, XII° kal. nov. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CVIIII, n. 5.

1745. *1 Novembre 1223.*

« Bencivenne de Casale olim Ubertuli per se suosque heredes in perpetuum compromisit in Venturam de Planetulo pro se et matre sua donna Cecilia et uxore sua, ad cuius arbitrium et laudum promisit, ad penam libr. XXV, donno Bernardo vicecomiti Cam. et donno Guidoni priori de Planetulo et Vivolo et Uberto conversis Cam., pro heremo Cam. recipientibus, facere cartam permutationis unius petie terre pos. prope plebem Soare iuxta flumen Soare et reglam Cam. heremi molendini et terram plebis Soare, q. olim fuit donni Iacobi, et terram predicti Bencivenne. Et predicti vicecomes et ceteri promiserunt facere similem cartam ex arbitrio predicti Venture prenominato Bencivenne de una clausura pos. in Vallialla, q. fuit olim Bruceti, iuxta terram Bencivenne et terram Valliall(e) et viam publicam, et de uno orto pos. in Teverina iuxta Ildebrandinum de Vallialla. Sub pena libr. XXV. Sub a. Domini M°CC°XXIII°, kal. nov. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. CXIII, n. 1. Cf. i regg. nn. 1763 e 1764.

1746. *Soci, 8 Novembre 1223.*

A. MCCXXIII, ind. XI, sexto id. nov. Cum discordia esset inter heredes Iohannis qd. Ugolini Marie et Guidonem priorem Cam. occasione poderis, q. fuit qd. Pinki fabri de Soci, ambe partes compromiserunt in Caciam f. qd. Orlandini Saracini. Cacia precepit et dixit, quod dictus prior, q. presens erat, investiret Ugolinum f. qd. dicti Iohannis, nomine suo et fratrum suorum Guidonis et Montanie, de tenimento et domo, q. tenuit a domo Cam. Iohannes pater eorum in Soci, q. fuit Pinki fabri, eo vero modo ut ipsi Ugolinus et fratres et eorum heredes de cetero habeant et teneant ipsam domum et tenimentum a Cam. domo, et utantur et fruantur eo, serviendo tamen ipsam domum et tenimentum Cam. domui, sicut consuetum est, et faciendo guaitas et scaraguaitas de die et de nocte et alia servitia, q. debent inde fieri et consueta sunt, et teneantur facere fidelitatem priori Cam., q. pro tempore fuerit; et si castrum de Soci esset in guerra, teneantur ibi habitare et defendere ipsum castrum bona fide; nec ius, q. habent in dicta domo seu tenimento, possint vendere vel alienare sine speciali licentia prioris et heremitarum Cam.; et quod platea, q. est iusta turrim, remaneat expedita Cam. heremo, salvo tamen eo quod aliquo tempore vellet locari, quod ipsi habeant primo quam alii. Item, si prior vellet aliquo tempore dare eis salvum cambium de domo quam habent iusta turrim, quod teneatur recipere et domum ei cambiare, non habito respectu quod sit iusta turrim et quod removeat eam per tres pedes a turri. Dictus prior de predictis in predicta forma dictum Ugolinum, recipientem pro se et fratribus suis, investivit, et hoc arbitrium ambe partes emologaverunt et firmum habuerunt. Act. in curia Cam. de Soci. Interfuerunt Guido de Popio, Orlandinus Taviani, Giuncus qd. Vetiosi et Orlandinus Ubertini tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. In testa al documento, in margine, della stessa mano pro heredibus Iohannis Ugolini de Popio. *Summaria, c. LXVI v., n. 4.*

1747. *23 Marzo 1224.*

« Bonaiuncta de Lonnano olim Ottolini et Guisla eius uxor pro remedio animarum suarum et pro pretio sol. X fecerunt perpet(uum) finem et reffutationem de omni suo iure, q. habebant in Scaçaiolo Guidoni Rubeo converso Cam., recipienti vice dicte domus, ad penam libr. X. Sub a. Domini M°CC°XXIIII, X die kal. apr.. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XVIII, n. 4.

1748. *Eremo di Camaldoli, 9 Aprile 1224.*

A. MCCXXIV, die VIIII intr. apr., Honorio pp. existente, regnante Federigo Romanorum imp., ind. XII. Guido prior Cam., consentientibus heremitis de heremo Cam., scilicet Leonardo, Iohanne, Henrigo, Paulo, Lotoringo, Rainerio, Simone et Alberto, et consentientibus et presentibus monacis opertis de heremo, scilicet Iohanne sacrista, Manuel, Iohanne, Piero primo, Rainaldo, Petro secundo portunario, Deodato et Palmerio, et consentientibus monachis de Fontebona, scilicet Stefano maiore, Placito celerario, Guido, Bernardo, Acariscio, Ugone, Benedicto, Iohanne, Benedicto, fecit, constituit et ordinavit Berardinum castaldum de Cortevekia sindicum et actorem, defensorem universitatis collegii dicti heremi et mon. in causa, quam habet vel habere sperat cum Rainerio de Tramonto, et in aliis causis, quas habet vel habere sperat vel habere potest versus homines de curia Cagiuoli et de Cortevekia et pro eorum rationibus defendendis et petendis spetialiter ad predictas et generaliter ad omnes causas, quas habet vel habere sperat in Curte Lupone et in plano Aretii, promittens et asserens in se ratum et firmum habiturum quicquid inde fecerit pro se, suis successoribus et fratribus. Act. in heremo Cam., in cella dicti prioris, presentibus Ugolino de Brescia, Baldovino de Lonano et Girardo de Cagiuolo tt. Iacobus not.

Originale.

1749. *Laterano, 26 Aprile 1224.*

Honorius pp. Aretino, Florentino, Fesulano, Castellano episcopis .. et abbatibus, prioribus, archipresbiteris, plebanis et aliis ecclesiarum prelatis per Aret., Florent., Fesul. et Castell. dioceses constitutis. Prior et fratres Cam. Aret. dioc. tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iustitie conquerentes universitatem eorum[1] litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet in tribulationibus suis contra malefactores promta debeant magnanimitate consurgere quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris eorum[2] possint presidio respirare; ideoque mandat atque precipit quatinus illos, q. possessiones suas vel res seu domos predictorum fratrum vel hominum suorum inreverenter invaserint aut ea iniuste detinuerint, q. predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsos fratres contra apostolice Sedis indulta sententiam excomunicationis aut interdicti presumpserint[3] promulgare vel decimas laborum de possessionibus habitis ante concilium generale, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, seu nutrimentis ipsorum, spretis apostolice Sedis privilegiis, extorquere, monitione premissa, si laici

sunt, publice, candelis accensis, excomunicationis sententia percellant; si clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendant, neutram relaxaturi sententiam, donec predictis fratribus plenarie satisfaciant, et tam laici quam clerici seculares, q. pro violenta manuum iniectione anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad Sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi, villas autem, in quibus bona predictorum fratrum vel hominum suorum per violentiam fuerint detenta, quamdiu ibi sunt, interdicti sententie supponant. Dat. Laterani, VI kal. maii, pont. a. octavo.

Copia 1224 Agosto 19 del not. Magister Quintavallis. *Mittarelli, IV, App. 431, n. CLVI. Potthast, n. 7226. Horoy, Honorii III opera, n. 196. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 4945.*

[1] *La copia ha* vestram [2] *La copia ha* vestro [3] *La copia ha* presumpserit

1750. *Laterano, 14 Maggio 1224.*

Honorius pp. .. ep. et .. archidiac. Aret. .. prior et fratres heremi Cam. ad se[1] querimoniam destinarunt quod .. vicecomes de Campilio et quidam alii clerici et laici Senensis et Clusine dioc. super reformatione ipsorum mon. de Vivo graves eis existunt plurimum et molesti; ideoque mandat quatinus, partibus convocatis, audiant Cam(aldulenses) et, appellatione remota, fine debito terminent, facientes quod decreverint per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem, appellatione cessante, cogant veritati testimonium perhibere. Dat. Laterani, II id. maii, pont. a. octavo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Mittarelli, IV, App. 435, n. CCLIX. Potthast, n. 7251. Horoy, Honorii III opera, IV, n. 217. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 4991.

[1] *L'orig. ha* ad nos

1751. *Laterano, 15 Maggio 1224.*

Honorius pp. .. ep. et .. archidiac. Florentin(is). Exibita sibi[1] .. prioris et fratrum Cam. petitio continebat, quod b. m. E(mo), C(onstantinus) et quidam alii episcopi Aretini quandam partem decimarum de Partena, de Buiano et de Biblena plebatuum pia liberalitate donarunt; quorum donatio per .. Aretinum ep. estitit approbata. Postmodum, cum plebani plebatuum predictorum et quidam alii clerici et laici Aretine dioc. decimas ipsas contra iustitiam detinerent, causam super hoc eis[2] commisit decidendam; sed cum, per impetrantis errorem, ubi quandam decimarum par-

tem concessam ab episcopis supradictis scribi debuit, scriptum extitit quartam partem, non habuerunt[3] in eadem causa processum. Demum iidem .. prior et fratres plebanos eosdem super quibusdam decimis et rebus aliis iniuriari sibi dicentes, in forma communi super hoc rescriptum apostolicum impetrarunt; sed nec per hoc, cum de prioribus mentionem non faceret, estitit in causa processum, cumque litteras alias, ut priores, correcto quod per impetrantis errorem factum fuerat, eis[2] super hoc duxerit[4] destinandas, ii[5], quia non faciebant mentionem aliquam de premissis, in negotio procedere noluerunt[6]; quare causa eadem adhuc remansit intacta in eorundem prioris et fratrum non modicum preiudicium et gravamen. Mandat quatinus per litteras ipsas, prioribus non obstantibus, in eodem negotio, appellatione remota, ratione previa procedant. Dat. Laterani, id. maii, pont. a. octavo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Nello Spoglio: 1224, Maggio 15, n. 1. *Mittarelli, IV, App. 436, n. CCLX. Cf. i regg. nn. 1715 e 1725.*

1 *L'orig. ha* nobis 2 *Nell'orig.* vobis 3 *Nell'orig.* habuistis 4 *L'orig. ha* duxerimus 5 *L'orig. ha* vos 6 *L'orig. ha* noluistis

1752. *Laterano, 15 Maggio 1224.*

Honorius pp. .. priori et conventui Cam. Ex parte eorum[1] fuit propositum coram sibi[2] quod frequenter accidit quod, cum aliquos volunt abbates seu priores ordini subiectos amovere a monasteriorum regimine vel de suis excessibus castigare, sicut eiusdem exigunt ordinis instituta, iidem, ut canonicam correctionem eludant, in vocem appellationis frivole mox prorumpunt, occasione huiusmodi eos[3] et monasteria q. ab eis[4] tenentur multis expensis et laboribus fatigantes; quare humiliter supplicaverunt ut, cum illi ad defensionem iniquitatis usurpent quod ad presidium innocentum dinoscitur institutum, eis appellandi taliter aditum precludere dignaretur. Ergo districtius inhibet ne contra eos[3] a regulari correctione predicti abbates et priores appellationis obstaculum temere interponant. Dat. Laterani, id. maii, pont. a. octavo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Nello Spoglio: 1224, Maggio 15, n. 2. *Mittarelli, IV, App. 438, n. CCLXII. Potthast. n. 7253. Horoy, Honorii III opera, IV, n. 221. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 4993.*

1 *L'orig. ha* vestra 2 *Nell' orig.* nobis 3 *Nell' orig.* vos 4 *Nell' orig.* a vobis

1753. *Laterano, 15 Maggio 1224.*

Honorius pp. .. S. Savini Pisani et .. S. Ypoliti Faventini abbatibus et .. priori S. Michaelis Aretini. Exhibita sibi[1] .. prioris et fratrum Cam. heremi petitio continebat quod dicta he-

remus, in Alpibus et loco arido constituta, gravi gravata est onere debitorum, a quibus, nisi congruum remedium apponatur, vix umquam poterit, cum magnam partem suorum reddituum fenus absorbeat, liberari. Quare iidem prior et fratres cum instantia petierunt ut, cum secundum statuta sit Lateranensis concilii sustinendum quod pro multis necessitatibus, q. aliquotiens superveniunt, ex manifesta et rationabili causa moderatum cum caritate possit a subditis auxilium postulari, providere super hoc misericorditer dignaretur. Quocirca mandat quatinus prelatos et subditos sepedictos ad id moneant attentius et efficaciter inducant. Quod si non omnes hiis exequendis potuerint interesse, duo eorum ea nichilominus exequantur. Dat. Laterani, id. maii, pont. a. octavo.

Originale: sigillo di piombo perduto. Nello Spoglio: 1224, Maggio 16, n. 1. *Mittarelli, IV, App. 437, n. CCXLVI. Potthast, n. 7252. Horoy, Honorii III opera, IV, n. 220. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 4994.*

[1] *L'orig. ha* nobis

1754. *Pratovecchio, 16 Maggio 1224.*

A. MCCXXIV, residente Honorio pp. tertio et Frederico Romanorum imp., XVII kal. iun., ind. XII. Paganus f. qd. Paltonerii de Rumena inter vivos inrevocabiliter donat, dat, tradit et in eternum concedit Guidoni priori Cam., recipienti nomine heremi Cam., personam Iacobi de Martino Rubeo de Mandriolis coloni et residentis sui cum heredibus, et cum resedio et tenimento, cum eius rebus et bonis, et cum servitiis et redditibus, q. sibi dare vel facere tenetur, q. reddit sibi et dat annuatim spallam unam, laterensem unam, unum par pullorum, duodecim ova et VI operas, et cum omnibus aliis et singulis servitiis et prestationibus. Pena: duplum. Act. apud Pratum vetus. Presb. Iohannes de Tezano, presb. Bencivene de S. Marco, Renoardus de Faltona et B[o]naiutus f. Dominici de Caulo tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1224, Maggio 16, n. 2. *Summaria, c. XL, n. 2.*

1755. *17 Maggio 1224.*

« Orlandinus et Cavalcante olim Çibelli et Açolinus olim Beroardi per se suosque heredes, pro redemptione animarum suarum et suorum parentum, donaverunt pure et irrevocabiliter inter vivos donno Placito monacho Cam., recipienti vice donni Guidonis prioris Cam., unam petiam terre pos. ad Voltam de Fornello, iuxta viam et terras heremi Cam. Sub a. Domini M°CC°XXIIII°, XVI° kal. iun. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XI v., n. 5.

1756. *Raginopoli, 25 Maggio 1224.*

A. MCCXXIV, residente Honorio pp. tertio et F(ederico) Romanorum imp. imperante, VIII kal. iun., ind. XII. Iacobus, Picenakius de Rogiropuli et Burgisiana eius uxor f. qd. Reche, consentiente viro uxori, fuerunt confessi se in veritate pro pretio recepisse a Binello f. qd. Candoli [de] Frasseneta sol. XXIII Pis., pro quo fecerunt ei datum et concessionem in perpetuum de quadam petia terre, quam tenebant a Pratallia in Frasseneta u. d. ad Clausuras: (ab uno) terra Dati, ab alio Ugolini, a tertio Rainerii de Blanco, a quarto Iunte, cum omni iure et actione. Pena dupli. Act. apud Rogiropolim. Interfuerunt Martignonus de Ianicane, Rainaldus de Ponte et Fulcerius f. qd. Candoli tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale.

1757. *Monastero dell' Isola (Galeata), 9 Giugno 1224.*

A. MCCXXIV, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XII, die nono intr. iun., in claustro mon. Insulani. Gibertus et Iohannes fratres dant, vendunt, concedunt atque tradunt, pro redentione anime sue suorumque parentum et pro filio Iohannis, quem commiserunt in predicto mon. Ugitioni abb. mon. Insulani, recipienti pro se et fratribus et successoribus, in perpetuum quicquid habent et tenent in campo Çapellani, iuxta se[1] et viam et fosatum, et omne ius et actionem ac rationem. Pro pretio LX sol. Rav., q. confitentur accepisse; et si plus valet dicti pretii, illud plus pure et inrevocabiliter dat et donat inter vivos, et dando ipse Gibertus et heredes * * * * omni secundo anno medium starium grani predicto mon. Pena: X libr. Rav. Testes: Bornetus, Iohannes m[....]ano, Martinus, Çanellus Orseri, Ubertellus. Bonagura Galeat(ensis) s. Rav. eccl. not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* nosmetipsos

1758. *Galeata, 20 Giugno 1224.*

A. MCCXXIV, die XI ex. i[un.], ind. XII, tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Rodulfus f. Vid[....] dat, vendit atque tradit Ug[itioni abb.] m[on. S.] Marie Insule, nomine dicti mon. recipienti, perpetuo totam terram cultam et incultam cum suis arboribus omnibus, quam comparavit et conquistavit a Iohanne f. qd. Orlandini de Pleda, pos. in Villa Bitturalis et in illis pertinentiis: a tribus partibus dicti mon., a quarto latere postrerii. Pro XIIII libr. et X sol. den. Rav. pretio, q. confitetur accepisse. Pena dupli. [Act.] in foro plebis Galeat(ensis), coram Bonagura not.,

Guidone Orsetti, Guliel[me]tto Valbone, presb. Stephano Ridraculi et Deotisalvi fratre venditoris tt. Iohannes not.

Originale.

1759. *30 Giugno 1224.*

« Offolus et Bonavere eius gener per se suosque heredes in perpetuum fecerunt finem et perpetuam reffutationem donno Iohanni priori abbatie Curt(is) Lup(onis) de omni suo iure et actione, quod et quam habebant in quibusdam possessionibus emptis a predicto priore a Guidone olim Bustole pos. in podio Cur(tis) Lup(onis) l. d. Casalinum, sicut apparet per instrumentum scriptum manu Bonavere not., pro pretio sol. XIII. Sub a. Domini M°CC°XXIIII°, II° die kal. iul. Carta manu Boncompagni not. de Cesa ».

Summaria, c. CLVI, n. 3.

1760. *2 Luglio 1224.*

« Bifulcus de Lucignano per se suosque heredes in perpetuum fecit finem et perpetuam reffutationem donno Iohanni priori abbatie Cur(tis) Lup(onis) totius sui iuris et actionis, quod et quam habebat in quibusdam possessionibus pos. in podio Curt(is) Lupon(is) iuxta viam, q. de abbatia vadit ad Marcianum et stratam, q. transit per Marcianum ad civitatem, et infra districtum curie de Cesa. Pro pretio libr. III. Sub a. Domini M°CC°XXIIII°, VI° non. iul. Carta manu Boncompagni de Cesa not. ».

Summaria, c. CLVI, n. 2.

1761. *Banzena, 25 Agosto 1224.*

A. MCCXXIV, mense augusto, VIII kal. sept., ind. XII, Honorio pp. residente, Federigo imperante IIII a. imperii. Rengarda olim uxor Mathei et mater Rainerii, Aldebrandini et Rigi, per interrogationem Iacobi not., cum licentia dictorum filiorum, et germani fratres prenominati pure et simpliciter vendunt, dant, tradunt, cedunt et concedunt, mandant, guarentant, auctoriçant Marco monacho abbatie S. Marie de Pratallia, recipienti nomine illius abbatie et Guilielmi abbatis et omnium suorum monachorum et conversorum et suorum rectorum, integre et in perpetuum totum stabile q. habent et tenent vel alter pro se habet et tenet et habere videntur et credunt et sperant infra totam parrochiam eccl. S. Egidii et in toto districto Frasseneto, in villa et in castello, terras cultas et incultas, silvas et arbores extra silvas, prata et pascua, rivos aquosos et siccos, stirpeta ubicumque de suis possessionibus stabilibus esse inveniuntur infra dictam parrochiam, diviso et pro indiviso, una cum omnibus superioribus et

inferioribus pertinentiis. Per manum Fabri de Bançena eum investiunt, q. in tenimentum mittat. Pretium XIIII libr. den. Pis. receperunt. Pena: duplum. Act. in comitatu Aretino, in loco Bançena, in domo illorum venditorum. Ugo f. olim Guidarami, supradictus Faber investitor, Pregianni calçolarius de Biblena, Albertinus f. qd. Rainerii de Griffolo de Frasseneta tt. Iacobus not.

Originale.

1762. *Laterano, 8 Novembre 1224.*

Honorius pp. .. priori et prelatis aliis ordinis Cam. Cum grave nimis existeret, quod ii[1] pro quolibet ordinis domo specialem procuratorem apud Sedem apostolicam haberent, et unus si constitueretur pro universitate ordinis omnibus precavere non posset, cum nonnumquam contra fratres ordinis apostolice littere nulla de ordine ipso mentione habita impetrentur, indulget ut per illas non teneantur ii[1] et alii predicti ordinis fratres litteras respondere, q. de ordine ipso expressam non fecerint mentionem. Dat. Laterani, VI id. nov., pont. a. nono.

Originale: piombo perduto. Mittarelli, IV, 283 cit. Pressutti, Regesta Honorii III, n. 5157.

[1] *L'orig. ha* vos

1763. *Casale, 12 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, ind. XII[a], Honorio pp. residente et Federico imperante, II id. nov. Becevenne de Casale f. qd. Uberti una cum uxore Altavilia, data sibi ab ea licentia, et Cecilia mater suprascripti Becevenne, per consensum et datam sibi licentiam ab eodem filio et per interrogationem Berilli not., per hanc cartam divisionis et permutationis dant, tradunt et ad proprium concedunt Guidoni priori Planettoli, recipienti nomine eccl. Cam. et ermitorum, unam petiam terre videlicet usque ad medietatem vie, q. vadit ad plebem, et est in Soara iuxta terram dicte plebis de Soara, q. terra fuit olim Iacobi Guastonis, et iuxta Soaram dictam et terram dicti Becevenne, et cedunt insuper et mandant omne ius, petitionem et persecutionem in predictis, accepta a dicta eccl. et a priore illius loci permutatione, divisione et cessione de I clausura, q. fuit olim Burniti, a Vallialla iuxta viam a duobus lateribus, cum uno orto in Teverina iuxta terram Ildebrandini de Vallialla et Teverinam. Pena: duplum. Tacto libro ad sancta Dei evangelia sponte in anima dicte matris sue iuravit omnia singula firma tenere et non contravenire ullo tempore occasione minoris etatis nec alia qualibet exceptione. Act. apud castrum de Casale, in domo dicti Becevenne. Coram

Giliotto f. Maskietti de Planettolo, Vemtura de eodem castro, Paganello de Anglare et Ugolino Planettoli et aliis tt. Berillus not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il doc. seguente. Summaria, c. CXIII, n. 2. Cf. i regg. nn. 1745 e 1764.

1764. *Casale, 12 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, ind. XII[a], Honorio pp. residente et Federico imperante, II id. nov. Becevenne f. qd. Uberti de Casale, una cum uxore Altavilia presente et consentiente, et Cecilia mater eius, data sibi licentia a dicto filio et per interrogationem Berilli not., vendunt, tradunt et ad proprium concedunt Guidoni priori de Planettolo, recipienti nomine eccl. Cam., unam petiam terre in Soara, supra molendinum, per quam currit aqua, iuxta terram plebis de Soara et terram dicti Becevenne et Cam. a duobus lateribus, cum omnibus suis pertinentiis, et mandat omne ius et actionem. Pretium LV sol. den. Pis.; et plus si valet, totum inter vivos donant et cedunt. Meritum secundum legem recepisse confitentur. Pena: duplum. Act. apud castrum de Casale, in domo dicti Becevenne. Coram Giliotto de Planettolo, Vemtura de eodem castro, Paganello de Anglare et Ugolino Planettoli tt. Berillus not.

Originale. Segue, sulla stessa pergamena, al documento precedente. Summaria, c. CXIII, n. 3. Cf. i regg. nn. 1745 e 1763.

1765. *Foiano, 16 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, ind. XII, Frederigo imperante imp., XVI kal. dec. Matheus de Savia f. olim Martini vendit, tradit, transfert atque inrevocabiliter concedit ad proprium Bernardino castaldo de Cortevechia, recipienti nomine eccl. de Cam. et nominatim pro Cortevechia, I domum pos. in castello de Foiano cum platea et cum omni iure: ab una parte Iohannes Guidonis Uberiki et Rainer[ius P]igh[i], ex alia Merolli, a tertia Gianne Guardavere, a quarta dictus castaldus; et omne ius et actionem, quod et quam habet in domo dicti castaldi, sive in via sive in platea, sive in platea ipsius domus sive in resedio alicuius arce, vel in aliquo loco aut quocumque modo sita in eodem castello: ab uno latere Altanus Piantanelli, ex alio Rainerius Pighi et Iohannes Guidonis Uberichi, ex alio murus castellanus, ex alio antedicta domus vendita. Confitetur recepisse iustum pretium, scilicet CXV sol. den. Pis.; et si quid plus valet, simpliciter inter vivos donat pro legis merito accepto. Investitorem dedit Orlandinum magistrum, q. eum mittat in tenimentum. Pena: duplum. Act. in castro

Foiani, in platea Orlandi Sofredi. Testes: Orlandinus magister, Brunamonte de Boccavitello, Pepo Ranuccii et Neppoleone Giliotti. Baldirarius not.

Originale. Summaria, c. CLXIII v., n. 4.

1766. *Argelato (Bologna), 25 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, sexto ex. nov., ind. duodecima. Constat Guidonem Tarasie vendidisse et tradidisse Berno monaco S. Marie de Cam., recipienti nomine Guidonis prioris dicte eccl. eiusque fratrum et successorum in perpetuum, petiam unam terre aratorie pos. in pertinentia Argelate in Ruchis[1]) Durbecci — et sunt duo torn. et tertia pars alterius — cum superioribus, inferioribus finibus usque in via publica. Confines: a mane Rainaldus Çopus et Paganinus, a sero via publica, desuper Bixius, de subtus Petrocinus de Polverell(is). Pro pretio quattuordecim libr. et decem den. Bol., q. totum integre et legittime solutum fore confitetur. Pena: duplum. Umeltate uxor dicti venditoris, certiorata a not. cuncta bona dicti viri sui sibi pro dotibus suis fore obligata, sponte renumptiavit iuri ypotecario. Pena dupli. Act. Argelat(e), in burgo Besemante. Interfuerunt Albertus Garxendine, Deudatus de Petrocino, Albertus de Pupulo tt. Gratiadeus Argelate not.

Originale. Nello Spoglio: 1224, Novembre 25, n. 1.

1 *Così nell' orig.*

1767. *Argelato, 25 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, sexto ex. nov., ind. duodecima. Constat Ribaldum f. qd. Aldebrandini Luchi de Argelata vendidisse et tradidisse Berno monaco S. Marie de Cam., recipienti nomine Guidonis prioris predicte eccl. eiusque fratrum et successorum in perpetuum, petiam unam terre aratorie — q. sunt I torn. et dimidia — pos. in pertinentia Argelate in Runchis Durbecci cum superioribus, inferioribus finibus usque in via publica. Confines: a mane Iacobus Martini beccarii, a sero via publica, desuper Ubaldinus Barcella, de subtus Iohannes Ianie. Pro pretio novem libr. Bol., q. totum solutum fore confitetur. Pena: duplum. Act. Argelate, in porticu case infrascripti not. Interfuerunt Guiçardus de la Coca, Rodolfinus Gratiadei not. f., Petrus del Copa de Castagnolo tt. Gratiadeus Argelat(e) not.

Originale. Nello Spoglio: 1224, Novembre 25, n. 2.

1768. *(Argelato), 25 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, sexto ex. nov., ind. duodecima. Constat Rodulfum de Marnaxe de Argelata vendidisse et tradidisse Berno

monacho S. Marie de Cam., recipienti nomine Guidonis prioris predicte eccl. eiusque fratrum et successorum in dicta eccl. in perpetuum, petiam unam terre aratorie pos. in pertinentia Argelate in Runchis Durbecci — q. est una torn. et quinquaginta et tres tab. — cum superioribus, inferioribus finibus usque in via publica. Confines: a mane Rabertinus Menaita, a sero via publica, desuper Petriçolus Graciani, de subtus Servusdei. Pro pretio octo libr. et IIII sol. et II den. Bol., q. solutum fore confitetur. Pena: duplum. Inmelda uxor dicti venditoris, certiorata a not. cuncta bona dicti viri sui sibi pro dotibus suis fore obligata, sponte renumptiavit iuri suo ypotecario. Pena dupli. Act. in via publica burgi de Besomante, ante casam Guiçardi. Interfuerunt Guiçardus de la Cosa, Grevionus, Bubulcus, Martinacius tt. Gratiadeus Argelate not.

Originale. Nello Spoglio: 1224, Novembre 25, n. 3.

1769. *(Argelato), 25 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, sexto ex. nov., ind. duodecima. Constat Petriçolum de Graciano de Argelata vendidisse et tradidisse Berno monaco S. Marie de Cam., recipienti nomine Guidonis prioris predicte eccl. eiusque fratrum et successorum in perpetuum, petiam unam terre aratorie pos. in pertinentia Argelate in Runchis Durbecci — q. est una torn. et duo tab. — cum superioribus, inferioribus finibus usque in via publica. Confines: a mane Rambertinus Menaita, a sero via publica, desuper Guidolinus Gaudebene, de subtus emptor. Pro pretio sex libr. et XVIII den. Bol., q. totum integre et legittime solutum fore confitetur. Pena: duplum. Altimilia uxor dicti venditoris, certiorata a not. cuncta bona dicti viri sui sibi pro dotibus suis fore obligata, sponte renumptiavit iuri suo ypotecario. Pena dupli. Act. in burgo de Besomate. Interfuerunt Guiçardus de Coca, Grevionus, Bubulcus, Martinacius tt. Gratiadeus Argelate not.

Originale. Nello Spoglio: 1224, Novembre 25, n. 4.

1770. *Castiglione, 27 Novembre 1224.*

A. MCCXXIV, V kal. dec., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XII, in mercato Castilionis. In presentia Ugolini Girardi, Mathei Ugolini, Bruneti de Burgo et olim Ugonis et Sabatini de Riucavo tt., Asta de Montedolio refutavit, restituit atque transactavit Rigolo de la Mutina castaldioni Cam., recipienti pro priore Cam. et eius nomine, totum et integrum tenimentum del Colle, q. fuit olim Laurentii, et tenimentum Çanni de li Orleriis pos. in S. Criscentino, et ubicumque de dictis tenimentis inveni-

tur per omnia sua loca et vocabula, et omne ius et actionem et rationem. Confessus est se meritum recepisse secundum legem et nomine pretii xx sol. Pis.; et si pluris est, illud pure et simplicis inter vivos donationis eidem Rigolo concessit, et dedit ei in manus supradictum Sabatinum, q. eum sua vice corporaliter investiat, hoc tamen quod reservavit sibi usumfructum quoad vixerit, et eo mortuo dictum fructum rerum dicto priori revertatur. Pena: x libr. Guido not.

Originale.

1771. *Argelato, 5 Dicembre 1224.*

A. MCCXXIV, die quinto intr. dec., ind. duodecima. Constat Bonumalbergum et Bernardum et Iohaninum ff. qd. Petri de Ferante de Argelata vendidisse et tradidisse Berno monaco S. Marie de Cam., recipienti vice Guidonis prioris predicte eccl. eiusque fratrum et successorum in predicta eccl. in perpetuum, duodecim torn. terre aratorie, pos. in pertinentia Argelate in Runchis Durbecci, in duabus petiis cum superioribus, inferioribus usque in viis publicis. Fines prime petie, q. est octo torn. et dimidia: a mane Nicola et fratres eius, et Gratiadeus Çuvealis et Bonavere, a sero via publica, desuper Iohannes de Roça, de subtus Guidolinus et Luiterius; secunde petie, q. est tres torn. et dimidia: a mane Rambertinus de Luchese, a sero via publica, desuper Servusdei de Marnaxe, de subtus ff. Çanelli de Nigrobono. Pro septuaginta et duobus libr. Bol., q. pretium totum integre et legittime solutum fore confitentur. Pena: duplum. Act. Argelate, in porticu case dictorum venditorum. Interfuerunt presb. Clericus S. Prosperi, Guiçardus de la Coca, Nicola de Petro Nicole, Petrus Cirlamena, Gratiadeus Çuvealis tt. Gratiadeus Argelate not.

Originale.

1772. *Motena, 2 Gennaio 1225.*

Çanellus olim Guidoli et Aliotus olim Ranuçali, volentes quasdam terras assignare Rigolo castaldo domus Motane, pertinentes ad dictam domum, iuraverunt eas assignare prout sciverit[1]. Dictus Aliotus iuratus dicit suo sacramento quod tenimentum olim Lucarelli est de Cam. et quod dictum tenimentum remansit exhereditatum; de quo tenimento est una clausura pos. in Riu Baroçi, iuxta terram Guidonis Fresonis et Rosam olim Iohannis et viam a duobus (lateribus), de qua dicit esse medietatem; item dicit de silvis ibi prope pos. iuxta dictum Guidonem

et iuxta Brunam et iuxta viam a duobus (lateribus) et ubicumque de ipso tenimento invenitur: que omnia supradicta Çanellus predictus iuratus confirmat. Item dictus Aliotus dicit de tenimento Berardoli pos. in multis locis; de quo tenimento una petia est pos. in plano Albiani in l. q. d. Çolliame, iuxta terram eccl. de Castilione et Marium et castaldum de la Mutina et Bencivinni de Albiano et Albianum; item alia petia est in Caffaçio, quam possidet dictus Çanellus, iuxta Iohannem Gaibellum et Riçeptum et viam; item alia petia est al Colle, iuxta viam et dictum castaldum et dictum Guidonem et Vivianum del Colle; item alia petia est al Pratum del Frassenum, iuxta viam et Rosam Iohannis et Çanni Formeçam et terram plebis Miçani; item alia petia est al Rio del Colle, iuxta Gullielminum Artini et Çumketum et fossatum; item alia petia est in Riu de Meço, iuxta filium olim Montangnini et iuxta Bencivinni et iuxta dictum castaldum a tribus lateribus, et iuxta terram eccl. de Castilioni, et fossatum vadit per medium; item alia petia est in Camircole, iuxta Ubertinum de Canpallo et terram plebis et Dominicum; item alia petia est ibidem, iuxta Pascipurine et dictum Ubertinum et fossatum; item alia petia est ibidem, iuxta Dominicum et terram plebis et Sobiliam; item alia petia est ibidem, de qua sibi contingit tertia pars, ubi sunt quercus del Filo, et dicit quod ipse et eius nepos dant annuatim de dicta terra domo Mutine, nomine census, in festo s. Bartolomei VI den. Pis., et ipsa est iuxta dictum Çanellum et viam et Detefeice de Presciano. Item dicit Aliotus suo iuramento quod tenimentum olim Giraldi de Carçano est de domo Mutine, et dicit quod ipse vidit dictum Giraldum dare de tenimento supradicto XVIII den. annuatim, nomine census, in festo s. Bartholomei; item medietas unius molendini pos. al Pratum del Fraxino, et quod fuit olim Ranutii de Bona cum suo aquimolo, et dictum tenimentum per petias est divisum; una petia in Prato de Lameta, iuxta reglam et Nerconem et Iohannem Orlandini; item alia petia ibidem, iuxta Bertam Guilielmi et reglam; alia petia, q. est silva, in li Rancera, iuxta silvam Griffoli del Maloscio et filios Berte et Donisie. Omnia supradicta dicti Aliotus et Çanellus iuraverunt esse vera. Publicata sunt dictorum Alioti et Çanelli dicta in harea dicti Rigoli, presentibus Baratutio de Valle, Vivolo olim Pegoloti et Piccarino olim Rainaldi de Albiano. A. MCCXXV, IIII non. ian., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XIII, ad domum Motane, in harea prefata dicti castaldi. Guido not.

Originale.

[1] *Così ha l'orig.*

1773. *Bologna (monastero di Camaldoli), 15 Febbraio 1225.*

A. MCCXXV, tempore Honorii pp., die quartodecimo ex. febr., ind. tertiadecima. Guido prior et rector mon. S. Marie de Cam. de Nemore Burellorum de Bononia, presentibus et consentientibus fratribus, scilicet Martino monacho, Ugo, Adam, Berno, et presentibus et consentientibus fratribus suis conversis eiusdem eccl. Guidone converso, Ardoino sindico dicti mon., iure emphyteosin vendidit et concessit Guillielmo de Çesuris unam petiam terre vineate, q. dixerunt esse tres torn. et tertiam partem alterius torn., cum Androncella ibi pos., in plebatu Bon(onie), in l. q. d. Suçoli, cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. Fines: ab uno latere Guido Petri Coradi, ab alio Androna, ab alio vinea eccl. S. Cecilie, ab alio Gerardus Boni Iohannis. Pro pretio quadraginta octo libr., novem sol. et quatuor den., in utilitate dicti mon., quos debet dare et solvere Guidolino Cavallo, Servodeo et Ugolino de Natale pro petia terre ab eis empte, et reliquos debet solvere Octaviano canonico episcopii Bon(oniensis), quos solvit pro eodem mon. Bonoalbergo pro terra, quam ab eo emit apud Argellatam secundum quod continetur in publicis instrumentis scriptis manu Gratiadei not. de Argelata. Promisit semper legittime defendere usque in tertiam generationem, in quarto vero novum emphyteosin instrumentum a dicto mon. recipere, et liceat ei omni anno solvere dicto mon. nomine pensionis unum Bon. in festo s. Marie de martio omneque dampnum litis et expensas resarcire, sub pena dupli. Act. in claustro dicti mon. Testes: Bernardinus f. Orfanini, Petriçolus de Caselle, Vivianus de Tavernula, Çocolus de Gleola et Iacobus capistrarius. Matheus qd. Roçitti.

Originale.

1774. *Anghiari, 10 Marzo, 1225.*

A. MCCXXV, VI id. mar., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XIII, in castro Anglaris et in claustro eccl. S. Bartholomei eiusdem castri. In presentia magistri Vivoli Blondonensis olim Vilani, Bencivinni de Cassale et Plantanelli de Valialla et olim Guilielmini tt., Ildebrandinus de Valialla et olim Marini cessit, concessit, mandavit, transegit, refutavit et penitus renuntiavit et per pactum de cetero non petendo remisit et fecit Petro vicecomiti heremi Cam. monacho eiusdem heremi, nomine predicti heremi, in perpetuum, omne ius et actionem, et omnem rationem et persecutionem, quod et quam ipse habebat vel habere videbatur vel in futuro habere posset vel sperabat in una petia terre q. v. clausura Ursali: ab uno latere terra eccl. S. Petri

de Valialla, de suptus sive a parte inferiori domni de Petramala a duobus lateribus, ab alio latere via, a quinto latere Giliotus de Planetolo. Confessus fuit meritum secundum leges recepisse et habuisse nomine pretii VI libr. et X sol. den. Pis. Pena: XV lib. den. Pis. Guido not.

Originale. Nello Spoglio: 1225, Marzo 10, n. 1. *Summaria, c. CXIII, n. 4.*

1775. *Micciano, 10 Marzo 1225.*

A. MCCXXV, VI id. mar., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XIII[a], ad plebem Miçani. In presentia Bonensegne Guidonis, Blanci f. Rirainaldi et Ubertini de Burgepto de Anglare tt., Aliotus de la Motana inter vivos pure et simpliciter donavit Deo et heremo Cam. et Rigolo castaldo domus Motane et converso dicti heremi, recipienti pro dicta heremo, in perpetuum, unam petiam terre pos. in Luntirato: ab una parte Pecorarius de Luntirato, ab alia parte dictus castaldus, ab alia parte Iustinus et a quarto latere Guilielminus Artini. Per supradictum Bonensegnam eumdem Rigolum de dicta terra investivit. Confessus est meritum secundum legem recepisse et orationem in Christo. Pena: XII libr. Pys. Guido imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1225, Marzo 10, n. 2. *Summaria, c. CXXIII v., n. 4.*

1776. *Marciano, 1 Aprile 1225.*

A. MCCXXV, ind. XIII, kal. apr., tempore Honorii pp. et Frederigi imp. Alkervolus qd. Alkervoli finit, refutat, remittit et abrenuntiat Marcho monacho abbatie de Pretallia, nomine dicte abbatie recipienti, eiusque successoribus in perpetuum omnia iura et actiones, terras, servitia et pensiones, quas et que sibi pertinent de persona et podere Benincase de Orçallia et de suo resedio pos. in Serravalle. Confines: a primo Orlandini, a secundo episcopi, ab aliis duobus via. Confitetur recepisse viginti libr. den. Pis.; et id q. supradicte valent ultra dictum pretium iure donationis inrevocabilis inter vivos donat. Pena: quadraginta libr. Act. iuxta castrum de Marciano. In presentia presb. Rustiki eiusdem loci, Iohannis Lumbardi et Iseppi qd. Lotteringi. Matheus imp. aule not.

Originale.

1777. *Partina, 11 Aprile 1225.*

A. MCCXXV, ind. tertiadecima, tertio id. apr., tempore Honorii pp. tertii et Frederigi imp. Cum lis et controversia esset inter

Bernardum sindicum Cam. pro Cam. heremo seu mon., ex una parte, et Iohannem plebanum de Partina, suo nomine et nomine ipsius plebis, et suos concapellanos pro se et etiam nomine suarum ecclesiarum, ex alia, super quibusdam decimis, quas dictus sindicus dicebat et proponebat Cam. domum a dicto plebatu habere debere, scilicet a singulis massaritiis dicti plebatus unum sestarium frumenti de sua decimatione, sicut in privilegiis ab episcopis Aretinis domui Cam. concessis plenius continetur, dictus plebanus (Iohannes) pro se suisque successoribus et dicta plebe et etiam pro presb. Syon de Serravalle, presb. Bonus de Vecçano pro se suisque successoribus, presb. Albertus de Gresa pro se suisque successoribus, presb. Paulus de Soci pro se suisque successoribus, presb. Rusticus de Marciano pro se suisque successoribus, presb. Bonus de Camporena pro se suisque successoribus, presb. Bene de Condolese pro se suisque successoribus, presbiteri Ugo et Philippus de Farneta pro se suisque successoribus, presb. Martinus de Ragiropoli pro se suisque successoribus, presb. Morandus de Lierna pro se suisque successoribus, presb. Beninsegna de Pretale pro se suisque successoribus, presb. Verottus de Bucena pro se suisque successoribus, presb. Bonus de Moiona pro se suisque successoribus, presb. Bonus de Monte pro se suisque successoribus, presb. Gratia de Partina pro se suisque successoribus, [.....][1] de Ventrina pro se suisque successoribus, presb. Donatus de Contra pro se suisque successoribus, presb. Guillielmus de Serra pro se suisque successoribus, presb. Amicus de Biforco pro se suisque successoribus, presb. Martinus de Aiole pro se suisque successoribus, presb. [.....][1] pro se suisque successoribus, presb. Vekius de Gello pro se suisque successoribus, presb. Ianni de Gello pro se suisque successoribus, timentes periculum animarum suarum pro impedimento quod prestiterat in decimis predictis in preteritum detentis heremo et eccl. Cam. de dicto plebatu, aborrentes etiam detrimentum corporum suorum et scandalum futurum et parcere suis dampnis, laboribus, expensis volentes, et rerum suarum ecclesiarumque suarum deperditionem timentes, et etiam sibi et successoribus providere in futurum volentes, compositionem sive transactionem facere cum dicta domo Cam. de decimis cupientes predictis, volentes etiam saluti animarum suarum suorumque successorum in posterum providere, etiam si occasione dictorum privilegiorum vel aliqua alia ipsi vel eorum parrochiani de iure obligati non essent ad dictas decimas persolvendas, tamen pro Dei amore et pro salute animarum suarum suorumque successorum et quod heremite Cam. et conventus pro

animabus eorum suorumque successorum preces ad Dominum porrigere teneantur, et ut ad hoc in perpetuum sint obligati, omnes et singuli predicti pro se suoque capitulo et pro suis ecclesiis obligando sese suosque successores omnes et bona suarum ecclesiarum promiserunt dicto Bernardo sindico, recipienti nomine Cam. heremi seu prioris Cam. suorumque successorum, dare et solvere et se facturos et curaturos quod dentur et solvantur annuatim Cam. heremo sive priori Cam. de mense aug., octavo die post festum s. Marie, centum sestaria boni frumenti, bene mensurati ad rectum sestarium de Biblena, q. erat tempore huius contractus, videlicet in quattuor locis: apud Ragiropolim, apud plebem de Partina, apud Vecçanum et apud Bifurcum. Promiserunt solvere et dare nomine pene libr. centum den. Pis., et omnia dampna et expensas integre resarcire, facientes pactum quod si aliquod privilegium vel rescriptum super hoc ullo tempore impetrarent vel aliquis eorum, eo non uti contra domum Cam. vel rectores eiusdem. Fuerunt confessi a dicta domo Cam. secundum legem et canonum statuta iustum meritum recepisse. Preterea Bernardus sindicus pro Cam. domo et dicto priore et suis successoribus promisit prenominatis concappellanis, sub eadem pena centum libr. den. Pis., quod faciet fieri eis a priore Cam. predicto et fratribus finem et renuntiationem inrevocabilem de omnibus et singulis, q. dictus prior sive eius fratres vel eorum successores eis petere poterint vel eorum successoribus seu possent pro predictis privilegiis sive pro predictis decimis vel occasione earum ultra summam predictam centum sestariorum frumenti. Act. in plebe de Partina, in presentia Iohannis qd. [.....][1], Melliorelli f. Iuncte, Scolarii qd. Sansoli, Stephani et Bonamici filii Gianni et Ianelli de S. Petro in Frassino. Martinus Aret(inus) ep. predictis consensit et ss. Matheus imperialis aule not.

Originale. Mittarelli, IV, 287 cit.

[1] *Una macchia nella pergamena impedisce la lettura.*

1778. *Chiostro della Pieve d'Arezzo, 16 Aprile 1225.*

Cum D. plebis Art(ine) archipresb. summi pontificis auctoritate presb. Riccum et Accattabene fratrem eius de pleberio Miciani ad presentiam suam legitime et perentorie citasset ut venirent Petro sindico eccl. Cam. rationabiliter respondere super quadam petia terre pos. in l. q. d. Ripa, iuxta vias a tribus lateribus et iuxta terram Tegoleti et uxoris eius, quam terram (Petrus) dicit ad prefatam eccl. pertinere et dictos fratres eam sibi resti-

tuere debere, et ad terminum eis perentorie datum venire vel mittere contumaciter recusaverint, precipit et decernit iamdictum sindicum fore mittendum in possessionem supradicte petie terre, et mittit dando ei executorem plebanum de Miciano, ita quod, si infra annum et diem redierint data cautione iudicio sisti et restitutis expensis, possint recuperare tenutam iamdictam; quod si aliquis contra dictam tenutam temere venire presumserit, excomunicationis vinculo se noverit innodatum. Data sive recitata hec sententia in claustro Art(ine) plebis, XVI kal. mad., coram Donadeo, Petro Rigoli Art(ine) plebis canonicis et presb. Tuscano tt. A. MCCXXV, ind. XIII, tempore Honorii pp. III, Federico imperante. Bartholus not.

Originale. Summaria, c. CXXIIII, n. 1.

1779. *Argelato, 26 Aprile 1225.*

A. MCCXXV, Federico imp. in Romano imperio regnante, die quinto ex. apr., ind. tertiadecima. Constat Guidolinum de Terçaparte de Argellata vendidisse et tradidisse Berno monacho et presb. eccl. S. Marie de Cam., vice Guidonis prioris eccl. S. Marie de Cam. de Bon(onia), petiam unam terre aratorie pos. in curia Argellate in l. q. d. Runco de la Guardata in Durbecco et a pertic(a) leg(itima), X pedum mensurata et asazata — et est II torn. minus quatuor tab. — cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. Confines: a mane via p(ublica) et sunt pert. XII minus I ped., a sero Giliolus de Argellata et sunt pert. XI et III ped., desuper Bentevollo f. Zanbonis de Oculis de Argellata et sunt pert. XXIIII et IIII ped., et de suptus Ugolinus de Natalis et sunt pert. XXIIII et VI ped. Pro pretio sex libr. Bol. pro qualibet torn., q. totum pretium capit duodecim libr. minus quadraginta den., q. sibi bene solutum confitetur. Pena: duplum. Ysabella uxor iamdicti venditoris, Grisillia nurus dicti venditoris et Dominicus pater dicte Grisillie de Laquayla huic venditioni consenserunt, et certiorat(e) a Gerardo not. omnia bona dicti venditoris pro dotibus earum sibi fore oblig(averunt) et ren(untiaverunt) ius ypotecarum, et predictam venditionem promiserunt firmam habere. Pena dupli. Dictus Dominicus promisit quod curabit et faciet ita quod dicta eius filia et heredes eius haberent firmam et ratam dictam venditionem. Pena dupli. Act. in Argellata sub portic(o) venditoris. Petriçolus de la Guarnuza de Argellata, Gerardinus Resanus de eodem loco, Iohannes de Florello, Sclantabursa et Ugolinus de Natalis, et Guizardus de la Coccha

de Argellata tt. Gerardus de Bazano, q. manet in Bon(onia), in burgo strate S. Vitalis, not.

Originale.

1780. *Argelato, 27 Aprile 1225.*

A. MCCXXV, Federico imp. in Romano imperio regnante, die quarto ex. apr., ind. tertiadecima. Constat Ugolinum de Natalis de Argellata vendidisse et tradidisse Berno presb. et monacho eccl. S. Marie de Cam. de Bon(onia), vice Guidonis prioris dicte eccl. recipienti et in honorem Dei et eccl. S. Marie Cam. de Bon(onia), et eius successoribus in perpetuum, petiam unam terre aratorie pos. in curia Argellate in Guardata in l. q. d. Durbecco — et est tres torn. et dimidia alterius et XVIII tab. minus XV ped., a pertic(a) leg(itima) X pedum mensurata et asazata — cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam, et cum omni iure et actione. Confines: a mane via publica et sunt pert. XXI minus I ped., a sero Grosolani et sunt pert. XXII minus III ped., desuper emptor pro dicta eccl. et sunt pert. XXIIII et VI ped., et de suptus Natalis et sunt pert. XXIIII et IIII ped. Pro pretio sex libr. Bon. pro qualibet torn., q. totum capit viginti et unam libr. Bol. et quindecim sol. minus duos den., q. pretium sibi bene solutum confitetur. Pena: duplum. Zungna uxor iamdicti venditoris huic venditioni consensit, et certiorata a Gerardo not. omnia bona dicti venditoris pro dotibus suis sibi fore oblig(avit) et ren(unciavit) ius ypotecarum, et predictam venditionem promisit firmam habere. Pena dupli. Act. in Argellata, sub portic(o) Guidolini de Terçaparte. Bernardus de Ferante, frater Bonialbergui, Guidolinus de Terçaparte de Argellata, Dominicus de Layquayla de eodem (loco), Gerrardinus Resanus de Argellata et Guizardus de la Coccha de Argellata tt. Gerardus de Bazano not.

Originale.

1781. *Argelato, 28 Aprile 1225.*

A. MCCXXV, Federico imp. in Romano imperio regnante, die tertio ex. apr., ind. tertiadecima. Constat Servumdeo f. qd. Zanbonelli de Marnasce de Argelata vendidisse et tradidisse Berno presb. et monacho eccl. S. Marie de Cam., recipienti vice Guidonis prioris dicte eccl. eiusque successoribus in perpetuum, petiam unam terre aratorie pos. in curia Argellate in Guardata in l. q. d. Durbecco — et est I torn. et tertia pars alterius torn. minus XL ped. a pertic(a) leg(itima) X pedum mensurata et asazata — cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam et

cum omni iure et actione. Confines: a mane Ranbertinus Menato et sunt pert. VIIII, a sero via p(ublica) et sunt pert. VIII et V ped., desuper emptor et sunt pert. XXII, et de suptus emptor et sunt pert. XXII minus II ped. Pro pretio sex libr. Bol. pro qualibet torn., q. totum capit octo libr. Bol. minus quatuor den., q. totum pretium sibi bene solutum et traditum confitetur. Pena: duplum. Remedia uxor iamdicti venditoris huic venditioni consensit et certiorata a Gerardo not. omnia bona dicti venditoris pro dote sua sibi fore oblig(avit) et ren(untiavit) ius ypotecarum, et promisit predictam venditionem firmam habere. Pena dupli. Act. in Argellata, sub portic(o) Guidolini de Goldebene. Guizardus de la Chocha de Argellata, Bonusalbergo de Ferante de Argellata et Luyterius f. qd. Açolini de Goldebene tt. Gerardus de Bazano.

Originale. *Nello Spoglio:* 1225, Aprile 28, n. 1.

1782. *Argelato, 28 Aprile 1225.*

A. MCCXXV, Federico imp. in Romano imperio regnante, die tertio ex. apr., ind. tertiadecima. Guidolinus de Goldebene de Argelata vendidit et tradidit Berno monacho et presb. eccl. S. Marie de Cam. de Bon(onia), vice Guidonis prioris dicte eccl. recipienti et in honore Dei et eccl. S. Marie de Cam. de Bon(onia), et eius successoribus, medietatem unius petie terre aratorie pos. in curia Argellate in Guardata in l. q. d. Durbecco, quam habet pro indiviso cum nepotibus suis, nec non Luyterius f. qd. Azolini de Goldebene pro se et pro fratre suo Iohannino impubere vendidit et tradidit Berno, recipienti pro dicto priore et dicta eccl. et eius successoribus in perpetuum, aliam medietatem dicte petie terre pro indiviso — q. est IIII torn. minus II tab. a pertic(a) leg(itima) X pedum mensurata et asazata — cum ingressu et egressu suo usque in viam p(ublicam) et cum omni iure et actione. Confines: a mane Remengarda Iacobi de Nichola et Bonavere, et sunt pert. XXIIII, a sero via p(ublica) et sunt pert. XXIIII, desuper emptor et sunt pert. XXV, et de suptus emptor et sunt pert. XXIII, I ped. et dim. Pro pretio sex libr. Bon. pro qualibet torn., q. totum capit viginti et quatuor libr. Bon. minus viginti den., q. pretium sibi bene solutum confessi fuerunt, scilicet cuilibet eorum duodecim libr. minus decem den. Dictus Luyterius promisit facere firmare cartam a predicto fratre suo Iohannino impubere, quando fuerit in tempore firmandi cartam, et etiam infra XV dies postquam habuerit quindecim annos firmari faciet, sub pena dupli. Pena: duplum. Zulitta uxor dicti Guidolini, Dulcebella mater Luyterii et Iohannini et Gunda

uxor dicti Luyterii huic venditioni consenserunt, et certiorate a Gerardo not. omnia bona dictorum venditorum pro dotibus earum sibi fore oblig(averunt) et ren(untiaverunt) ius ypotecharum. Pena dupli. Act. in Argelata sub portico venditorum. Bonusalbergo de Ferante de Argellata, Guizardus de la Coccha de eodem (loco), Perolinus f. Perone et Servusdei f. Zanbonelli de Marnaxe de Argellata tt. Gerardus de Bazano not.

Originale. Nello Spoglio: 1225, Aprile 28, n. 2.

1783. *13 Maggio 1225.*

« Ursucius et Ugolinus Ursi de Oliveto per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt donno Iohanni priori abbatie Cur(tis) Lup(onis), pro ipsa abbatia recipienti, unam petiam terre, de qua predicti venditores dabant predicte eccl. annuatim nomine census den. III, pos. in campo dicte eccl. in Curte de Marcian(o) in podio de Bibiano, iuxta terram Iohannis Arengerii et Acursi Petri Crassi et Boncompagni not. et Iohannis Berretini et Teuçonis, et iuxta Crassum et stratam, pro pretio sol. XLVIII. Sub a. Domini M°CC°XXV°, III° id. maii. Carta manu Rubei not. ».

Summaria, c. CLVI, n. 4.

1784. *19 Agosto 1225.*

« Domus leprosorum de Poppio de Capite pontis tenetur in perpetuum recipere fratres leprosos Cam., tam monachos quam conversos, ubicunque fuerint in obedientiis Cam. heremi, pro concessione sibi facta a donno Bernardo camerario Cam. pro Cam. heremo plebano de Vade rectori eorum et Ricovero bailitori eorum, recip(ientibus) nomine dictorum leprosorum, quarumdam terrarum pos. in territorio de Poppio. Sub a. Domini M°CC°XXV°, XIIII° die kal. sept. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXXVIII, n. 4. Mittarelli, IV, 287 cit., colla data die decima octava aug.

1785. *Ravenna, 20 Agosto 1225.*

A. MCCXXV, die XII ex. aug., ind. X^a^III^a^, tempore Honorii pp. et Federici imp., Ravenne, sub porticu S. Mame de curia Rainerii Ubertini, presentibus testibus Davançato serviente dicti domni, Brunetto f. eius, Dominico canavario domni predicti, Maketto de Romena et Iacobo Riçio de Rageropoli investitore. Rainerius prefatus dedit, concessit, tradidit atque donavit in perpetuum pro anima patris et matris sue et Fidei qd. uxoris sue Guidone et Gui.[1] monachis recipientibus pro Guidone priore Cam. et heremo Cam. et specialiter pro cella, quam ipse Rainerius fa-

cit construi atque hedificari ibi, totam illam terram quam ipse emit a filia sua Agnesia xx l(ibr.), pos. in Sparena: a primo latere via publica et eccl. Sparene, a secundo Cam., a tertio silva, a quarto Paralarte, q. tenet pro proceribus; et est vii star. sementature; et si plus esset intra terminos predictos, sit in ista donatione, tali conditione, quod prior prefatus et sui successores et fratres teneantur semper facere morari in cella, quam ipse Ra(inerius) ibi facit hedificari, unum heremitam, q. teneatur orare pro anima ipsius domni suorumque parentum, et si locus ille deveniret quod ibi heremita non esset, dicta terra debeat ad ipsum vel ad suos heredes reverti. Pena: c sol. Iohannes not.

Originale. Summaria, c. XXXII, n. 1, colla data die xii° aug. *Mittarelli, IV App., 443, n. CCLXVI.*

[1] *Così nell' orig.*

1786. *Ortignano, 26 Agosto 1225.*

A. mccxxv, residente Honorio pp. et F(ederico) Romanorum imp. imperante, vii kal. sept., ind. xiii. Rainaldus abbas Camp[i]leonis vice sui mon., Ugolinus Givengi, Corbizo f. qd. * * * * et Rainerius eius nepos, ex una parte, et Bernardinus f. qd. Cristofori, Teuzo f. Orlandini et Rainaldus eius nepos, ex alia, eligerunt, fecerunt et constituerunt eorum arbitros et laudatores atque communes amicos Conpagninum de Radiolo, Rainerium Orlandini et Ugolinum Grimoli super litibus et controversiis, q. inter eos vertebantur occasione turrium sive pro turribus de Radiolo et Ortignano et quarumdam platearum, et inter se promiserunt quod quicquid statuerint, ordinaverint, preceperint seu laudaverint unanimiter et concorditer omni tempore ratum habebunt et retinebunt inconcussum. Pena: [...] den. Pis. Act. in castro de Ortignano in eccl. Interfuerunt presb. Paga[ni...] S. Mafei, presb. Curte de Larniano, presb. Ugo de S. Petro, Grisius et Rodulfinus ff. qd. Donesdei tt. Item eodem anno et ind., v id. sept., in platea ante dictam eccl. de Ortignano, in presentia et testimonio presb. Pagani predicti, presb. Bracii de Coita, Rainonis f. qd. Gualteri, Miniati f. qd. Teuzi et Iacobi de Vanna, dicti arbitri preceperunt, laudaverunt et arbitrati sunt ut predicti Bernardinus, Teuzo et Rainaldus dent et concedant medietatem turris de Radiolo cum suo solo et edifitio, introitu et egressu abbati, Ugolino, Corbizo et Rainerio predictis et inde faciant eis cartam rationabiliter, et dicti abbas, Ugolinus, Corbizo et Rainerius dent et concedant dictis Teuzoni, Bernardino et Rainaldo solummodo medietatem turris de Ortignano cum suo solo et edifitio, introitu et egressu, et sex plateas infra castrum predictum et medietatem unius platee, iuxta predictam turrim pos., et non

plus, nec pro predicta medietate turris sive pro ipsis plateis vel occasione earum aquiratur eis aliqua iurisdictio vel dominium in dicto castro Ortignano, nisi tantummodo ut in dictis plateis et medietate turris, et de predictis faciant eis cartam rationabiliter. Item preceperunt, laudaverunt et arbitrati sunt ne aliqua partium sive aliquis de parte de cetero subtrahat vel tollat sive subtrahi vel tolli faciat per se vel per alium aliquo modo vel ingenio alteri parti sive alicui predictorum consortum dictas turres vel alteram earum, nec aliquis dictorum consortum sive domnorum sit in facto vel in dicto quod alter eorum « admittat » dictas turres vel alteram earum. Immo si aliquis seu aliqui consortum et domnorum « ammiteret vel anmitterent » dictas turres vel alteram earum aliquo casu, alii consortes sive domni pro viribus teneantur eos iuvare eam vel eas recuperare, et recuperatam vel recuperatas retinere bona fide et sine fraude. Item quod faciant sibi ad invicem bonam vicinantiam et non malam, et, si fuerit necesse alicui de consortibus predictis ambe turres vel altera earum pro defensione sui et bonorum suorum, habeat eas in totum sine lite et briga aliorum consortum predictorum, non auferendo vel destruendo malitiose bona aliorum consortum suorum. Item preceperunt, laudaverunt et arbitrati sunt ut dicti abbas, Ugolinus, Corbizo et Rainerius a festo b. Michaelis proxime infra duos annos proxime venientes murent tantum de muro supra turrim de Radiolo quantum constaret murus, q. est supra terram eiusdem turris, in laude magistrorum, detracto tamen de ipso muro tantum quantum est murus antiquus, q. est supra terram turris de Ortignano predicte, et si non fecerint, componant nomine pene alteri parti libr. decem den. Pis., et nichilominus murum teneantur facere infra sex menses proxime venientes post ipsum terminum. Item preceperunt, laudaverunt et arbitrati sunt ut partes invicem inter se facerent finem et reffutationem et pactum de non ulterius petendo de omnibus iniuriis, dampnis et malefitiis inter eos factis, datis vel illatis, et specialiter ut dicti Bernardinus, Teuzo et Rainaldus facerent finem Rainbaldo et eius f. Uguccioni et eius nepotibus Rainbaldo et Ugolino, et perpetuam pacem eis tenerent. Item si aliquis de consortibus offenderit alium vel alios, quod teneatur eis emendare infra triginta dies, et omnia suprascripta et singula preceperunt inviolabiliter observari, sub pena suprascripta. Item eodem die, modico intervallo, presentibus presb. Pagano et presb. Bracio et Rainone predictis testibus, predicti abbas, Ugolinus, Rainerius et Corbizo introduxerunt in corporalem possessionem medietatis turris prefate de Ortignano dictum Bernardinum recipientem pro se et Teuzonem recipientem pro se et Rainaldo, dantes et con-

cedentes eis medictatem prefate turris. Preterea sequenti die apud Radiolum, in presentia et testimonio Griffoli de Ardimanutus[1], Rainbaldi de Ortignano et presb. Iohannis de Coita, predicti Bernardinus et Teuzo pro se et Rainaldo predicto similiter et eodem modo introduxerunt in corporalem possessionem predictos abbatem, Ugolinum, Corbizum et Rainerium medietatis turris de Radiolo, dantes et concedentes eis medictatem prefate turris. Iulianus sacri pal. not.

Originale.

[1] *Così nell' orig.*

1787. *29 Dicembre 1225.*

« Guerrucius de Pratali et Mengarda uxor eius et Mafeus eius f., pro remedio animarum suarum et suorum parentum, donaverunt irrevocabiliter inter vivos donno Palmerio Cam. converso, pro Cam. heremo recipienti, unam petiam terre in Pratali l. d. Clusa Guerrucii, iuxta terras predicte heremi et antedicti Guerrutii. Sub a. Domini M°CC°XXV°, die IIII° kal. ian. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria c. XXXI v., n. 5.

1788. *Petrella, Dicembre 1225.*

A. MCCXXV, dec., tempore Onorii pp. et Federici imp., ind. XIII. Guido f. qd. Ranuci Sasoli cum uxore Diatane vendit, tradit Machabeo et Obedie et heredibus in perpetuum totam et integram partem unius petie terre pos. in curia Penne infra plebe S. Petri in Mesa in l. q. S. Colunbe noncupatur. Confines: a I latere filii Arbolocti, a II latere filii Fortunati Peçali, a III latere iure S. Colunbe, a IIII latere via publica. Pro pretio quadraginta septem sol. R(av.), quos omnes integre numeraverunt atque solverunt. Pena dupli. Act. in foro P[e]trelle. Iacobo Baldone, Orsacto f. Iohanne Ugi, Benecontra Valplane, Alexio Sorbi[1] tt. Niger not.

Originale.

[1] *Nome aggiunto dopo dalla stessa mano.*

1789. *Montefatucchio, 1225.*

Martinus Aretinus ep. omnibus hanc paginam inspecturis. Precipit et mandat ut mon. de Pratallia decimationes omnes, sicut a XL vel quinquaginta annis recepit, ab hominibus habitantibus in Coreço et curte eius libere ac pacifice recipiat sine molestia et contradictione presb. et eccl. de Correço; idem presb. et eccl. sua de Correço similiter decimationes recipiat ab homini-

bus de Coreço et curte eius, sicut a XL vel quinquaginta annis recepit, sine contradictione mon. de Pratallia, non obstante eo quod si mon. de Pratallia vel aliquis pro eo infra predictum tempus aliquas decimationes recepit ad prefatam eccl. pertinentes, et e converso si eccl. sepedicta decimationes a predictis recepit ad ipsum mon. de Pratallia pertinentes. Dat. apud Montemfatuclum per manum Benedicti capellani ep.[1].

Originale: senza sigillo. Mittarelli, IV, 292 cit., sotto l'anno 1226.

[1] *L'orig. ha* nostri

1790. *25 Febbraio 1226.*

« Ildebrandinus et Reconsolus f. olim Cianni de Antillia per se suosque heredes in perpetuum promiserunt solvere annuatim in festo s. Quirici dicto mon. nomine pensionis den. IIII^{or} bonos et spend. pro locatione eis facta a donno Leonardo priore dicti mon. unius petie terre laboratorie pos. in Curte Fracte Rinuc(ii) ad stratam, iuxta Ranucium Rosane et Diotesalve et advocatum et stratam in capite. Pro qua etiam locatione recepit predictus locator a predictis conductoribus libr. XV Pis. Sub a. Domini M°CC°XXVI°, die V° ante kal. mar. Carta manu Boncompagni de Cesa not. ».

Summaria, c. CLXXV v., n. 2.

1791. *27 Febbraio 1226.*

« Viventius sindicus et procurator Cam. heremi pro Cam. et Merlus, pro se et Rotondo et Melliore fratribus suis et pro suis nepotibus, filiis olim fratris sui Bonaiuncte, et suis et eorum heredibus, et uterque predictorum in solidum compromiserunt in magistrum Quintavallem iud. et arbitrum super questione, quam inter se habebant occasione unius petie terre pos. in curia de Marciano iuxta terram domni[1] Raynerii de Vichio et vias et terram Pedonis Rustichelli et terram filiorum olim Guidonis Laurentii, et occasione unius vinee cum solo eius pos. in dicta curia iuxta vineam Merli predicti et fratrum et vineam dicti[2] Ubertini et terram Guidonis Bonensegne et viam publicam. Predictus autem magister Quintavallis iud. predictam questionem taliter diffinivit, videlicet quod prefatus Merlus, pro se et dictis fratribus et nepotibus suis, predicto sindico Cam. medietatem pro indiviso dicte terre et vinee cum eius solo daret et ressignaret, et inde ad unum mensem proxime divisionem faceret de predictis, et de medietate alia faceret predicto sindico libellarium instrumentum et solveret annuatim pro predicta medietate in dominica olivarum Cam. heremo vel eius nuntio nomine census den. III bonos et spend., et

pro restauramento dampni et expensarum sol. LVIII. Sub a. Domini M°CC°XXVI, III° kal. mar. Carta manu Griffolini not. ».

Summaria, c. CXLIII, n. 2.

[1] *Da correzione di* dicti [2] *Forse come sopra, dove però è stato corretto, erroneamente per* domni, *perchè questo* Ubertinus *non è mai ricordato.*

1792. *Foiano, 15 Marzo 1226.*

A. MCCXXVI, ind. XIIII, Frederigo imperante imp., id. mar. Guerrucçus Balduvini fuit confessus se tenuisse, possedisse et habuisse pro eccl. de Cam. quamdam petiam terre, quam vendidit Piero Rubboli, pos. in curte de Foiano in havocabulo Holimeta; pro restauratione et recompensatione ipsius petie terre dedit, tradidit, cessit et concessit Bernardino castaldo de Cortevechia, recipienti pro dicta eccl. de Cam., unam petiam terre cum omnibus finibus, pertinentiis superioribus et inferioribus, iure et accessione pos. in curte de Foiano in l. q. d. Fo[n]taltola: ab uno latere Bernardus Baldu[vi]ni, ex alio Ubertinus Guidarini, a pede Acorsus Quarti. Castaldus et Guerrucçus hanc conditionem inter se posuerunt, quod Guerrucçus illam terram de Fontaltola tam ipse quam eius heredes debent habere, tenere et possidere pro eccl. de Cam. et annuatim pro ea terra dare debeant castaldo de Cortevechia in festo s. Stephani de Nat(ivitate) II den. monete communiter expendibilis per comitatum Aret(inum), et, si quando eorum ius alicui vendere vel dare alienando voluerint, ter intra dies XXX castaldum de Cortevechia pro eccl. de Cam. requirere debeant, et ei dare debeant II sol. minus quam alteri sine asto, si voluerit, et, si noluerit, liceat eis postam dare cui voluerint, attamen non eccl. vel loco religioso vel servo, scilicet tali persone, q. dicte eccl. pereque bene serviat, conservata inde decima dicte eccl. et conservata Guerrucço et heredibus eius una commestione infra spatium IIII annorum, scilicet de quarto in quarto anno. Si contingeret quod Guerrucçus vel eius heredes defensionem non possent facere, conservatur ius dicte eccl. de Cam., quod haberet in antedicta petia terre de Holimeta. Pena: duplum. Act. in curte de Foiano, in domo de Cortevechia. Testes: Orlandinus magister, Bandinus Rossi et Bencivenni de Ubertino. Baldirarius not.

Originale. Summaria, c. CLXIIII, n. 1.

1793. *Forlimpopoli, 18 Marzo 1226.*

Rodulfus abbas mon. S. Hyllari de Galiata et Bernardinus archipresb. Galiatensis plebis arbitri sive arbitratores et amicabiles compositores de omnibus litibus et questionibus, q. vertebantur

inter Hegidium ep. Populiensem nomine sui episcopatus, ex una parte, et Ugiçonem abb. Hynsulanum et Albertum rectorem eccl. S. Paterniani de Faraçano Populiensis dioc. nomine ipsius eccl. S. Paterniani, ex altera, pro procurationibus, collectis, quas ep. petebat sibi prestari ab eccl. seu rectoribus eccl. S. Paterniani — et quia ep. predictus petebat ut prior dicte eccl. S. Paterniani reciperet ab eo curam animarum et benedictionem et ut, habita ab eo benedictione, haberet licentiam administrandi pro quibusdam aliis petitionibus et rebus, quas ipse ep. in temporalibus et spiritualibus petebat ab ipsa eccl. S. Paterniani et rectoribus ipsius eccl. sibi et suo episcopatui prestari et exhiberi, et a se ipso pro suo episcopatu recipi — visis, auditis et diligenter inspectis dictis et pętitionibus ep. predicti et visis et auditis dictis et defensionibus abb. Hinsulani et Alberti rectoris eccl. S. Paterniani et instrumentis ab ipsis demonstratis et privilegio eccl. Cam. et super his omnibus habita deliberatione diligenti, ex vigore compromissi, laudant, arbitrantur, pronuntiant, dicunt et sententiant in scriptis quod quicumque fuerit electus rector eccl. Faraçani debeat representari per abb. Hinsulanum vel eius nuntium coram episcopo Populiensi infra quindecim dies postquam fuerit electus, et ep. in ipsa representatione det ipsi rectori benedictionem, et si contigerit capellanum esse in ipsa eccl. Faraçani, ipse capellanus representet se coram episcopo Populiensi vel coram archipresbitero plebis Meldule infra quindecim dies postquam ibi f[uerit]; rector non debeat representari coram episcopo, si contigerit capellanum ibi esse, ut dictum est. Et si per tempus eccl. Faraçani vel eius altaria occurrerint consecranda, debeant consecrari per ep. Populiensem et ab eo recipere consecrationem, et rector eccl. Faraçani det et tradat annuatim episcopo Populiensi unam procurationem de duobus pastis, scilicet in mane et in sero, et ep. sit ibi cum septem equis et cum septem personis equitantibus, computata sua persona in istis septem personis equitantibus, et habeat secum sex homines euntes pedites, et dictus rector vel det dictam procurationem annuatim vel quadraginta sol. Rav. pro procuratione. Et idem rector habeat electionem quale(m) facere voluerit, vel dare procurationem vel quadraginta sol. pro procuratione[1]. Et dictus ep. debeat recipere qualecumque sibi dare voluerit rector eccl. Faraçani, salvo quod in quolibet spatio quatuor annorum ep. debeat habere procurationem si voluerit, ut ad dictam eccl. ad recipiendum procurationem, et non sit astrictus in illo anno accipere den. pro procuratione, sed [aliquo] modo procurationem, si accipere voluerit; et rector Faraçani debeat ei eccl. tot personis dare cum quot supra dictum est. Et ipse rector Faraçani annuatim debeat

dare episcopo Populiensi duos sol. Rav., tantum et non plus, pro collecta et cathedratico, eo salvo quod si aliquo tempore fieret collecta per ecclesias episcopatus Populiensis per cardinales vel legatos apostolice Sedis vel per consecrationem ipsius eccl. Populiensis episcopi, ipse rector pro eccl. Faraçani redeat episcopo pro una capella in collecta. Et si rector vocatus fuerit ad sinodum, vadat vel mittat suum nuntium, servata sibi et sue eccl. libertate ordinis ipsius eccl. Faraçani. Et interdictos et excomunicatos ab episcopo vel ab aliquo auctoritate episcopi, ipse rector interdictos et excomunicatos tenebit; et ep. ex officio suo abbati Hinsulano et rectori Faraçani pro ipsa eccl. Faraçani et eidem eccl. Faraçani in personis et rebus, tam in temporalibus quam in spiritualibus, in quibus poterit, cunferat, prestando eis et ipsi ecclesie auxilium ad protectionem ipsius eccl. Ab omnibus aliis petitionibus, quas dictus ep. faciebat vel facere posset eccl. S. Paterniani de Faraçano vel abbati Hinsulano vel Alberto rectori ipsius eccl. Faraçani pro ipsa eccl., ipsos pro ipsa eccl. Faraçani et ipsam eccl. Faraçani absolvunt. Hec omnia precipiunt ab eis et ab eorum successoribus firma et rata teneri, observari et adimpleri in omnibus et singulis capitulis in perpetuum, sub pena ab [eis] promissa in compromisso, videlicet centum libr. Rav. Latum hoc arbitrium in scriptis Forumpopilii, in palatio ep., sub a. MCCXXVI, tempore Honorii pp. et Fred(erici) imp., ind. quartadecima, die octavo decimo intr. mar., testibus presentibus magistro Bencevenne not. de Forumpopillio, presb. Boncompagno capellano eccl. S. Nicholai de Forumpopillio, presb. Petro de Scloa, presb. Raynerio de Biturali et Gerardo Symeonis s. Rav. eccl. archiep. ac Liviensi not. Statim lato arbitrio, coram dictis testibus et dicto Gerardo not., dictus episcopus, presb. Petrus, presb. Clarius, Rodulfus, Ambrosius diaconi, et Onatellus subdiac. canonicus Populliensis eccl., et Ugiçon abbas Hinsulanus, Albertus rector eccl. S. Paterniani de Faraçano, Befanius monacus et rector, Bencevenne, Iohannes Pacis et Iohannes Scutiçus conversi dicte eccl. de Faraçano pro ipsa eccl. Faraçani et pro se laudaverunt, comprobaverunt et confirmaverunt compromissum et laudum et arbitrium predictum et firmum habere promiserunt. (Gerardus not. Liviensis)[2].

Copia sincrona di Iohannes imperialis aule et Rav. not. *Mittarelli, IV, 293 cit. Cf. i regg. nn. 1803 e 1807.*

[1] *Dalle parole* Et idem rector *sino a* pro procuratione *aggiunto in calce al doc., prima della sottoscrizione.* [2] *Il nome del not. è nella* corroboratio *e nella sottoscrizione del not. che copiò.*

1794. *29 Marzo 1226.*

« Orlandus, Raynucius et Castraleone f. olim Orlandi Çibelli dederunt iure permutationis Vange converso Cam., recipienti vice Cam. heremi, unam petiam terre pos. in Sparena, iuxta terras Cam. heremi et iuxta terras Guidonis Benintendi de Sparena; recip(ientes) a predicto converso unam petiam terre pos. in Fregena l. d. Clusa de Perone, et insuper libr. VII et sol. V. Sub a. Domini M°CC°XXVI°, die IIII^a kal. apr. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXXII, n. 2.

1795. *Anghiari, 25 Aprile 1226.*

A. MCCXXVI, VII kal. mad., tempore Federici imp., ind. XIIII, in Anglare ante domum Guineldi olim Guineldi. In presentia Ubertini de Burgepto, Guineldi olim Guineldi, Ugolini olim Kaffi, Gratie olim Pili et Rigi Sabionis tt. Cungietus de Anglare contraxit matrimonium cum Agina f. olim Iordanis per verba de presenti et, ne id matrimonium fieret absque dote, dicta Agina titulo dotis suo nomine dedit atque concessit Cungiepto viro suo VI libr. Pis. in rebus mobilibus; et dedit atque concessit ei in dotem non extimatam quinque petias terre pos. in curte Anglaris, una quarum ad Querçam rotundam, cui a duabus partibus Palmerius Riçardi, et (iuxta) dictum Cungietum et Curkium; alia petia in Ulmo Cavo, iuxta Ananfoscium, Raynerium Aldemarenge, Bonamvitam et Diviçum; alia petia iuxta Broçardum et viam, et iuxta Ubertinum et Turkiessam; alia petia in Lagavina de Cereto, iuxta Raynaldum Guitardine, Palmerium et viam; alia petia in Castaçolo, iuxta Broçardum, Çanellum, dictum Ugicionem et Çanni Dorcalco. Dictam dotem dedit et concessit hoc pacto, ut, cum pervenerit dicta Agina ad diem extremum, ipsa possit medietatem dictarum terrarum iudicare cui voluerit sine contradictione dicti Cungieti. Pena: sex libr. Guido not.

Originale.

1796. *Foiano, 26 Aprile 1226.*

A. MCCXXVI, ind. XIIII, Frederigo imperante imp., VI kal. mad. Vergongnosus de Rodolfino vendit, tradit, transfert atque inrevocabiliter concedit Bernardino castaldo de Cortevechia, recipienti pro eccl. de Cam., II petias terre integras et medietatem unius petie terre pro diviso cum omnibus finibus, pertinentiis superioribus et inferioribus, iure et accessione pos. in curte de Foiano, quarum una a Depposemita[1], scilicet ea que datur pro dimidia: ab uno latere Bartholomeus Ildi, ex alio Bernardus Acçe,

a capite predictus[2] castaldus, a pede Denaiali et (iuxta) illam medietatem versus Bartholomeum; una de integris a la via de Cortevechia: ab uno latere via, a tribus predictus[2] castaldus; alia al Pratale: ab uno latere predictus[2] castaldus, ex alio Ghirardus de Verde, a capite et a pede via, et insuper omne ius et actionem. Confitetur pretium recepisse, scilicet VIIII libr. den. Pis. Investitorem dedit Iohannem Rosceldine. Pena: duplum. Act. in castro Foiani prope eccl. Testes: Iohannes Rosceldine, Coctuccius de Baroccio, Rainerius Kiavardi et Paulus de Gianne. Baldirarius not.

Originale. *Summaria, c. CLXIIII, n. 2.*

[1] *L'orig. ha* Adepposemita [2] *L'orig. ha* tu

1797. *Lierna, 3 Maggio 1226.*

A. MCCXXVI, residente Honorio pp. tertio et Friderico Romanorum imp. imperante, die tertia intr. mad., ind. XIIII. Bonaiutus f. qd. Guilielmi de Lierna et uxor Picola, consentiente viro uxori, fuerunt confessi se recepisse a Guidone Rubeo converso Cam., nomine Cam. heremi, sol. XIIII den. Pis., pro quo pretio dederunt, vendiderunt, tradiderunt atque in perpetuum concesserunt ei, recipienti pro dicta heremo, petiam unam terre pos. in Roxell(is): ab uno fossatum, ab aliis terra Cam. heremi, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena duplum. Act. apud Liernam. Interfuerunt Trecus Zanzelli, Ugolinus Rubeus et Mainetus tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1226, Maggio 3, n. 1. *Summaria, c. XI v., n. 6, colla data* M'CC°XXVII°, pridie kal. mar., *di mano* Mathei not.

1798. *Lierna, 3 Maggio 1226.*

A. MCCXXVI, residente Honorio pp. tertio et Friderico Romanorum imp. imperante, die tertia intr. mad., ind. XIIII. Mirigetus f. qd. Beroardi et eius uxor Diodata, de consensu ipsius viri sui et etiam presente et consentiente Azolino f. qd. Beroardi, fuerunt confessi se pro pretio recepisse a Guidone Rubeo converso Cam., nomine Cam. heremi, sol. centum den. Pis., pro quo dederunt, tradiderunt atque in eternum concesserunt ei, recipienti pro dicta heremo, petias duas terre pos. in Casali, quas habuerant in concambio a Maineto et Bonincontro fratribus, in terratorio Sparene; prime: ab uno latere terra Magrete, ab alio Ianni Campanai, a tertio et a quarto Cam. eccl.; secunde: a tribus lateribus terra Cam. heremi, a quarto Boni, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena: duplum. Dicta Diodata, tactis sacris evangeliis, corporaliter iuravit omnia suprascripta et singula rata

et firma habere. Dicti Mainetus et Bonencontrus fratres et eorum uxores Romelia et Meliorata, de consensu virorum suorum confitentes se dedisse in concambio predictas petias terre prefato Mirigeto et uxori, promiserunt dicto Guidoni quod omnia predicta rata et firma habebunt. Pena: duplum. Act. in castro Lierne. Interfuerunt Bonaiutus f. qd. Guilielmi, Sclavus f. qd. Valentini et Treccus Zanzelli tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Nello Spoglio: 1226, Maggio 3, n. 2. *Summaria, c. XXXII, n. 3.*

1799. *Presso Ravenna, Maggio 1226.*

Fridericus secundus Romanorum imp., Ierusalem et Sicilie rex. Guido prior et heremita Cam. heremi unum privilegium qd. imp. Friderici avi et alterum imp. Henrici patris *(cf. i regg. nn. 1112 e 1242)* humiliter supplicavit ut confirmare in perpetuum dignaretur; supplicationibus benignius inclinatus, predicta omnia confirmat, confirmans etiam omnes concessiones a se datas *(cf. il reg. n. 1628)*. Confirmat insuper eidem heremo mon. S. Michaelis de Lemmo, q. ei contulit Wolfcherus qd. Aquilegensis patriarcha, princeps imperii, secundum quod in scripto continetur ipsius, confirmans nichilominus eccl. S. Michaelis pos. in Palude iuxta canalem de Muriano, sicut eam cum pertinentiis suis temporalibus et spiritualibus Marcus Castellanus ep. heremo predicte concessit[1]. Pena: centum libr. auri. Testes: Albertus Magdeburgensis archiep., Lando Reginus archiep., * * * Curensis et abbas S. Galli, * * * Cicensis, Iacobus Taurinensis, M. Ymolensis episcopi, * * * dux Saxonie, * * * lantgravius Thuringie, Raynaldus dux Spoleti, comes R. de Queurenberc, comes Syfridus de Vienna et alii quamplures. S. Friderici secundi imp. Act. a. MCCXXVI, mad., quartedecime ind., a. imp. sexto, regni Ierusalem primo et regni Sicilie vicesimo octavo, apud Ravennam.

Originale; sigillo cereo conservato a parte. Copia membr. 17 Settembre 1332 del not. Iohannes olim Arrighetti de Pomino; *nello Spoglio:* 1226, Maggio, n. 2. *Summaria, c. CCXLVI, n. 1. Fortunius, II, 188. Mittarelli, IV, App. 450, n. CCLXXI,* ex cod. membr. S. Michaelis Pisarum. *Huillard-Bréholles, II, 565. Winkelmann, Acta, 250. Boehmer-Ficker, Reg. imp., n. 1604.*

[1] *Cf. il reg. n. 1507.*

1800. *8 Giugno 1226.*

« Tascha et Rogerius olim Fatiçonis per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt presb. Guidoni rectori eccl. S. Laurentini pro ipsa eccl. in perpetuum terciam partem pro indiviso unius petie terre pos. prope dictam eccl. iuxta Barengnum et ter-

ram dicte eccl. pro pretio libr. IIII^{or}. Sub a. Domini M^{o}CC^{o}XXVI, VI° id. iun. Carta manu Pedonis not. ».

Summaria, c. CVIIII v., n. 1.

1801. *Eremo di Camaldoli, 19 Giugno 1226.*

A. MCCXXVI, ind. XIIII, die XIII kal. iul. Bonagura, Bencivene, Godolus et Rainerius fratres ff. Montionis de Biblena pro remedio animarum suarum suorumque parentum dederunt, tradiderunt, donaverunt atque in perpetuum concesserunt Bernardo camerario Cam., recipienti nomine Cam. heremi, duas petias terre pos. iuxta Arnum u. d. ad Pontem Arcene; prime: ab uno latere terra filiorum Ottonelli, ab alio Rainbaldi, a tertio Cam., a quarto Arnus; secunde: ab uno latere vinea dictorum donatorum, a secundo Cam., a tertio Arnus, cum introitu et egressu, et cum omni iure et pertinentiis. Pena: duplum. Act. apud dictam heremum. Interfuerunt Mafeus Cavalka, Donatus sartor et Iohannes de Benevento. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Cf. il reg. n. 1808.

1802. *Argelato, 23 Giugno 1226.*

A. MCCXXVI, regnante Federico Romanorum imp., die octavo ex. iun., ind. quartadecima. Rambertinus Menaita vendit et tradit Ardoino converso et sindico S. Marie de Cam., recipienti nomine Guidonis prioris dicti mon. eiusque fratrum et successorum, petiam unam terre aratorie — q. est quattuor torn. et dimidia et sex tab. — pos. in curte Argelate in Ruchis[1] Durbecci cum superioribus, inferioribus finibus, accessionibus et egressibus suis usque in via publica. Confines: a mane via publica, a sero dictum momanereum[1] sive dictus abbas, de super ff. Iacobi Nicole, de subtus Bencevene. Pro pretio quattuor libr. et X sol. Bol. pro qualibet torn., q. totum est XX libr., III sol. et III den. Bol., q. sibi solutum fore confitetur. Pena: duplum. Act. in claustro S. Marie de Argelate. Interfuerunt Mainardus monacus S. Marie de Argelata, Guiçardus de la Coca, presb. Bonaçunta tt. Eodem die et in continenti ad domum dicti Rambertini venditoris, et in presentia supradictorum testium et Gratiadei Çuvenalium, Luchese uxor dicti venditoris, certiorata a not. cuncta bona dicti viri sui sibi pro dotibus suis fore obligata, sponte renumpt(iavit) iuri suo ypotecario et omni iuri et actioni sibi in dicta re competenti et competiture. Pena dupli. Gratiadeus Argelate not.

Originale.

[1] *Così ha l'orig.*

1803. *Chiostro della chiesa di Farazano (Forlimpopoli),* [*3 Luglio 1226.*

A. MCCXXVI, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. quartadecima, in claustro eccl. Faraçani, die tertio intr. iul. In presentia testium presb. Boni capellani eccl. S. Thome de Forl(ivio), presb. Guidonis capellani eccl. S. Andree Forl(ivii), Iacobi de Bona, Cercli, Bonivillani et Agresti Meldule not., Albertus prior et rector dicte eccl. Faraçani, Befanius ac Martinus monaci ipsius eccl. Faraçani, et Recha et Iohannes de Pace, Iohannes Scuriçius, Benecevenne, Herigus, Venarucius et Girardus conversi eiusdem eccl. Faraçani fecerunt et constituerunt atque ordinaverunt de eorum communi concordia et voluntate Placitum procuratorem in causa vel causis, seu discordia vel discordiis, vel lite, quam vel quas habent pro dicta eccl. Faraçani, sive ipsa eccl. habet vel habere sperat cum Uguiçone abb. mon. Lisole pro ipso mon. et cum eodem mon. de causa seu causis, vel discordia seu discordiis, vel lite ab ipsis, ex una parte, et dicto abb. pro se et pro suo mon. dicto, ex altera, commissis in Guidone Cam. priore, que continentur in compromisso per manum Agresti Meldule not. facto et scripto; et quicquid per ipsum procuratorem vel contra ipsum inde factum fuerit ratumque et firmum in omnibus habere et tenere promiserunt. Placitus dictam procurationem ibi recepit et bona fide exercere promisit sine fraude. Agrestus not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1793 e 1807.

1804. *Partina, 1 Agosto 1226.*

A. MCCXXVI, ind. XIIII, die prima ag. Orlandus, Castraleone et Ranutius ff. qd. Orlandi Zibelli dederunt, tradiderunt, donaverunt atque in perpetuum concesserunt magistro Vange converso Cam., recipienti nomine Cam. heremi, infrascriptas tres petias terre pos. in terratorio de Sparena; prime: ab omnibus lateribus terra Cam.; secunde: ab uno latere terra qd. Martinucii, ab alio Ugolini Guidingi, a tertio Bonaiuti; tertie: ab omnibus lateribus terra Cam., cum eorum introitu et egressu, et cum omni iure et pertinentiis earum, et quicquid habebat vel tenebat, seu habere vel tenere debebat Martinucius Lupus in Moiona et eius pertinentiis, et decimam quam recipiebant seu recipere soliti erant a Guidone f. qd. * * * de Agna et de clusa de Trincaloso de Agna, et decimam quam recipiebant vel recipere soliti erant a Petro genero Martinucii Lupi in Monte, et decimam quam recipiebant vel recipere soliti erant in Villa de Sparena a Bono f. qd. Martini Barucii et a Guidone de Benintende, et generaliter totam decimam

integre quam ipsi recipiebant vel recipere debebant seu soliti erant recipere in Asqua a quacumque persona vel loco. Pena: libr. viginti quinque den. Pis. Paltoneria eorum mater, de consensu ipsorum filiorum suorum, omnibus predictis consensit et omni iuri et actioni ei competenti in predictis renuntiavit. Act. Partine. Interfuerunt presb. Gracia, Iohannes de Madiolo et Iacobus Scalcialupi tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XXXII, n. 5.

1805. *1 Agosto 1226.*

« Martinucius Lupus et Leolus eius f. fecerunt finem et absolutionem irrevocabilem magistro Vange converso Cam. pro Cam. heremo de omnibus et singulis, q. tenebat ab heredibus Orlandi Çibelli in Mogiona et eius pertinentiis, sub pena libr. xx. Item eodem die Bonusfilius olim Martini Baroncii de Sparena predicto Vange fecit finem et absolutionem irrevocabilem de omnibus et singulis, q. pettere poterant in tribus petiis terre, quas ff. olim Orlandi Çibelli concesserunt Cam. heremo in Sparena, sub pena libr. x. Sub a. Domini M°CC°XXVI°, kal. aug. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXXII, n. 4.

1806. *Prataglia, 16 Agosto 1226.*

A. MCCXXVI, tempore Friderici Romanorum imp., septimo decimo kal. set., ind. XIIII. Quoniam mon. B. Marie de Pratalia vacat pastore, capitulum de Pratalia, scilicet Fridericus, Guido de Mulino veclo, Marcus, Donatus, Iohannes, Gregorius et Bonus monachi, et presb. Guilielmus, Acursus cellararius, Iacobus, Iohannes, Martinus, Deotesalvi, Bubuanus, Martinus, Aço, Faba, Pucius, Rikardus, Martinus, Siroppus, Donatulus, Macucus, Iohannes, Iohannes, Martinus conversi, unanimiter et concorditer eligunt Guidonem, Iacobum camerarium et Iacobum confratres et Fabrum conversum electores ad eligendum rectorem seu abbatem in mon. prefato, dando eis plenam licentiam et potestatem eligendi quem viderint expedire et voluerint pro abbate, et promittunt quod quidquid inde fecerint omni tempore ratum habebunt et retinebunt inconcussum. Act. in capitulo dicti mon., in presentia presb. Simonis S. Iuliani et Amici Pauli de Montefatuclo tt. Item eodem die in claustro dicti mon., presente dicto presb. Simone, Coradino et Ranucii[1] tt., Guido et Bonus conversi dicte do-

mus in nominibus et per omnia et singula, ut alii dicti confratres, fecerunt et promiserunt. Salinbene aule imperialis not.

Originale. Mittarelli, IV, 292 cit.

[1] *Così ha l'orig.*

1807. *Fontebuono, 17 Agosto 1226.*

A. MCCXXVI, sextodecimo kal. sept., ind. quartadecima, residente Honorio pp. tertio et Friderico Romanorum imp. imperante. Guido prior Cam. maior electus arbiter a Uguitione abb. mon. de Insula et a suo capitulo pro dicto mon. de Insula, ex una parte, et a Alberto priore S. Paterniani de Ferraciano et a suo capitulo pro prefato mon. sive eccl. de Ferraciano, ex altera, super questione seu controversia sive lite, q. vertebatur inter memoratum abb. et suum capitulum pro suo mon., ex una parte, et prefatum priorem de Ferraciano et eius capitulum pro suo mon. sive eccl., ex altera, pro electione vel occasione electionis et institutionis et confirmationis ac destitutionis prioris seu rectoris, q. pro tempore in eadem eccl. seu mon. fuerit, quando expedierit eligendus, ordinandus seu confirmandus vel instituendus seu destituendus, sicut continetur in instrumento facto per manum Agresti not. pro bono pacis et concordie inter eos servando, arbitratur, diffinit, pronuntiat, laudat seu iudicat quod, vacante mon. vel eccl. de Ferraciano per mortem prelati vel alio [modo], capitulum de Ferraciano quam citius poterit sine fraude teneatur per suum nuntium denuntiare abbati mon. de Insula quod mon. de Ferraciano [vacat] pastore, et abbas Insulanus ad locum de Ferraciano accedere teneatur et, si capitulum de Ferraciano in hoc negligens inveniretur vel per fraudem ipsum mon. seu ecclesiam morte prioris vel alio modo vacare pastore denuntiare omiserit, nichilominus abbas Insulanus, hoc audito, ad dictum locum accedere non postponat, et moneat capitulum de Ferraciano pariter et inducat ut de persona idonea invenienda ibidem pro priore studeant pertractare, ita tamen quod licitum sit capitulo de Ferraciano invenire personam idoneam pro prelato de eodem capitulo vel de Insulano. Si in altero istorum conventuum, videlicet Ferraciano et Insule, fuerit repertus idoneus, postquam personam idoneam concorditer invenerint, tunc prefato abbati Insulano secrete denuntient et petant eum sibi dari pro priore et pastore, et abbas Insulanus teneatur dictam personam eis concedere, ita tamen quod dictus abbas Insulanus dictam personam publice in capitulo eligat et denominet in priorem et pastorem. Post electionem publice factam statim dictus abbas incipiat: « Te Deum laudamus etc. », et ducat eumdem electum in capitulo, et committat ei administrationem

spiritualium et temporalium rerum et totius domus de Ferraciano. His peractis, statim prior factus promittat abbati Insulano suisque successoribus catholicis obedientiam intuitu administrationis sibi commisse secundum regulam b. Benedicti et consuetudinem Cam. ord. Si in dictis locis, videlicet de Insula et de Ferraciano, non fuerit reperta persona idonea pro priore, tunc fratres de Ferraciano concorditer omnes, vel maior et sanior pars, inveniant personam idoneam pro priore de conventu Cam. et non aliunde, quam secrete abbati Insulano denuntient, et eam abbas Insulanus priori Cam. postulare vel petere teneatur. Qua concessa, dictus abbas eam eligat et omnia compleat et faciat, sicut superius dictum est et ordinatum; et prior electus, sicut superius dictum est, dicto abbati in omnibus et per omnia facere et promittere teneatur. Si fratres de Ferraciano discordes fuerint, tunc abbas Insulanus examinet vota omnium fratrum de Ferraciano sigillatim et secrete, et, si potuerit eos reducere ad concordiam, faciat diligenter, et illum, in quem omnes vel maior pars et sanior concordaverint, memoratus abbas in publico eligere teneatur, et omnia faciant abbas et prior, ut superius. Hoc tamen firmiter precipit, statuit et ordinat quod abbas Insulanus neminem de fratribus de Ferraciano cogat contra suam voluntatem in aliquem consentire, sed quilibet liberum habeat arbitrium; e converso fratres de Ferraciano, sub occasione inveniendi sibi priorem vel alia occasione asumpta, cum personis secularibus vel clericis sive patronis seu aliis quibuslibet laicis contra abb. vel mon. de Insula nullam sectam vel conspirationem facere presumant; quod si in hoc inventi fuerint, secundum Cam. ord. puniantur, deducto in irritum quicquid per conspirationem facere presumpserunt. Si predictos non potuerit insimul concordare de eligendo priore, tunc pretaxatus abbas dictis fratribus prefigat terminum trium mensium et non amplius, infra quem, si fuerint concordes, omnia observentur ex utraque parte, sicut superius est enarratum; et ne bona mon. infra illud spatium trium mensium spiritualiter vel temporaliter substinere possint detrimentum aliquod vel iacturam, arbitratur atque precipit et diffinit quatinus abbas Insulanus cum consilio et cum consensu fratrum de Fer[raci]ano usque ad tempus trium mensium pretaxatum [ponat] in eodem loco personam idoneam, q. interim curam habeat et custodiam spiritualium et temporalium rerum mon. memorati. Illud idem dicit observandum quotienscumque aliqua causa interveniente dictum mon. de Ferraciano pastore vacare contingerit. Si in discordia perseveraverint usque ad terminum constitutum, tunc, transacto termino, abbas Insulanus, ad locum accedens prenominatum, de predictis capitulis vel de ordine Cam.

et non aliunde personam idoneam in priorem eis eligere teneatur; qui fratres personam electam pacifice recipere teneantur et tenere pro priore, et ei in omnibus obedire, conservatis ex utraque parte omnibus, q. sunt superius recitata. Item arbitratur, diffinit, laudat et iudicat quod quicumque fuerit ibi pro tempore prior, sit monachus Cam. ord., et sit ibi perpetuus prior, nec possit ab abbate Insulano vel a suis successoribus ab administratione vel offitio prelationis amoveri, nisi pro manifesto crimine vel alia iusta causa. Et ut dicta domus de Ferraciano in bono statu et religione perpetuis temporibus valeat permanere, statuit, arbitratur, diffinit et iudicat quod dictus abbas de Insula, q. pro tempore fuerit, plenam habeat auctoritatem corrigendi, statuendi et ordinandi ea q. corrigenda fuerint, ordinanda seu statuenda spiritualiter et temporaliter, tam in priore quam in subditis et in tota domo de Ferraciano. Hoc tamen adiciendum putans, arbitratur et diffinit quatinus, si fratres de Ferraciano personam minus idoneam sibi invenerint pro priore, q. non sit digna illo offitio, tunc abbas de Insula potestatem habeat contradicendi et cassandi et in irritum deducendi quod illicite invenerit attemptatum; e converso si abbas de Insula nollet personam idoneam eis concedere vel eligere quam ipsi invenerint, vel si dictus abbas, cum devoluta fuerit potestas ad eum, vellet eis personam minus idoneam dare in priorem, vel si negligens fuerit vel fraudem seu malitiam commiserit de persona idonea eis danda pro priore, tunc fratres de Ferraciano potestatem habeant contradicendi et ad superiorem, idest ad priorem Cam., se reducant; qui prior Cam. cum consilio abbatis de Insula et capituli de Ferraciano de persona idonea eidem loco studeat providere; ita tamen quod propter hoc monasterio de Insula et monasterio vel eccl. de Ferraciano nullum preiuditium possit vel debeat in aliquo generari, sed eis iura sua in omnibus et per omnia illibata et integra conserventur. Omnia predicta et singula diffinit, arbitratur, iudicat atque precipit utrique parti, videlicet abbati de Insula et suo sindico Benincasa, pro se suisque successoribus et suo mon., et Placito procuratori de Ferraciano, pro se suisque successoribus et suo mon., sub pena in compromisso per manum Agresti not. scripto promissa, scilicet centum libr. Rav. monete. Act. apud Fontembonum. In presentia presb. Iacobi camerarii de Pratallia, Marci, presb. Donati de Serravalle et Astaincurte f. qd. Mazarini de Bretenorio tt., et presentibus Egidio vicario Cam. in Sardinia, magistro Iohanne, et Iosep et Guidone monachis Cam. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Mittarelli, IV, 292 cit. Cf. i regg. nn. 1793 e 1803.

1808. *Agosto 1226.*

« Bonagura et Bencivenne, Godulus et Raynerius f. Montionis de Biblena per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio animarum suarum et suorum parentum, donaverunt pure et simpliciter inter vivos donno Bernardo camerario Cam., recipienti pro Cam. heremo, petias II pos. iuxta Arnum u. d. ad Pontem Arcene: prima pos. est iuxta terram filiorum Ottonelli et Raindaldi et Cam. heremo[1] et Arnum, alia est pos. iuxta vineam predictorum donatorum et Cam. heremum et Arnum. Sub a. Domini M°CC°XXVI, mense aug. Carta manu Boni not. ».

Summaria, c. LXXXIII v., n. 1. Cf. il reg. n. 1801.

1 *Così ha l'orig.*

1809. *Foiano, 28 Settembre 1226.*

A. MCCXXVI, ind. XIIII, Frederigo imperante imp., IIII kal. oct. Berta Cacciabretti vendit, tradit, transfert atque inrevocabiliter concedit Bernardino castaldo de Cortevechia, recipienti ad honorem Dei et pro heremo de Cam., I pe[tiam terre] cum omnibus finibus, pertinentiis, iure et accessione, pos. i[n curt]e de Foiano ad viam de Castello vechio: a tribus lateribus dictus castaldus, a quarto via, et insuper omne ius et actionem. Confitetur iustum pretium recepisse, sc[ilicet libr.] XXX et VIII sol. den. Pis.; et si quid plus valet, simpliciter inter vivos donat pro legis merito accepto. Investitorem dedit Rainerium Iohannis Gostantini. Pena: duplum. Act. in burgo Foiani, iu[xta do]mum Arpini de Foianese. Testes: Neppoleone Giliotti, Brunamonte [.....]vitello et Bernardinus Sabatine. Baldirarius not.

Originale. Summaria, c. CLXVIIII, n. 2, colla data M°CC°VI°, IIII kal. oct.

1810. *(Arezzo), 30 Settembre 1226.*

A. MCCXXVI, tempore Friderici Romanorum imp., ind. XIIII, pridie kal. oct. « Cum domnus ep. et arcidiac. Aretini, et donus prior Cam. et fratres eiusdem loci, et presb. Guilielmus capellanus S. Andree in Aritio, et donus Marcus et quidam alii monachi, silicet donus Guido prior Molandini vetulis, donus Iohannes et presb. Iacobus camerarius de Pratalia aput Fontebonam et presb. Donatus erat cu(m) eis; et prior Cam. proposuit coram predictis quod ipse debebat interesse esaminationi et letioni fatiende de abbate de Pratalia; presb. Gulielmus vice capituli de Pratalia proponebat dicens quod eletio et esaminatio pertinebat tantum at monacos de Pratalia. Prior vero dicebat quod ipse debebat interesse esaminationi et at ipsum pronuntiatio eletionis pertinebat secundum ordinem et consuetudinem Cam. ecl.; e contra

presb. Guilielmus et monaci, q. ibidem erant de Pratalia, quod eorum erat eletio et esaminatio de iure comuni, et erat in possesione eligendi, et abbatem nuper defuntum elegerunt et vota fratrum esaminaverunt, et dicebant quod erant parati probare coram ep. Aretino, q. dicitur patro et dominus illius loci. Quare apellatum est a priore ne aliquod inpedimentum prestaret, interdicendo monachos vel excomunicando vel aliquem de capitulo de Pratalia, cominus libere aliquem in abbatem posint eligere et eletionem facere seu celebrare et omnia q. a letionem pertinent et processum eius, et ec apellatio bis facta fuit a priore a sumom[1] pontificem. Ec apellatio facta fuit in presentia domni ep. Aretini et arcidiac. eius et Dainesis et Paganelli ». Salinbene aule imperialis not.

Originale. *Mittarelli, IV, 292 cit.* *Cf. i regg. nn. 1811-1813.*

[1] *L'orig. ha* somom *con* u *soprascritta alla prima* o

1811. *Presso Arezzo (chiostro di S. Clemente), 6 Ottobre 1226.*

A. MCCXXVI, ind. XIIII, pridie non. oct., residente pp. Honorio, Fred(erico) imperante. In presentia Tudini de S. Iuliano et Bencevenni de Pratulino et Orlandini tt., Orlandus de Bançena, Rodulfus et Gerardus de S. Clemente in omnibus et per omnia elegerunt, constituerunt et fecerunt Guidonnem sacristam, presb. Iacobum camerarium de Pratalia et Iacobum et Fabrum conversum de Pratalia super facto electionis venturi abbatis abbatie de Pratalia, si confecerunt monachi et conversi dicte abbatie q. continentur in carta scripta manu Salimbeni not., promittentes dicto Iacobo camerario, recipienti pro se et dictis electoribus, habere firmum et ratum quicquid inde dicti electores fecerint. Act. prope civitatem Aret(inam), in claustro S. Clementis. Rainerius not.

Originale. *Cf. i regg. nn. 1810, 1812 e 1813.*

1812. *Prataglia, 11 Ottobre 1226.*

A. MCCXXVI, tempore Friderici Romanorum imp., quinto id. oct., ind. XIIII. Cum mon. sive cenobium S. Marie in Pratalia rectorem sive pastorem vel abbatem non haberet, Guido sacristanus, Iacobus et presb. Iacobus camerarius monachi ac confratres, et Faber conversus, a confratribus seu capitulo una pariter convocati atque comuniter constituti, vocant, volunt atque libere et pure in rectorem sive pastorem atque abbatem eligunt Marcum. Fact. in capitulo dicti cenobii, presentibus Ugolino et Amico da Fraseneta et Manete da Citignano tt. Salinbene aule imperialis not.

Originale. *Mittarelli, IV, 292 cit.* *Cf. i regg. nn. 1810, 1811 e 1813.*

1813. *Prataglia, 23 Ottobre 1226.*

A. MCCXXVI, die X kal. nov., ind. XIIII. Ita actum fuit inter Marcum electum in abb. in mon. S. Marie de Pratallia et eius fratres Guidonem, Donatum, Iacobum, Gregorium et Bonum nomine ipsius mon., ex una parte, et Guidonem priorem Cam., ex alia, ut si prior Cam. vel eius successores aliquo tempore rationabiliter probare potuerint quod examinatio votorum fratrum de Pratallia et electio abbatis de iure pertineant ad priorem Cam.; quod electio facta de ipso Marco in ipso mon. per fratres de Pratallia sive examinatio votorum nullum possit vel debeat domui Cam. seu priori preiuditium generare, sed tam electio quam examinatio plenarie ad priorem Cam., q. pro tempore fuerit, devolvatur, et habeant tam ipse quam successores plenam potestatem in dicto mon. in perpetuum sine alicuius contradictione examinandi vota fratrum et eligendi abb.; e converso si capitulum de Pratallia similiter probare quod ad eos pertineant predicta rationabiliter potuerit, dicta electio et examinatio in perpetuum ad eos devolvatur, et habeant plenam potestatem faciendi ea sine dicti prioris et fratrum suorum contradictione. His ita actis dictus prior Cam., presentibus dictis fratribus de Pratallia et aliis, et etiam presentibus magistro Iohanne monacho Cam., Palmerio atque Rainerio conversis Cam. in capitulo dicti mon. de Pratallia, accipiens dictum Marcum electum pro manibus, cantando imnum « Te Deum laudamus », duxit eum in choro eccl. et posuit in sede abbatis. Finito imno, dictus abbas surrexit et prostravit se coram altari et, eo prostrato, prefatus prior dixit super eum orationem: « Actiones nostras etc. », et benedixit eum, et, expleta oratione, dictus abbas surrexit; et tunc dictus prior incensavit eum et asperxit super eum aquam benedictam. Quo facto, duxit eum in capitulo et ibi dictus abbas, flexis genibus, humiliter et devote stetit coram dicto priore, et dictus prior, tenens librum regule b. Benedicti in manibus, commisit eidem abbati cum regula administrationem spiritualium et temporalium prefati mon. et postmodum petiit ab eo: « Promittis michi et meis successoribus catholicis obedientiam secundum regulam b. Benedicti et consuetudinem Cam. ordinis, intuitu administrationis tibi commisse? » Qui abbas respondit: « Sic », et dictam obedientiam ei promisit, et tunc dictus prior precepit monachis et conversis ipsius monasterii ut ei obedirent et obedientiam promitterent, et ipsi monachi et conversi, q. erant presentes, ei obedientiam promiserunt. Act. apud dictam abbatiam. Interfuerunt Zuncus de Zona f. qd. Petri, Rodulfinus f. qd. Graciani de Corczo et Bartholus f. qd. Supercli

tt. Iulianus sacri pal. not. et Fr(ederici) Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Mittarelli, IV, 292 cit. Cf. i regg. nn. 1806 e 1810-1812.

1814. *Monastero di S. Apollinare in Classe, 19 Novembre 1226.*

A. MCCXXVI, die XVIIII intr. nov., ind. XIIII. In capitulo mon. S. Apol(linaris) in Classe, in presentia tt., scilicet Alberti Liviensis ep., Drudi abb. S. Ypol(iti) Fav(entini), presb. Rainerii, Palmerii conversi Cam., magistri Iohannis Cam. et aliorum. Benedictus abbas suprascripti mon., Marcus prior, Andreas abbas, Nicolaus camerarius, Albertus, Brunus, Girardus prior claustri, Leonardus, Paulus, Bonus, Martinus, Placitus, Iohannes, Petrus, Henricus, Ambrosius et Leonardus iuraverunt precepta Guidonis prioris Cam. singularia et universalia, quot et quanta et qualia eis per se vel per alium vel alios precipere et facere volet de veritate dicenda et non reticenda, sive interrogati fuerint sive non, super factis et negotiis seu culpis tam suis quam aliorum omnium fratrum Class(ensium), et super statu ipsius domus, et observare et attendere omnia precepta ipsius prioris, q. pro reformatione et bono statu ipsius domus Classensis et ordinis Cam. eis facturus et precepturus est. Sequenti die simile per omnia iuramentum fecerunt Berardus, Zenon, Zilius et frater Gualterius in camera abbatis mon. pretaxati. Hugo imperialis aule not.

Originale: piccola pergamena cucita a quella, su cui è scritto il documento al reg. n. 1817.

1815. *(Bologna), 29 Novembre 1226.*

A. MCCXXVI, die secundo ex. nov., ind. decima quarta, in eccl. S. Marie de Cam. Testes: Petrifilius qd. Venture de Gleula et Guidonis de Reçio, Maritoçius conversus et Beneveniens. Manifestum est iamdudum testamentum fecisse et in eo preordinasse omnia sua bona, idcirco Blancus de Baxacomatre omnia in dicto testamento confirmat, exceptis duabus petiis terre, quas reliquerat eccl. S. Michaelis de Castro Britonum, quas habere vult eccl. S. Marie de Cam., retentis in se usifructibus donec vixerit; et nomine codicilli et insuper donat, cedit ac transfert Guidone priori eccl. S. Marie de Cam., recipienti ad honorem Dei et dicte eccl. et collegii et universitatis eiusdem eccl. pro anima sua et remissione peccatorum suorum, duas peçias terre prative pos. in Runcho Pedernaxe cum introitu et exitu usque ad vias publicas. Confines prime peçie: a latere mane heredes Bucca de Ronco, a sero eccl. S. Michaelis de Castro Britonum, a meridie ff. qd. Çu-

stoliani de Monte Armato et ab aquilone eccl. S. Michaelis; alterius peçie: a latere mane Gerardus de Castro Britonum, ab aquilone ospitale Ydicis, a latere sero * * * * * * *. Pena dupli. Bonifacius f. qd. Rolandi Bellonis Henrici qd. imp. tabellio.

Originale.

1816. *Romena, 30 Dicembre 1226.*

A. MCCXXVI, residente Honorio pp. tertio et Friderico Romanorum imp. imperante, die tertia kal. ian., ind. XIIII. Comes Aginolfus f. qd. comitis Guidonis et eius uxor comitissa Agnexia, consentiente viro uxori, fuerunt confessi se pro pretio recepisse a Vanga converso Cam., nomine Cam. heremi, libr. duodecim den. Pis., pro quo pretio vendiderunt, dederunt, tradiderunt atque concesserunt ei, recipienti pro dicta heremo, petiam unam terre pos. in terratorio Rumene u. d. in Vaccaritia: a tribus lateribus vie, a quarto terra Cam. eccl., cum introitu et egressu. Pena: duplum. Act. Rumene, in palatio comitis. Interfuerunt presb. Rainaldus, Rainaldus Ugetti, Iohannes f. qd. Aldebrandini, Iacobus Alioti et Paganus tt. Iulianus sacri pal. not.

Originale. Summaria, c. XL, n. 3.

1817. *Monastero di S. Apollinare in Classe, 14 Gennaio 1227.*

A. MCCXXVII, die iovis, XIIII intr. ian., ind. XV. In capitulo mon. S. Apoll(inaris) in Class(e), coadunato collegio eiusdem mon., adstante Guidone priore Cam. et magistro Iohanne, q. secum venerat, presentibus Ugone et Drudone monasteriorum S. Marie Urani et S. Ypoliti de Fav(entia) abbatibus, Guidone et Dominico monacis predictorum abbatum, Ambrosio priore hospitalis Cavecollis et Palmerio converso Cam., Benedictus abbas suprascripti mon., presentibus insuper Ugone not., Para, Bonaventura, sponte surgens et stans ante suprascriptum priorem Cam. restituit sigillum in manu eiusdem prioris Cam. et reffutavit offitium abbatie spiritualiter et temporaliter et administrationem dicti mon. Class(ensis), et prior recepit dictam reffutationem. Item incontinenti surrexit Marcus prior maior suprascripti mon. et similiter reffutavit offitium prioratus, ponendo sigillum prioratus in manibus dicti prioris G(uidonis) Cam., et prior recepit dictam reffutationem. Dictus prior in eodem capitulo, coram premissis, dixit toti collegio ipsius mon. quod sibi visum erat quod maxima pars illorum fratrum erat excomunicata, unde videbatur sibi quod omnes simul facerent venias et indulgentiam peterent, quod fecerunt et prostratos in terra, secundum morem Cam. ordinis, eos absolvit et in

eccl. mitti fecit, et postea venerunt ad pacem cum dicto priore G(uidone) Cam. Item dictus prior, coram premissis, cum collegio nominato missam in honorem S. Spiritus celebravit, et post celebrationem ad cap(itulum) rediens cum toto cap(itulo) dixit aliquot verba de institutione domus et de electione abbatis, demum de voluntate cap(ituli) duos secum elegit de suprascripto collegio monacos, scilicet Placitum et Nicholaum camararium, ad vota fratrum examinanda et suscipienda secum, et cum Ugone et Drudone abbatibus S. Marie de Urano et S. Ypoliti de Fav(entia) quem sibi vellent in abbatem, sub pena excomunicationis, interrogavit, et, intellectis voluntatibus fratrum, XII consenserunt et petierunt et nominaverunt magistrum Iohannem in abb., VIIII dixerunt de quodam alio, VI de quodam tertio, duo de quodam alio, et alius quidam de alio, et sic venerunt omnes et dixerunt istud G(uidoni) priori Cam. interroganti singulatim quemlibet monachorum, coram predictis de Urano et S. Ypoliti abbatibus, Placito, Nicholao camarario, Ugone not. et Misio not. Nomina monachorum sunt: Benedictus q. consensit in Bonaiunctam priorem de Vivo; Andreas abbas Pesaur(ensis) in magistrum Iohannem, Marcus in eodem, Albertus in eodem; Brunus in Drudonem abb. S. Ypoliti; Paulus in magistrum Iohannem; Petrus in Bened(ictum) qd. abb.; Berardus in magistrum Bonamiunctam vel Bened(ictum); Iohannes in magistrum Iohannem, Leonardus in eodem; Zenon in magistrum Bonaiunctam, Egidius in eodem; Bonus in magistrum Iohannem, Ambrosius in eodem; Girardus in Bened(ictum) et prius in magistrum Bonaiunctam; Henricus in magistrum Iohannem; Mart(inus) in Plac(itum) et prius in magistrum Iohannem et prius in Bonaiunctam; Leonardus in magistrum Iohannem; Aug(ustinus) in Bened(ictum); frater Gualterius in magistrum Bonaiunctam; frater Iul(ius) in magistrum Iohannem; Plac(itus) in Drudonem abb. S. Ypoliti et prius in Bened(ictum) et prius in magistrum Bonaiunctam; Nicholaus in Bened(ictum) et prius in magistrum Bonaiunctam. Die veneris XV ian. ad capitulum venit idem prior et, coram premissis, videlicet monasteriorum Urani et S. Ypoliti abbatibus, Guidone et Aimerico eorumdem monachorum, prefato priore ospitalis Cavecollis et Palmerio converso Cam., et coram predictis fratribus examinavit vota fratrum de abb. eligendo. Presentibus Ugone et Drudon(e) monasteriorum Urani et S. Ypoliti de Fav(entia) abbatibus, Ambrosio priore ospitalis Cavecollis et Palmerio converso Cam., presentibus etiam et adstantibus presb. Alberto et Iohanne cardinalibus et Nichola cantore Rav. eccl. et pluribus laicis, eligit magistrum Iohannem monachum Cam. in abb. et pastorem mon.

S. Apoll(inaris) Class(ensis). *Segue la descrizione dell'insediamento.* Misius Rav. tabellio.

Originale. Mittarelli, IV, 301 e 318 cit.

1818. *Arezzo, 26 Febbraio 1227.*

A. MCCXXVII, Honorio pp. residente, Federico imp. imperante, IIII kal. mar., ind. XV. Guido prior et rector eccl. sive mon. de Cam., de consensu Bernardi camerarii eius eccl. sive mon. et Soliciti prioris eccl. S. Michaelis confratrum presentium et pro utilitate et nomine dicte eccl. sive mon., locat, dat et iure libellario in perpetuum concedit Merlo de Marciano, recipienti pro se et fratribus Retondo et Melliore et etiam pro nepotibus, scilicet filiis olim Bonaiuncte fratris, communiter, medietatem pro indiviso unius petie vinee cum eius solo et medietatem pro indiviso unius petie terre pos. in curia de Marciano; vinea iuxta vineam dicti Merli[1] et vineam Ubertini de Çacco, et iuxta terram Ugonis Bonensegne et viam in capite; terra iuxta terram Pedonis Rustikelli et terram Guidonis Laurentii et vias, et in pede est terra Rainerii de Vikio. Per manum Mamvolbe calçolarii testis nomine dicte eccl. in perpetuum investit. Annuatim ad Gagiulo in festo s. Stephani Cam.[2] castaldo, q. tunc esset ibi, tres den. denariorum Pis. universaliter sine malitia expendibilium per comitatum Ar(etinum) nomine censi dare et reddere debeant, et ius suum[3] nemini vendant quin primo Guidonem[4] vel successores ter infra XXX dies interrogent, et II sol. illud eis (Guidoni et successoribus)[5] minus quam alteri sine asto dare debeant, si emere voluerint; si id emere noluerint, cui voluerint vendant, salvo iure dicte eccl. de Cam., tamen non alteri eccl. nec catanio nec servo alterius nec loco religioso, et amplius exinde non superimponatur. Pena: III libr. den. Pis. Act. in civitate Art(ina), in domo eccl. S. Michaelis. Mamvolbe calçolarius, Morontus Guidonis Moronti, Ubertinus de Çacco et alii tt. Griffolinus not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

[1] *L'orig. ha* vestram [2] *L'orig. ha* nostro [3] *L'orig. ha* vestrum [4] *L'orig. ha* me [5] *L'orig. ha* nobis

1819. *(Arezzo), 26 Febbraio 1227.*

« Merlus de Marciano per se suosque heredes in perpetuum et pro Retondo et Melliore fratribus suis f. olim Bonaiuncte fratris sui et eorum heredes in perpetuum promisit annuatim solvere apud Cagiolum in festo s. Stephani castaldo Cam. den. III bonos et spend. pro locatione sibi pro se et predictis facta et suis et eorum heredibus in perpetuum a donno Guidone priore Cam. me-

dietatis pro indiviso unius petie vinee cum eius solo pos. in curia de Marciano, iuxta viam Cam. et vineam Ubertini de Caço et terram Ugonis Bonensegne et viam in capite, et medietatis pro indiviso unius petie terre pos. in curia de Marciano, iuxta terram Pedonis Rustichelli et terram Guidonis Laurentii et vias et terram donni Raynerii de Vichio in pede. Sub a. Domini M°CC°XXVII°, IIII° kal. mar. Carta manu Griffolini not. ».

Summaria, c. CXLIII, n. 3. Cf. il reg. precedente.

1820. *Castiglione, 2 Marzo 1227.*

A. MCCXXVII, VI non. mar., tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. XV. In mercato Castilionis et in presentia Iacobi olim Petri de Gilioni, Acatabene de Papiano et Braimençonis de Viaio tt. Rigolus castaldus domus Mutine locat, tradit atque libellario iure concedit Viviano f. Papiani et filiis masculis et legitimis in tertiam generationem, et, si masculi defuerint, deven[i]at in unam ex feminis, q. aliam habuerit hereditatem, un[am] petiam terre pos. in Papiano et in l. q. d. Olimeita: iuxta donicatum Mathei et donicatum Griffoli [et] donicatum Bennoli de Castro, et a duabus partibus via, cum introitu et exitu suo omnique iure. Investitorem dedit supradictum Iacobum. Propter hoc habuit novem sol. Pis., quos confitetur in utilitatem sue domus esse conversos; et pro hac locatione nomine pensionis omni anno in mense aug. IIII den. de Pisis Vivianus et heredes[1] persolvant. Pena: XX sol. P[is.] Guido imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. CXXIIII, n. 2. Cf. il reg. seguente.

[1] *Nell'orig.* tu et tui heredes

1821. *(Castiglione), 2 Marzo 1227.*

« Vivianus f. Papiani, per se suosque heredes usque in terciam generationem, promisit solvere castaldo curie Cam. de Motina de mense aug. den. IIII bonos pro Cam. heremo, pro locatione sibi facta in dictum tempus unius petie terre pos. in Papiano in l. d. Olimeita, iuxta donicatum donni Mathei, et donicatum donni Griffoli, et donicatum Bennoli de Castro et viam a duabus partibus; pro qua locatione predictus Vivianus pro intratura solvit predicto castaldo sol. VIIII. Sub a. Domini M°CC°XXVII°, VII°[1] non. mar. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. CXXIIII, n. 2. Cf. il reg. precedente.

[1] *Così ha l'orig., evidentemente errato per* VI°

1822. *Castelnovo, 15 Marzo 1227.*

A. MCCXXVII, tempore Honorii pp. et Federici imp., ind. quin[tadeci]ma, in foro Castri novi, die XV intr. mar. Vilanova,

volente viro suo Ab[....., pro] se suisque liberis et heredibus, iuris vel rei successoribus, dat, vendit atque tradit presb. Benecevenne converso mon. Lisole, emptori pro ipso mon. et pro Uguiçone nunc ibi abb. et pro aliis rectoribus, q. ibi deinde erunt, in perpetuum tres torn. terre ad perticam communis Castri novi in una petia minus novem tab. in Gualdo territorio Populiensi, plebe Castri novi: a primo latere Iohannes de Folia, a secundo presb. Tumbe Manfredorum, a duobus filia qd. Drudoli de Aunestis, cum introitu et exitu suo et cum omni iure et actione. Pro pretio decem et septem libr. et XI sol. Rav., q. sibi confitetur esse s[olu]tum. Pena dupli. Testes: Bestoldellus Meldule, Iacobus Bonelli, Guilielmus Astuldi, Bonusfilius S. Laurentii, Andulfus eius nepos. Agrestus Meldule imperialis not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, al doc. di cui al reg. n. 1824.

1823. *Laterano, 28 Marzo 1227.*

Gregorius pp. .. priori et fratribus heremi Cam. Assumptus nuper, immo verius raptus ad summi pontificatus officium, postulat quatinus pro se[1] orationum sacrificium crebrius offerant. Dat. Laterani, V kal. apr., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Fortunius, II, 193, ed. Gregorii pp. IX Gesta, initio. Yepes, Coronica de la orden de S. Benito, V, 458. Mittarelli, IV, 295 cit. Potthast, n. 7866.

[1] *L'orig. ha* pro nobis

1824. *Meldola, 10 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. quintadecima, die decimo intr. apr., in Meldula, in porticu Agresti. Petrus Lambardus, pro se suisque liberis et heredibus, iuris vel rei successoribus, dat, vendit atque tradit Rosello converso mon. Lisole, recipienti pro dicto mon. et Uguiçone nunc abb. ipsius mon. et pro rectoribus, q. ibi deinde erunt, in perpetuum unam petiam terre propriam et donicatam pos. in Costis de Camareulis: a primo latere ff. qd. Manfredi, a secundo rivus, a tertio venditor; et medietatem unius petie terre pro indiviso, iuxta dictam petiam in eodem fundo, et iuxta filios Soldaderii et rivum et venditorem, territorio Populiensi, plebe Meldule, cum introitu et exitu suo et cum omni iure et actione. Pro pretio septem libr. et XIII sol. et IIII^{or} den. Rav., q. sibi confitetur esse solutum. Pena dupli. Testes: Rusticellus Satullus, Guilielmus Cari, Berardus Stirpoli, Guastonus. Agrestus Meldule imperialis not.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Marzo 15. *Segue, nella stessa pergamena, al doc. di cui al reg. n. 1822.*

1825. *Chiesa di Camaldoli (Bologna), 12 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, die duodecimo intr. apr., ind. quintadecima. Guido prior Cam. eccl. minoris de Bononia, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet Marino, Ugone, Guidone et Adam, hoc emphy(teosim) instrumento dat et concedit Iacobo de Feraria et heredibus petiam unam terre vineate sit. in territorio Bon(oniensi) in l. u. d. Suçoli, computatam tres torn. et tertiam partem alterius, cum superioribus et inferioribus finibus, accessionibus et egressibus usque in viam publicam. Confines: a mane Ugolinus de Çagano, a sero eccl. S. Cicilie, a meridie Gerardus Bonihominis, de suptus via. Pro pretio XXXV libr. Bon., ex quibus (Iacobus) solverit[1] Guilielmo de Cefuris viginti octo libr. Bon., cui dare (Guido) tenebatur pro emptione vinee quam ab eo emit, residuum solvit in una bibia, quam emit pro dicta eccl. Liceat Iacobo et heredibus[2] solvere omni anno in mense mar. vel infra unum den. Bon., et post tertiam generationem exactam novum henfiteosim hoc ordine renovetur. Pena: duplum. Act. in claustro Cam. eccl. Interfuerunt Orlandinus de Punticlo, Bençevenne f. Orabona de Cervara, magister Arnaldus de Tolosa de Porta Guvexe et magister Guilielmus tt. Bernus f. qd. Rodulfi specialis not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il documento di cui al reg. n. 1866.

[1] *Nell'orig.* solveris [2] *Nell'orig.* tibi et tuis heredibus

1826. *Prataglia, 25 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, residente Gregorio pp. et Friderico Romanorum imp. imperante, VII kal. mad., ind. XV. Salinbene f. qd. Ioanelli de Pratali et Mafeus Guerrutii et Lucia uxor dicti Mafei dederunt, concesserunt in perpetuum atque cesserunt Vange converso Cam., recipienti pro Cam. heremo, omne ius et actionem, quod et quam habebant vel habere debebant vel eis pertinebat vel competebat in quodam casamento pos. in Pratali, iuxta casamentum Petri de Martello: ab uno latere via, ab alio terra S. Blasii, a tertio Petri de Martello, a quarto filii Albertucii; et nichilominus fecerunt ei datum et finem et renuntiationem inrevocabilem de omnibus et singulis, q. in dicto casamento cum suo greppo et omnibus suis pertinentiis aliquo modo requirere seu petere poterant. Pena: libr. decem den. Pis. Act. apud Pratale. Interfuerunt Mussetus Martinocii et presb. Bonensegna tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Aprile 25, n. 1. *Summaria, c. XXXII v., n. 1.*

1827. *Prataglia, 25 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, residente Gregorio pp. et F(riderico) Romanorum imp. imperante, VII kal. mad., ind. XV. Mussetus f. qd. Martignotii de Roziropuli et Aringerus eius f., consentiente patre filio, pro remedio animarum suarum suorumque parentum et pro sol. XII den. Pis., quos a Vanga converso Cam. fuerunt confessi recepisse, dederunt et concesserunt in eternum eidem Vange, recipienti pro Cam. heremo, petiam unam terre pos. ad Musileam: ab uno latere terra plebis, a duobus vie, a quarto terra dicte heremi, cum introitu et egressu, et cum omni iure et actione. Pena: duplum. Act. apud Pratale. Interfuerunt presb. Bonensegna, Benvenutus f. Ianni de Bacco et Martinus f. qd. Alberti tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Aprile 25, n. 2. *Summaria, c. LXI, n. 1.*

1828. *25 Aprile 1227.*

« Mafeus f. Çanche de Sparena promisit per se suosque heredes in perpetuum Vange converso Cam. pro Cam. heremo annuatim solvere in perpetuum Cam. heremo, nomine servitii et pensionis, star. II boni grani, ad rectum star. de Poppi, et den. VI et dimidium Pis. annuatim in perpetuum de quodam resedio Cam. heremi pos. in Pratali, iuxta viam publicam et iuxta terram S. Blasii, et de sex petiis terre Cam. heremi, pro quibus omnibus predictus Matheus[1] per se suosque heredes promisit in perpetuum stare in predicto resedio, et dictum servitium et pensionem, ut dictum est, prestare, dando predicto Vange pro dicta heremo, nomine commutationis, unum resedium, q. tenebat a Cam. in Sparena, pos. iuxta viam publicam et iuxta terras heremi Cam.; item IIII^{or} petias terre, quas tenebat a Cam. heremo in Sparena, quarum tres petie pos. sunt iuxta terram Cam. heremi, quarta est pos. iuxta viam publicam et iuxta terram Mussetti; item petias III terre in Casali: prima est iuxta terram Maineti et terram domus Cam. et Albertini, secunda est iuxta terram Mussetti et terram Cam. et Morandi, tercia est iuxta viam publicam et terram domus Cam.; item quicquid habebat iuris in donicato Cam. de Sparena desuper viam vel de subter viam. Sub a. Domini M°CC°XXVII°, die VII^{a} kal. maii. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXXII v., n. 2.

[1] *Così nell'orig.*

1829. *25 Aprile 1227.*

« Aldebrandus Balduini de Mogiona vendidit Cam. domui unam petiam terre, quam tenebat a predicta domo ad Ripam de

Casis, pro quinque libr., iuxta Rustichellum, Cam. fossatum et viam. Sub a. Domini M°CC°XXVII°, die VII^a kal. maii. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXIIII, n. 1.

1830. *25 Aprile 1227.*

« Rustichellus de Mogiona, Imeldina et Belentese eius filie vendiderunt Palmerio converso, recipienti pro Cam. heremo, unam petiam terre pos. in terris de Mogiona, ad Ripam de Casis, pro libr. v. Sub a. Domini M°CC°XXVII°, die VII^a kal. maii. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXIIII, n. 2.

1831. *Castelnovo, 26 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, die quinto ex. apr., ind. xv, in foro Castri novi, tempore Gregorii pp. et Frederici imp. Albertinus pro se suisque liberis et heredibus ac successoribus dat et vendit presb. Bencevenne, procuratorio nomine Ugoçone abb. mon. de Isola, pro se suisque successoribus et pro dicto mon., unam petiam terre pos. in Campo de Gualdo, territorio Populiensi et plebe Castri novi: a duobus lateribus Bonacunçus, a tertio uxor Ferri, a quarto ipse venditor, cum omni iure et actione. Pro pretio quatuor libr. Rav. et tredecim sol. et duorum den., quas sibi profitetur esse solutas; et si in aliquo plus valet, donat liberaliter. Pena: duplum. Testes: Dançanni, Iacobus, Bonellus, Ferrus, Fedregellus[1]. Henricus tabellio.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il doc. seguente.

[1] *Nome d'incerta lettura, quasi svanito.*

1832. *Castelnovo, 26 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, die quinto ex. apr., ind. xv, in foro Castri novi, tempore Gregorii pp. et Frederici imp. Pelegrina, consentiente Fero viro suo, pro se suisque liberis et heredibus ac successoribus, dat et vendit presb. Bencevenne, procuratorio nomine Ugoçone abb. mon. de Isola, pro se suisque successoribus et pro dicto mon., unam petiam terre pos. in Campo de Gualdo, territorio Populiensi et plebe Castri novi: a tribus lateribus mon., a quarto ipsa venditrix, cum omni iure et actione. Pro pretio quatuor libr. Rav. et tredecim sol. [.....], quas sibi profitetur esse solutas; [.....]. Pena: duplum. Testes: Dançanni, Aprilis, Çerencius, Frugerius, Bonacunçus. Henricus tabellio.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, il doc. precedente.

1833. *Fontebuono, 29 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, residente Gregorio pp. et Friderico Romanorum imp. imperante, die tertia kal. mad., ind. quintadecima. Ricevutus f. qd. Martini de Podio dedit, tradidit, optulit atque inter vivos inrevocabiliter donavit et in eternum concessit Guidoni priori Cam., recipienti nomine Cam. heremi, infrascriptas res et possessiones, scilicet petiam unam terre pos. cum vinea iuxta Podium Rigoli, q. est star. quatuor: ab uno latere terra plebis Partine, ab alio Pratalie, a tertio flumen[1], a quarto Guidonis Musce; petiam unam terre iuxta flumen: ab uno latere terra plebis, ab alio Podium Rigoli, a tertio flumen; integre quartam partem pro indiviso totius Podii Rigoli, excepto tamen eo quod habet ibi plebs et quod habent ibi ff. Alberti de Malpiglo, et quartam partem pro indiviso aquibuli et molendini cum terra ibidem pos. iuxta clusam predictam: ab uno latere flumen, ab alio clusa predicta, a tertio episcopi[2]; petiam unam terre, q. est star. v, pos. in Frezena u. d. ad Podium de Maglavacca: ab uno latere terra heredum Viviani, ab alio eccl. de Frezena, a tertio Aldebrandini et Morandi de Vepre[3]; medietatem pro indiviso unius campi pos. in Frezena: ab uno (latere) terra Sanbuci et Leonis, ab alio filiorum Azi, a tertio eccl. de Frezena; petiam unam terre in valle de Cornio, q. est star. IIII: ab uno latere terra filiorum Orlandi, ab alio Martini Pelati, a tertio aliorum procerum de Partina; star. duo terre in Fonte Meleta: ab uno latere terra Ubertini, ab alio Graciani, a tertio plebis; star. duo in Petrale: ab uno latere terra filiorum Azi, ab alio heredum Viviani; star. quatuor in Cereta: ab uno latere terra Pratalie, ab alio Torpini, a tertio illorum de Castriciano; star. I et dimidium in Clusa de Podio: (ab uno latere)[4] ff. Mugnai et Guido Musce; et quicquid habebat vel habere debebat, vel alius sive alii pro eo, vel ei competebat vel pertinebat aliquo modo in toto episcopatu Aretino in omnibus et per omnia, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione, excepto tamen iure patronatus eccl. de Frezena, q. sibi retinuit. Pena: duplum. Act. apud Fontenbonum. Interfuerunt Guido f. qd. Drudoli de Turre, Ubertinus f. Martini de Podio, Orlandinus f. qd. Rusticelli[5] et Orlandinus et Brunetus ff. Dominici de Bucena tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Aprile 29, n. 2. *Altro esemplare dello stesso not. quasi in tutto simile; nello Spoglio:* 1227, Aprile 29, n. 1. *Summaria, c. LI v., n. 1, colla data* M°CC°XXXVII°, die III kal. maii

[1] *L'altro esemplare aggiunge* Larkiani [2] *L'altro esemplare aggiunge* Ar(etini) [3] *L'altro esemplare ha invece* a tertio similiter, a quarto terra illorum

de Vepre [4] *Le parole fra parentesi aggiunte secondo l'altro esemplare.*
[5] *L'altro esemplare aggiunge* de Culliano

1834. *Fontebuono, 29 Aprile 1227.*

A. MCCXXVII, Friderico Romanorum imp. imperante, die tertia kal. mad., ind. XV. Guido prior Cam. dedit, tradidit et concessit in perpetuum libellario iure Alberto f. Recevuti de Podio omnes et singulas possessiones et bona, que et quas dictus Recevutus dederat ex causa donationis dicto priori, recipienti vice Cam. heremi, sicut continetur in scriptura per Iulianum not. infrascriptum confecta[1], exceptis tamen et retentis Cam. heremo omnibus et singulis possessionibus et bonis, que et quas dictus Recevutus eidem priori, recipienti pro predicta heremo, dederat a Cruce Focaiola supra versus Cam. et a Podio de Cerreto supra versus Cam., q. dictus prior eidem non dedit nec ullo modo concessit. Annuatim nomine pensionis den. sex Pis. et non plus; salvo tamen quod non possit ius suum vendere alicui loco religioso vel eccl. seu servo alicuius, sed si ius suum voluerit vendere, teneatur dare Cam. heremo pro sol. V minus den. Pis. quam alii persone. Pena: libr. viginti den. Pis. Act. apud Fontenbonum. Interfuerunt Guido f. qd. Drudoli de Turre, Ubertinus f. Marti[ni] de Podio, Orlandinus et Brunetus ff. Dominici de Bucena. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1227, Aprile 29, n. 3.

[1] *Cf. il reg. precedente.*

1835. *« A le Lame » (Arezzo?), Maggio 1227.*

A. MCCXXVII, mad., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. XV. Berta uxor Lucoli cum filio Nicolao vendit et tradit presb. Iohanne rectori eccl. S. Columbe, recipienti pro nomine dicte eccl. eiusque successoribus, totam integram petiam unam terre in curia Penne in l. q. [...]so nuncupatur. Confines: a duobus lateribus emptores, a III latere uxor Martini Luli[n]i, a IIII latere via publica, cum superioribus et inferioribus usque in viam publicam omnique iure et actione. Pro pretio XV sol. Rav., et confitetur se bene esse solutam. Pena dupli. Act. a le Lame. Interfuerunt Iohanne f. Tebaldo Çocoli et Iohannes f. Iohanne Porcai. Niger imp. aule not.

Originale. *Precede, nella stessa pergamena, il doc. seguente.*

1836. *Castel di Penna, Maggio 1227.*

A. MCCXXVII, mad., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. XV. Gregorius et Salibe f. qd. Ugo Teudi cum matre

Benedicta vendunt et tradunt presb. Iohannes rectori eccl. S. Columbe, recipienti pro nomine dicte eccl., eiusque successoribus, totam petiam unam terre in curia Penne in l. q. Munticello nuncupatur. Confines: a I latere emptor, a II latere Munticello, a III latere Albrigolo Guiniçi, a IIII latere Misa, cum superioribus et inferioribus usque in viam publicam omnique iure et actione. Pro pretio XII sol. Rav.; confitentur se bene esse solutos. Pena dupli. Act. in castro Penne. Interfuerunt Castellano, Martino Leulino, Çaniolo, Baxato tt. Niger imp. aule not.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, al doc. precedente.

1837. *Anagni, 12 Giugno 1227.*

Gregorius pp. .. priori Cam. Ex parte eius[1] fuit a se[2] humiliter postulatum ut ei[3] licentiam concedere dignaretur, ut hiis, q., postquam in monasterio habitum religionis accipiant, confitentur se dum essent in seculo manus violentas in clericos iniecisse, absolutionis beneficium valeat impertiri. Licet a b. m. Alexandro pp. fuerit constitutum quod de seculo fugientes, q. religionis habitum in mon. receperunt et inter cetera postmodum confitentur se tale commisisse delictum, quod ipso actu excommunicationis sententiam incurrerunt, sine licentia Romani pontificis abbas nec debeat nec possit absolvere, quamvis presumptionem delinquentium debita valeat animadversione punire; tamen ad exemplar Innocentii pp. predecessoris indulget quod etiam talibus absolutionis beneficium valeat impertiri, nisi excessus ipsorum difficilis fuerit et enormis, utpote si ad mutilationem menbri vel effusionem sanguinis est processum, aut in episcopum vel abbatem violenta sit manus iniecta. Dat. Anagnie, II id. iun., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Fortunius, II, 194 cit. Mittarelli, IV, App. 453, n. CCLXXIV.

[1] *L'orig. ha* tua [2] *L'orig. ha* nobis [3] *L'orig. ha* tibi

1838. *Anagni, 13 Giugno 1227.*

Gregorius pp. prelatis et subditis ecclesiarum heremo Cam. subiectis. Exhibita sibi[1] .. prioris et fratrum Cam. heremi petitio continebat quod dicta heremus in Alpibus et loco arido constituta gravi gravata est onere debitorum; monet et hortatur attente, per apostolica eis[2] scripta mandans, quatinus eidem heremo auxilium, q. ad hoc dicti prior et fratres ab eis[2] cum caritate petierint, moderatum liberaliter tribuant. Dat. Anagnie, id. iun., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Il testo è del tenore della bolla di Onorio III, 15 maggio 1224 (cf. il reg. n. 1753). Summaria, c. CCXXVII v.,

n. 1. Fortunius, II, 196 cit. Mittarelli, IV, App. 454, n. CCLXXV. Potthast, n. 7935.

[1] *L'orig. ha* nobis [2] *L'orig. ha* vobis

1839. *Anagni, 13 Giugno 1227.*

« Gregorius pp. * * prohibet abbatibus seu prioribus Cam. ordinis pro eo quod a prelationis offitio amoventur vel de suis excessibus castigantur aliquatenus appellare. Dat. Anagnie, id. iun., pont. eius a. primo ».

Summaria, c. CCXXIIII, n. 3.

1840. *Anagni, 14 Giugno 1227.*

Gregorius pp. .. priori et conventui Cam. Innocentii pp. predecessoris vestigiis inherens[1], liberam eiusdem mon. (de Vangaditia) correctionem et plenam ei[2] et successoribus duxit committendam, ita tamen quod qui pro tempore fuerit electus ibidem Romano pontifici presentetur, ab eo confirmationis et benedictionis gratiam recepturus; ad cuius amotionem, si quando propter excessus suos fuerit amovendus, inconsulto Romano pontifice nullatenus procedatur. Dat. Anagnie, XVIII kal. iul., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Mittarelli, IV, App. 454, n. CCLXXVI. Potthast, n. 7936.

[1] *Si copia per intiero la bolla d'Innocenzo III, di cui al reg. n. 1529.* [2] *L'orig. ha* tibi, fili prior

1841. *Anagni, 15 Giugno 1227.*

Gregorius pp. .. priori et heremitis Cam. In episcopatu Aretino mon. S. Laurentini sit. prope civitatem Aritii, eccl. S. Michaelis sit. in palude iuxta canalem de Muriano apud Venetias, in episcopatu Perusino mon. S. Trinitatis iuxta Perusium, mon. Salenben(e) sit. in Monte Teuzo, in episcopatu Florentino mon. S. Andree de Candicolis, in episcopatu Lucano mon. S. Andree in Silva, in episcopatu Bononiensi mon. S. Marie de Betleem, in episcopatu Cesenati hospitale de Revoreto, in civitate Pisana hospitale sit. iuxta mon. S. Fridiani, in episcopatu Tudertino mon. S. Antonii, in Istria mon. S. Michaelis de Lemmo eis[1] et per eos[2] ecclesie Cam.[3] confirmat. Dat. Anagnie, XVII kal. iul., pont. a. primo.

Originale : sigillo di piombo perduto. Mittarelli, IV, App. 455, n. CCLXXVII, ex cod. mon. S. Blasii de Fabriano et ex tabulario Fontisboni. *Potthast, n. 7939.*

[1] *Nell'orig.* vobis [2] *Nell'orig.* vos [3] *Nell'orig.* vestre

1842. *Anagni, 17 Giugno 1227.*

Gregorius pp. .. S. Savini Pisani et .. S. Ypoliti Faventini abbatibus et .. priori S. Michelis Aretini. [*Ripete il testo della*

bolla di Onorio III, 15 Maggio 1224 (cf. il reg. n. 1753)]. Dat. Anagnie, xv kal. iul., pont. a. primo.

Originale: sigillo di piombo perduto. Mittarelli, IV, App. 457, n. CCLXXIX.

1843. *Anagni, 19 Giugno 1227.*

Gregorius pp. .. archiepiscopo Ravennati, .. Aretino et .. Fesulano episcopis. Mandat quatinus mulieribus districte inhibeant per plebanos ac alios prelatos ne terminos (circa heremum de Cam.) presumant temeritate qualibet preterire, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. Anagnie, xiii kal. iul., pont. a. primo.

Originale: sigillo di piombo perduto. Summaria, c. CCXXVIII v., n. 5. Fortunius, II, 195 cit. Mittarelli, IV, App. 457, n. CCLXXX. Potthast, n. 7944.

1844. *Anagni, 22 Giugno 1227.*

Gregorius pp. Leonardo priori mon. S. Quirici de Rosis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris. [*Ripete il testo della bolla di Eugenio III, 30 Marzo 1151 (cf. il reg. n. 1078)*]. Dat. Anagnie, per manus magistri Sinibaldi S. R. E. vicecancellarii, x kal. iul., ind. xv, a. M°CC°XXVII, pont. Gregorii pp. VIIII a. primo.

Originale: sigillo pendente. Summaria, c. CCXVI, n. 1. Mittarelli, IV, 300 cit.

1845. *Anagni, 23 Giugno 1227.*

Gregorius pp. .. priori Cam. Predicto priori[1] et fratribus indulget eos, q. de aliis congregationibus venientes in heremo Cam.[2] Domino elegerint et promiserint sub ordine ac habitu Cam.[3] in heremo perpetuo deservire, libere sine cuiusquam contradictione retinere possint, ita tamen quod non permittantur in sacris ordinibus, nisi de ipsorum ordinatione certi fuerint, ministrare. Dat. Anagnie, viiii kal. iul., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Fortunius, II, 195 cit. Bullarium Romanum ed. Cherubini, I, 84; ed. Taur., III, 423, n. 4. Hastiville, Romualdina, 6 ante praefat. *Mittarelli, IV, 299 cit. Potthast, n. 7949.*

[1] *L'orig. ha* tibi [2] *Nell'orig.* vestra [3] *Nell'orig.* vestro

1846. *Anagni, 27 Giugno 1227.*

« Gregorius pp. VIIII^us prohibuit, ad exemplar Innocentii pp., ut heremus Cam. et alie eccl. spectantes ad ipsum super decimis et possessionibus pacifice annis XL^a possessis nullatenus molestetur. Dat. Anagnie, v° kal. iul., pont. eius a. I° ».

Summaria, c. CCXXVII v., n. 2. Fortunius, II, 194 cit.

1847. *Anagni, 28 Giugno 1227.*

« Gregorius pp. VIIII^us precepit ut congregationes et loca, q. Cam. heremi disciplinam et ordinem susceperunt aut sunt in posterum susceptura et q. hodie sub illius regimine continentur, ab eius subiectione et unitate nullatenus dividantur. [*Si enumerano i possessi come nella bolla di Innocenzo III, 5 Maggio 1198 (cf. il reg. n. 1351), con queste differenze; manca:*] (in episcopatu Aretino, in ipsa civitate) mon. S. Petri in Picculo; in Tarvisino episcopatu mon. S. Christine; [*e aggiunge:*] (in episcopatu Aretino, in ipsa civitate) mon. S. Marie de Pratallia[1]; (in episcopatu Fesulano) eccl. S. Margarite in Pomino[2]. Que omnia statuit sub priore Cam. heremi et illius disciplina perpetuo permanere, et dictam congregationem apostolice Sedis tutela munivit, decernens ut nulli episcoporum liceat aliquod ex hiis monasteriis absque prioris coniventia vel domni pape licentia excomunicare vel supponere interdicto. Fratribus autem ipsis licere voluit a quo malluerint episcopo consecrationum et ordinationum suscipere sacramenta, et in communi civitatis seu parrochie interdicto, clausis ianuis, celebrare divina. Et subiugavit excomunicationis sententie fratrem professum, q., ab ordine Cam. egressus, admonitus redire contempserit; et exemit Cam. a decimarum de suis laboribus solutione. Item priori Cam. indulsit instituendi et admovendi prelatos in suis conventibus potestatem et libertatem; et rationabiles consuetudines mon. Cam. actenus observatas et observandas auctoritate apostolica confirmavit. Dat. Anagnie, IIII° kal. iul., a. Domini M°CC°XXVII°, pont. eius a. I° ».

Summaria, c. CCXVI, n. 2. Mittarelli, IV, App. 460, n. CCLXXXIII, ex autographo Fontisboni. *Codex dipl. Sardiniae, I, 339, n. 46. Potthast, n. 7950.*

[1] *Cf. il reg. n. 1228.* [2] *Cf. il reg. n. 1446.*

1848. *Anagni, 30 Giugno 1227.*

Gregorius pp. ep. Fanensi et abbati S. Paterniani et priori S. Stephani in padule Fanensi. Prior et fratres heremi Cam. sibi[1] conquestione monstrarunt, quod Esinus ep. ipsos super eorum monasteriis S. Marie de Serra, S. Iacobi de Heremita Mandriole et S. Georgii Cam. ordinis aggravat et molestat; preterea idem super decimis mortuariis, possessionibus et rebus aliis iniuriatur[2] eisdem. Quocirca mandat, quatinus, partibus convocatis, audiant causam et, appellatione remota, fine debito terminent, facientes quod decreverint firmiter observari. Testes, q. fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, cessante appellatione, cogant testimonium veritati perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potuerint interesse, ep.

ipse[3] cum eorum altero ea nichilominus exequatur. Dat. Anagnie, II kal. iul., pont. a. primo.

Copia inserta nel doc. di cui al reg. n. 1932. Cf. i regg. nn. 1930, 1932, 1940 e 1963.

[1] *La copia ha* nobis [2] *La copia usa il plurale.* [3] *Nella copia* tu frater episcope

1849. *Chiesa di S. Bartolommeo in Anghiari, 29 Luglio 1227.*

A. MCCXXVII, mense iul., IIII kal. aug., ind. XV, imperante Fr(ederico) secundo Romanorum imp. Ugolinus Guilielotti[1], tunc temporis communis Anglaris camerarius, omnibus consiliariis coadunatis ad consilium, coram Guidone Gottofreidi pot. eiusdem communis et Gabrieli iud., reddidit rationem totius sue aministrationis introitus et expensarum, quas fecerat et ad eius manus pervenerant de mense iun. et iul.: dedisse tertiam parte(m) prioris et tertiam partem [.....] et aliam tertiam partem sibi pro communi retinuisse secundum formam et [.....] capituli constituti eiusdem castri, et tertiam partem, quam sibi retinuit pro communi, expendisse et dedisse de voluntate consilii in facto et [factis] dicti communis [....]utatem, asignando qualiter et qua causa. In primis asignat expendisse de mense iun., quando misit ad potestatem et Monaldum, XVII sol. in pane et VII sol. in vino, X sol. in uno castrato; item X sol. Iacobo Berte et VIII sol. Iacobo Iohannis cum vi[....] pro facto domorum Artine[2]; item IIII sol. Guineldo, IIII sol. Iacobo Iohannis, IIII sol. Pecialino, II sol. Ranucialo pro recercamento datii Iacobi Berte; item Iacobo pro causa Bonacursi Pieverardi VIII sol.; item VIII sol. eidem pro eodem facto et VI den.; item in alia parte XI sol. et VI den. pro eadem causa; item in alia parte VI sol. et VI den. pro eodem facto. Item dedit Pecialino III sol. pro III cartulis communis; item X sol. Paganutio; item VI Ranucialo; item Bencevenne Artine pro causa dicti Bonacursi II sol.; item VIIII den. salario Brociardo sindico de causa Maçe; item VI den. magistro [Gu]idoni. Item in alia parte pro commestione consiliariorum V sol., VI den. in pane, V sol. in una porketta; item VI sol. in carnibus porcinis, in vino et pipere III sol. et VI den.; XII den. in ova, VI den. in caseo; item III den. Guilie; item II sol. Tkio cum ivit[1] pro causa Bonacursi Artine[2]. Unde dictus Gui(do) pot. cum iud. et consiliariis eiusdem communis, scilicet Orlandino, Iacobo Berte, Anfoscio, Albrigotto et Guineldo, dictas expensas comprobaverunt, pronuntiaverunt et confessi sunt dictas expensas esse factas de voluntate consilii et potestatis et in eiusdem communis utilitatem fore versas, absolvendo eundem Ugolinum ne de predictis seu super predictis dicte com-

munitati nec alii pro ea redderet rationem nec alicui responderet. Act. in eccl. S. Bartholomei eiusdem castri, coram dicto Gabrieli iud., Alberto Bastardi, Bartholo et Benencasa tt. Pecialinus iud. ord. et not.

Originale. *Pergamena non registrata nello Spoglio.*

[1] *Così nell'orig.* [2] *L'orig. ha* Art *con segno d'abbreviazione.*

1850. *Ricò (territorio di Forlimpopoli), 11 Agosto 1227.*

A. MCCXXVII, tempore Gregorii pp. et Fedricii imp., die XI intr. ag., in l. q. d. Riuco, ind. XV. Ginibaldus et Clara eius uxor et Angellus frater dicti Ginibaldi in perpetuum vendunt, tradunt, refutant Guidoni rectori eccl. de Riuco, emptori pro se et successoribus, unam petiam terre pos. in plano de Riuco: a primo latere strata, a II (latere) Albarellus et Çaulus Picoli, a III latere dicta eccl., et totam partem quam habent de molino de Riuco, de qualkeria et de breletis dicti masii de Riuco et de toto aquimine ab utraque parte fluminis cum edificiis et cum suis augumentis, territorio Populiensi et plebe Castri novi, cum ingressibus et egressibus. Pro pretio XI libr., XII den. minus, q. in totum bene solutum fore confitentur. Pena: duplum. Testes: Iohannes Pampanellus [et] Bracius, presb. Ugo et presb. Vigorosius. Iohannes s. Rav. eccl. not. de Molino veclo.

Originale. *Precede, nella stessa pergamena, il doc. di cui al reg. n. 1853.*

1851. *Presso l'Eremo e Fontebuono, 27 Agosto 1227.*

A. MCCXXVII, residente Gregorio pp. et Friderico Romanorum imp. imperante, VI kal. sept., ind. XV. Guido prior Cam. una cum fratribus suis tam heremi quam Fontisboni, scilicet Paulo, Simone, Iohanne, Gerardo, Henrico et Lotaringo inclusis, et Guidone sacrista, Ugone cellario, Petro, Rainaldo, Bono, Iohanne et Iohanne fratribus heremitis, nec non Benigno sacrista, Guidone cellerario, Benedicto et Benedicto, Alberico, Guidone, Iunta, Odone, Nicolao et Accarixio fratribus Fontisboni fecerunt et constituerunt eorum sindicum et verum procuratorem Guidonem priorem Cam. de Bononia ad repetendum corpus Andree f. qd.Rodulfi de Aleta civis Bon., monachi Cam., et ad repetendum res et bona qd. dicti Andree ab omnibus et singulis personis seu locis detinentibus ipsas sive ipsa, coram episcopo et potestate Bononien(sibus) et coram aliis quibuscumque iudicibus ordinariis sive delegatis presentibus et futuris, et ad repetendum Philipum, Petrum et omnes alios monachos Cam., q. habitum reliquerunt et eorum bona, et ad omnia et singula q. ad predicta omnia vel circa predicta pertinent vel pertinere possent facienda. Promiserunt quod

quicquid de predictis omnibus et singulis fecerit, omni tempore ratum et firmum habebunt et retinebunt inconcussum. Act. apud heremum et Fontenbonum. Interfuerunt Do[....] f. Doni et Germanus f. Bonencontri tt. [Iulianus] sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale.

1852. « *Villa S. Georgii* » *(Argelato), 5 Settembre 1227.*

A. MCCXXVII, ind. decima quinta, die quinto intr. sept., in villa S. Georgii, sub porticu filiorum qd. Bertholi Heliche. Presentibus testibus Iohanne Caratone, Michaele Iohannis Pellis, Raimundino q. stat in domo Bertholomei et fratris, Iohannino f. Rodolfini Iohannis de Bonafante et Açolino Bullifava, cartam venditionis, si proprium in perpetuum, si condititium unde pertinuerit, fecerunt Bertholomeus et Aldrobandinus fratres ff. qd. Bertholi de S. Georgio et Albine de una petia terre laboratorie pos. in pertinentia S. Georgii, in Guardata hominum Argelate, in personam Ugolini conversi eccl. S. Marie de Cam. de civitate Bon(oniensi), recipientis nomine dicte eccl. suorumque fratrum et successorum. Confines: a mane Iohannes Lungus, de suptus Saldaçappa de Argelata, a sero via publica, desuper ipsa eccl. iamdicta, cum omnibus superioribus et inferioribus, cum omni iure et actione. Pro pretio undecim libr. Bon. minus quinque den. ad rationem trium libr. Bon. et decem sol. Bon. pro torn. — q. petia est tres torn. et decem et novem tab., — q. pretium eis solvit. Pena: duplum. Octobonus castaldus promisit omnia predicta observare, sub pena dupli. Albina mater dictorum Bertholomei et Aldrobandini dicte venditioni consensit et renuntiavit omni iuri et actioni in ea re vendita, promittens dictam venditionem firmam et ratam habere, sub pena dupli. Iohanninus f. qd. Açolini not. de Rafacane et Federici imp. not.

Originale.

1853. *(Territorio d'Arezzo), 8 Settembre 1227.*

A. MCCXXVII, Gregorio pp. nono residente, Frederico imp., sexto id. set., ind. quintadecima. Petrus qd. Benincase de Romena per hanc cartam venditionis, donationis, translationis, cessionis et concessionis, omni modo abrenuntiationis, permutationis seu cambii transigit et transactat et inrevocabiliter vendit, dat et offert Deo et eccl. S. Salvatoris sit. in l. q. d. Campo Amabili, nec non et Puppino oblato eiusdem mon., recipienti pro se et pro toto ordine Cam. et suis successoribus, unam petiam terre pos. in l. q. d. Vaccarezia. Confines: a primo latere via, a secundo

(iuxta) terram q. fuit Oddonis, a tertio (iuxta) vineam domus Cam. de Romena, a quarto latere Cam. Recepit iustum cambium, in veritate unam petiam terre pos. « in Vackariziam ab inferiores partes vie »: a primo latere Renaldus Ugicc(ionis), a secundo Rolando de Battiffolle, a tertio Ugolinus Vaianelli, a quarto via; et insuper viginti sol. den. Pis.; si plus valeret, donat inter vivos et vult quod tot sint donationes quot sunt res, et quotiens excederet, totiens reiteretur et fiat nova donatio. Pena: centum sol. den. Pis. Promittit quod faciet consentire ff. Bernardi huic contractui, sub eadem pena. Constituit Iovanem villicum suum executorem, q. ipsum Poppinum ducat in corporalem possessionem. Act. ab inferiori parte coste Puppini. S. m. Pagani qd. Paltonerii, Uguizone qd. Menci Ubertini, Enrigi qd. Manuelli, Scarlacti qd. Riczi et Iovane tt. Tiverius imperialis aule et sacri pal. iud. ord. et not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il doc. di cui al reg. n. 1854.

1854. *Presso la chiesa di Ricò (territorio di Forlimpopoli), [12 Settembre 1227.*

A. MCCXXVII, tempore Gregorii pp. et Fedricii imp., die XII intr. sept., apud eccl. de Riuco, ind. XV. Timideus pro se et heredibus vendit et tradit Guidoni rectori eccl. de Riuco, pro se et successoribus in dicta eccl. permanentibus, unam petiam terre pos. in plano de Riuco, territorio Populiensi et plebe Castri novi: a primo latere via, ab aliis lateribus emptor, cum ingressibus et egressibus. Pro pretio XXV sol. Rav., q. totum bene solutum fore confitetur. Pena: duplum. Testes: Iohannes Scornabecus, Maçolus et Laçarinus. Iohannes s. Rav. eccl. not. de Molino veclo.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Agosto 11. *Segue, nella stessa pergamena, al doc. di cui al reg. n. 1849.*

1855. *(Territorio d'Arezzo), 16 Settembre 1227.*

A. MCCXXVII, Gregorio pp. nono residente, Frederico imperante, decimo sexto[1] kal. oct., ind. XV. Martinus et Iohannes fratres ff. qd. Bernardi de Romena, quicquid Petrus de Benincase patruus, relictus a patre Bernardo tutor et procurator et mundualdus, cambio fecit cum Puppino, dicunt esse versum in suam utilitatem, ex eo quod debet durare versum; unde coram Tiberio iud., sub sua interrogatione, consentiunt in dicto cambio. Si dictus Petrus in aliis negotiis non fuisset legitimus tutor vel procurator, dicunt et affirmant ipsum esse sufficientem et legitimum in isto contractu, et auctoritas ipsius tutoris in isto casu placuit

sibi et placet, quia meliorem conditionem sibi fecit et quia placet pretori, sub cuius iurisdictione sunt. Si in aliquo vel aliquibus fuissent decepti ultra dimidiam partem, quod non sunt, donant et offerunt Deo et eremo Cam. Pena: centum sol. den. Pis. « Dederunt a dicto Petro licentiam fideiubendi pro eis quod ad plenam etatem eorum consentirent huic contractui », sub pena dupli. Act. « in domo Deotisalvi Badarelli, in villa, et domne Imildine mater eorum consensit ». S. m. « Pagani qd. Paltoneri, Ugazione qd. Menci, Vitali converso et Iovane voc. tt. et Iandavado qd. Renaldi ». Tiverius imperialis aule et sacri pal. iud. ord. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Settembre 8. *Segue, nella stessa pergamena, il doc. di cui al reg. n. 1852.*

[1] *Nell'orig.* sexto *è scritto marginalmente; forse fu omesso il segno di richiamo.*

1856. *Argelato, 5 Ottobre 1227.*

A. MCCXXVII, die quinto intr. oct., regnante Federico Romanorum imp., ind. quintadecima. Ubaldinus Iuvenalis vendit et tradit Ugolino converso eccl. S. Marie de Cam. et Germano nepoti priori dicte eccl., recipientibus pro dicta eccl. et pro dicto priore et suis fratribus in perpetuum, sex torn. terre aratorie et tertiam partem alterius pos. in Guardata Dubretti[1]. Confines: a mane via publica, a sero Bonaçunta faber q. moratur in burgo Orcoveçi, desuper magister Rainaldus et de subtus Michael boctus, cum superioribus et inferioribus finibus, accessionibus et egressibus suis usque in viam publicam. Pro pretio viginti quinque libr., septem sol. et II den. Bon., q. totum integrum et legitime solutum fore confitentur. Pena: duplum. Comtissa nurus dicti venditoris omni suo iuri ypotecarum renuntiavit, et promisit non contra agere vel facere, sub pena dupli, cedendo et dando quicquid iuris et actionis in dicta re habebat. Act. in castro Argelate, sub porticu eccl. S. Prosperi, presentibus Girardo de Petriçano, Ugolino f. Rubaldi et Tomaxino qd. Rubei de Saragoça tt. Rodulfinus not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* Dubetti *con due segni di abbreviazione, l'uno sulla* du, *ma sembra espunto, e l'altro sulla* b

1857. *(Territorio d'Arezzo), 9 Ottobre 1227.*

A. MCCXXVII, oct., VIIII die intr., ind. XV, Frederico imperante. Asta de Montedollio refutat et renuntiat Rigolo castaldo mon. de Cam. omne ius et actionem et rationem, quod et

quam habet vel habere videtur in quadam petia terre pos. in l. q. d. Colle, iuxta terram Viviani de Colle, terram mon. de Cam., terram quam habent ff. Guidonis Stefani a Ubertino et iuxta viam, quam terram habebat iure recti feudi a mon. de Cam. Confitetur se recepisse nomine pretii xxxv sol. den. Pis. Pena: x libr. den. Pis. Act. in burgo, coram Guidone Afre, Galgano Mafei et Rainerio Bruni tt. Vivianus not.

Originale. Summaria, c. CXXIIII, n. 3.

1858. *Bibbiena, 18 e 29 Ottobre 1227.*

A. MCCXXVII, die quintadecima kal. nov., ind. quintadecima. Presb. Iohannes de S. Zenone, presb. Bene S. Donati de Banzena, presb. Bene de Campi, presb. Ubertus de Quercieto, presb. Bene de Catarsena, presb. Albertus de Pecio, presb. Guido de Ofignano, presb. Andreas de Frasseneta, presb. Iunta de Cirixiolo, presb. Bene de Iumpareta, presb. Orlandus de Casalegio, presb. Ubertus de Corsellone, presb. Mafeus de Vignole, presb. Marcus de Monteclo, presb. Guilielmus de Zardona et presb. Clareus de Lontrina, presente et consentiente Rolando plebano de Biblena, fecerunt et constituerunt eorum sindicum et procuratorem presb. Bagnolum ministrum eccl. S. Angeli de Banzena ad arbitros eligendos et constituendos seu amicabiles compositores et ad transigendum et concordandum super lite et controversia, quam habebant ipsi et eorum plebanus predictus et capellani plebatus de Biblena cum Guidone priore Cam. nomine heremi Cam. sub episcopo et archidiacono Florentin(is) pape iudicibus delegatis pro decimis vel occasione privilegiorum ab episcopis Aretinis impetratorum a ministris dicte heremi super uno star. frumenti pro qualibet massaritia plebatus Biblene de sua decimatione. Promiserunt quod quicquid de predictis omnibus et singulis fecerit vel constituerit seu promiserit et quicquid arbiter vel arbitri seu amicabiles compositores ab eo electi preceperint, statuerint et ordinaverint omni tempore per se eorumque successores omnes ratum et firmum habebunt et tenebunt, nec contra aliquo modo vel ingenio venient. Act. in plebe de Biblena. Interfuerunt presb. Iohannes can. eiusdem plebis et Ingolus f. qd. Rozerii de Gressa tt. Eadem die, anno, mense et ind., apud eccl. Burgi S. Mame, presentibus testibus presb. * * * ministro dicte eccl. de S. Mama, Clerico de S. Mama, Rainerio de Bencivene, Gerardo f. Meliorelli et Rainaldo Bonacursi, dictus presb. Bagnolus pro se et sua eccl. predicta et nomine predictorum sacerdotum omnium et singulorum et Rolandus plebanus predictus pro sua plebe tantum, ex una parte, et Guido prior Cam. vice

predicte heremi, ex alia, communiter et concorditer elegerunt et constituerunt eorum arbitros, arbitratores atque amicabiles compositores Philippum monachum Cam. et presb. Bene de Campi ad arbitrandum, laudandum et precipiendum inter eos super suprascripta lite et controversia, promittentes dicte partes vicissim inter se et ipsis arbitris quod quicquid dicti arbitri communiter et concorditer arbitrati fuerint vel laudaverint, die feriata vel non, sedendo vel stando, una vice vel pluribus, partibus absentibus vel presentibus, vel una presente et altera absente, ratum et firmum omni tempore habebunt et tenebunt, nec contravenient aliquo modo vel ingenio. Pena: libr. centum den. Pis. Insuper Bencivene de S. Mama et Bencivene de Campi f. qd. Porcelli, de precibus et mandato dicti plebani de Biblena et dicti presb. Bagnoli, promiserunt per se suosque heredes omnes prefato priori Cam., stipulanti pro predicta heremo, se ita facturos et curaturos quod predictus plebanus et eius concapellani omni tempore omnia predicta et singula servabunt et tenebunt incorrupta. Pena: libr. centum den. Pis. His ita actis dicti Philippus et presb. Bene arbitri unanimiter et concorditer preceperunt, laudaverunt et arbitrati sunt ut dictus plebanus et sui successores pro sua plebe et presb. Bagnolus et sui successores omnes pro sua eccl. predicta, et omnes et singuli sacerdotes predicti et eorum successores, de quibus dictus presb. Bagnolus sindicus erat pro suis ecclesiis, et etiam omnes alii sacerdotes de eodem plebatu et eorum successores pro suis ecclesiis dent annuatim in perpetuum heremo Cam. vel eius certis nuntiis seu nuntio in festo b. Marie de sept. vel ante pro dicta decimatione, quam ab eis petebat prior Cam. occasione privilegiorum suorum ab Aretinis episcopis impetratorum, scilicet in quibus fiebat mentio quod dicta heremus deberet habere pro qualibet massaritia unum star. frumenti de sua decimatione, star. sexaginta frumenti mensurati ad rectum star. de Biblena, scilicet star. triginta apud plebem de Biblena et star. triginta apud eccl. de Campi; et si non observaverint, fecerint et tenuerint, quod dent et teneantur dare pro pena dicte heremo libr. centum den. Pis., et nichilominus omnia predicta et singula rata et firma habere et tenere et privilegia Cam. heremi penitus in suo robore consistant, et salvo tamen eo quod decimationes, quas heremus Cam. consuevit habere sine predicto sestario, habeat sicut actenus consuevit. Item preceperunt, laudaverunt et arbitrati fuerunt ut prior Cam. et eius fratres penitus renuntient rescripto impetrato super predictis ad episcopum et archidiaconum Florentin(os) et omni iuri et privilegio q. habet inde, nec occasione privilegiorum suorum vel alia qualibet possit vel debeat eis-

dem plebano vel eius capellanis petere ultra predicta; et si dictus prior et eius successores ita integre non observaverint, fecerint et tenuerint, quod teneantur dare pro pena libr. centum den. Pis., et nichilominus omnia predicta et singula rata et firma habere et tenere; et ut dictus prior faciat consentire predictis fratres suos omnes ad sensum sapientis dicti plebani et capellanorum, et ut dictus plebanus et eius fratres et omnes capellani de eius plebatu similiter consentiant predictis ad sensum sapientis dicti prioris. Et reservaverunt sibi dicti arbitri quod possint dicto arbitrio adiungere et diminuere, dummodo non addant vel diminuant predictis star. sexaginta frumenti. Quod arbitrium ambe partes emologaverunt, et omni tempore ratum et firmum habere et tenere promiserunt. Eodem anno et ind., quarto kal. nov., in Mercatali de Biblena, presentibus testibus presb. Bono de Camprena, Bartholo calciolaio, Mafeo Ianellini et Torpino de Kitignano, presb. Mafeus de Sarna, presb. Boncompagnus de Tremozano, presb. Thomax plebanus de Montefatukio et Gregorius electus de Vespero omnibus predictis et singulis consenserunt, et predicta omnia et singula rata et firma habere et tenere promiserunt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale.

1859. *Laterano, 2 Dicembre 1227.*

Gregorius pp. .. priori et fratribus heremi Cam. Providere volens ecclesiis ordini Cam.[1] subiectis et iuri etiam Cam. heremi[1] prospicere cupiens, districtius inhibet, ne prelati et fratres ecclesiarum ipsarum possessiones suas sine assensu Cam. heremi[1] vendere, infeudare seu quolibet modo alienare presumant, cum ita fuerit hactenus observatum. Dat. Laterani, IIII non. dec., pont. a. primo.

Originale; sigillo plumbeo perduto. Mittarelli, IV, App. 467, n. CCLXXXVI. Potthast, n. 8071.

[1] *Nell'orig.* vestro

1860. *Laterano, 9 Dicembre 1227.*

Gregorius pp. .. Aretino ep. Supplicarunt sibi[1] .. prior et fratres heremi Cam. ut, cum mon. de Fullonica eorum ordini (ep. ipse) velit conferre — cum sit in spiritualibus et temporalibus dissolutum — et patroni eiusdem mon. assensum suum super hoc prebeant et eius[2] voluntati concurrant, misericorditer dignaretur ut in hac parte impleatur desiderium providere; concedit ut, requisito assensu capituli, ordini predicto conferat mon.

memoratum, ut ad reformationem ipsius per ordinem Cam. regulariter procedatur. Dat. Laterani, v id. dec., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Nello Spoglio: 1227, Dicembre 9, n. 2. *Fortunius, II, 195 cit., colla data* V id. sept. *Mittarelli, IV, App. 468, n. CCLXXXVII. Potthast, n. 8077. Cf. il reg. seguente.*

[1] *L'orig. ha* nobis [2] *Nell'orig.* tue

1861. *Laterano, 9 Dicembre 1227.*

Gregorius pp. capitulo Aretino. Cum ep. Aretinus[1] gerat voluntatem de mon. de Fullonica Cam. ordini conferendo et patroni eiusdem mon. assensum super hoc prebeant et ipsius episcopi voluntati concurrant, rogat et hortatur, quatinus assensum suum super hoc sine difficultate aliqua impendant. Dat. Laterani, v id. dec., pont. a. primo.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Nello Spoglio: 1227, Dicembre 9, n. 1. *Fortunius, II, 195 cit., colla data* V id. sept. *Mittarelli, IV, App. 468, n. CCLXXXVII. Potthast, n. 8078. Cf. il reg. precedente.*

[1] *L'orig. ha* vester

1862. *Chiesa di Ricò (territorio di Forlimpopoli), 21 Dicembre 1227.*

A. MCCXXVII, tempore Gregorii pp. et Fedrici imp., die XI ex. dec., ind. XV, in eccl. de Riuco. Marcus abbas mon. de Pratalia, cum consensu monachorum et conversorum dicti mon., concedit Çaulo de Piccolo et Dominico [eius] fratri et Iohanni de Pampanello, Bracio et Bartolo, recipientibus pro se et filiis et nepotibus, iure hemphite[otico] ad renovandum totum tenimentum, q. habent in masio de Riuco vel quicquid habere debent iure eccl. sue, cum introitu et exitu, territorio Populiensi et plebe Castri novi. Sub redditu reddendo omni anno duas partes unius star. grani star. Castrinovi et duas partes de II quartariolis vini eodem star. et per petitores adducta dicta servitia ad mansionem de Riuco; et non liceat eis iamdictas res vendere, nisi inter se vel in predicta eccl.; et post transitum eorum et filiorum et nepotum, munimine expleto, dicte res ad ius et dominium dicte eccl. revertantur. Dat eis licentiam intrandi in possessionem pro eo quia dederunt sibi nomine calç(arii) den. Rav. v sol. et IIII den., quos confitetur sibi solutos esse. Pena: C sol. Testes: Benolus, Brunetus et Bonagura. Iohannes s. Rav. eccl. not.

Originale.

1863. *30 Gennaio 1228.*

« Donnus Guido, abb. mon. S. Andree de Candiculis, vendidit per se suosque successores in perpetuum Rogerio Donati Uber-

tini personam Bonfantis Griffonis et personam Bonaiuti filiorum de la Villana cum resediis et terris suis et annuis servitiis; item totum podere q. fuit Ianni de la Pilusia; item ius colonatus heredum ipsius Ianni et omnes terras et vineas, casas et capannas pos. in castro de Mormana et eius curte et de Capiano et de Ulmito; item servitia filiorum del Fabro et hospitalis de la Falce et eccl. S. Quirici de le valle, reservata ipsi eccl. quarta parte patronatus eccl. S. Stephani de Alfiano et S. Michaelis de Morniano. Pro pretio libr. XL^a^ et restitutione sibi facienda a predicto Rogerio unius instrumenti debiti libr. XXIII, minus sol. V, de quo cartam fecerat Guillelmus not., promittens predictum debitum compensare sibi de summa predictarum XL^a^ libr. Sub a. Domini M°CC°XXVIII°, III° kal. febr. Carta manu Rustichelli not. ».

Summaria, c. CLXXXII v., n. 1. Mittarelli, IV, 304 cit.

1864. *Pisa (monastero di S. Frediano), 17 Febbraio 1228.*

Guido prior conventus Kam. cassavit electionem factam ab abbate S. Michaelis de Burgo pro ipso priore de Deotaiuti, quem elegit in hospitalarium hospitalis S. Fridiani, et amovit ipsum ab administratione predicti hospitalis; et dictus Deotaiuti incontinenti surrexit et dedit claves dicti hospitalis prefato priori. Hec fecit prefatus prior, quia dictus Deotaiuti permisit se introniçari ab illis de domo Assorum et ab eis recepit claves dicti hospitalis, sicut ipsemet Deotaiuti confessus est, et quia dicti de domo Assorum fecerunt contra sententiam latam ab Hubaldo olim archiep. Pisano de ipsa introniçatione, exemplum cuius sententie fuit scriptum a Matheo not., a Ghello not. visum. Act. Pisis, in camera dicta infirmaria, in claustro mon. S. Fridiani. Presentibus Petro priore dicti mon., Orlando abb. de Vangaticcia, Michaele clerico dicti mon., Braccio converso eiusdem mon., Benenato qd. Tederigi, Guidone f. Bonaventure et aliis testibus. A. MCCXXVIII, ind. prima, quartodecimo kal. mar. Ghellus f. qd. Ascianensis iud. et not. imperialis aule not.

Originale. Mittarelli, IV, 304 cit.

1865. *26 Febbraio 1228.*

« Magister Gerardinus can. Aret(inus) et donni episcopi Aret(ini) iudex delegatus in causa, q. vertebatur inter Cam. heremum et capitulum mon. Campoleonis super decimas de villa Largnani, per arbitrium pronuntiavit et diffinivit quod heremus Cam. super suis decimis a predicta villa percipiendis non molestetur a capitulo mon. Capoleonis; de terris autem de Piscille, quas colunt homines de Largnano, diffinivit quod mon. Capoleo-

nis terciam tantum partem decimarum perciperet. Sub a. Domini M°CC°XXVIII, V kal. mar. Carta manu Manselli not. ».

Summaria, c. LXXXXIII v., n. 2. Mittarelli, IV, 343 cit., colla data XXV febr. *dell'anno* 1238.

1866. *(Territorio di Ravenna?), 24 Aprile 1228.*

Inventarium factum a priore Cam., Guidone, super rebus et possessionibus qd. Gerardi de Baçano. *Si enumerano* res immobiles et mobiles. In presentia tt. Dominici not., Bolognite pelliparii, Gratiadei not., Ribaldini de Pudicalvuli, Çangni de S. Çesaro, Altielmi de S. Çesaro, et Ugiçionis de Reçio. A. MCCXXVIII, die septimo ex. apr., ind. prima. Bonifacius Henrici qd. imp. tabellio.

Originale.

1867. *(Chiesa di Camaldoli in Bologna), 12 Maggio 1228.*

A. MCCXXVIII, die duodecimo intr. mad., ind. prima. Act. in camara prioris Cam. minoris. Coram Bençevenne f. qd. Orabona de Cervara, Fide de Volterra et Odaldo f. Tederici de Gargognano tt., Guido prior Cam. eccl. maioris consensit venditioni, alienationi et concessioni, quam fecit Guido prior. Cam. eccl. minoris de Bononia in persona Iacobi de Feraria de petia una terre vineate pos. in territorio civitatis Bon(oniensis) in l. u. d. Suçoli computata tres torn. et tertiam partem alterius, et ipsam venditionem plenius confirmavit et approbavit, asserens pretium ipsius vinee fore versum in utilitatem dicte eccl. Bernus f. qd. Rodulfi specialis not.

Originale. Nello Spoglio: 1227, Aprile 12. *Segue, nella stessa pergamena, al documento di cui al reg. n. 1825.*

1868. *Forlimpopoli, 23 Maggio 1228.*

A. MCCXXVIII, die nono ex. maii, ind. prima. Foropopilii, in domo episcopali. Egidius Populiensis ep., de consensu Iohannis prepositi et canonicorum, scilicet presbiterorum Petri et Gaudentii, Onnatelli et Iohannis subdiaconorum fratrum, pro remedio anime sue et successorum et predecessorum Guidoni priori Cam., recipienti pro eremo Cam., dat et concedit hospitale de Colle cum eccl. coniuncta, cum possessionibus et omnibus pertinentibus, q. nunc habet vel in antea iuxto titulo poterit adipisci, et confirmat in perpetuum ut libere et absolute subsit de cetero in spiritualibus et temporalibus eremo Cam. eiusque ordinis discipline, reservato tamen sibi suisque successoribus, nomine cathedratici vel aliorum redditiuum, omni anno in mense mar. nomine

pensionis, ut rector, q. pro tempore fuerit in ospitali predicto, duodecim den. Rav. persolvat. In presentia Rodulfi monaci Cam., Uberti eiusdem ordinis, presbiterorum Benencase et Lonbardi, Rubei camerarii, Gualferani et Pepi tt. Iohannes Bonus sacri pal. not. Egidius Populiensis ep.

Originale. Summaria, c. CLXXXXIII v., n. 2. Fortuntus, II, 191 cit., colla data 9 maii. *Mittarelli, IV, App. 472, n. CCXCI.*

1869. *24 Maggio 1228.*

« Egidius ep. Populiensis, cum consensu Iohannis prepositi Populiensis et suorum canonicorum, per se suosque successores in perpetuum, pro remedio anime sue et suorum predecessorum et successorum in perpetuum, donaverunt donno Ugoni abbati mon. Uran(ensis), recipienti pro se et successoribus suis, videlicet cappellam S. Benedicti, cappellam S. Petri de Campo Gallano et cappellam S. Marie de Lacu, quoad omnia exercenda in temporalibus et spiritualibus cum populis, parrochianis et aliis pertinentiis suis[1], et quartam partem testamentorum episcopatui Populiensi de iure communi debitam vel de consuetudine in plebatibus Bert(inorensi) et Populiensi, et parrochiam et iura parroch(ialia) cum oblationibus, primitiis et sepulturis, q. dictum mon. ab antiquo consuevit habere, et medietatem decimarum de iure communi vel facto ad episcopatum pertinentem de possessionibus vestris[2] presentibus et futuris. In plebatu Bert(inorensi) mon. quoque de Urano exemerunt ab omni iure episcopali, sub Cam. heremi disciplina decernentes ipsum perpetuis temporibus permanere; cappellanos autem predictarum cappellarum, sive sint monachi vel conversi vel clerici seculares, statuerunt episcopo et eius successoribus presentandos ad recipiendam curam animarum de episcopi manu; correctionem tamen ipsorum et remotionem voluerunt ad abb. predictum pertinere et successores eius. Pro predictis autem omnibus statuerunt, quod predictus abbas vel eius successores teneantur annuatim solvere de mense mar. episcopatui den. c Rav. monete. Sub a. Domini M°CC°XXVIII°, die VIII^a mensis maii ex. Carta manu Iohannis Boni not. ».

Summaria, c. CLXXXXV v., n. 2. Mittarelli, IV, 302 cit. Cf. il reg. seguente.

[1] *Così nell'orig.; il testo qui sembra errato o incompleto.* [2] *Così ha l'orig.*

1870. *24 Maggio 1228.*

« Egidius Populiensis ep. per se suosque successores in perpetuum renuntiavit omni iuri et actioni, quod et quam obtinuerat per litteras apostolicas contra donnum Guidonem priorem Cam. he-

remi et eius heremum in mon. de Urano et eius cappellis et in hospitali de Cavadecolle, et sententie contra eos late a donno Oddone Cesenen(si) ep. donni pape iudice delegato. Sub a. Domini M°CC°XXVIII°, die VIII^a mensis maii ex. Carta manu Iohannis Boni not. ».

Summaria, c. CLXXXXV v., n. 3. Mittarelli, IV, 302 cit. Cf. il reg. precedente.

1871. *6 Luglio 1228.*

« Giliottus olim Orlandi Ghilioti de Classe per se suosque heredes in perpetuum vendidit Bernardino converso Cam., castaldo Curtis veteris de Foiano, recipienti vice donni Guidonis prioris Cam, pro curte predicta, unam petiam terre pos. in curte Foiani prope S. Marcum, iuxta terram Cam. heremi et Albericorum et filiorum Mariani Paççi et viam publicam, pro pretio libr. XLI°. Sub a. Domini M°CC°XXVIII°, die VI^a iul. Carta manu Bonfilii not. ».

Summaria, c. CLXIIII, n. 3.

1872. *Perugia, 13 Luglio 1228.*

« Gregorius pp. VIIII^us indulsit priori et heremitis Cam. heremi, ut in placitis et causis secularibus aliorum ad prestandum iuramentum compelli non possint. Dat. Perusii, tercio id. iul., pont. eius a. II° ».

Summaria, c. CCXXV v., n. 3. Mittarelli, IV, 303 cit.

1873. *Perugia, 13 Luglio 1228.*

« Gregorius pp. VIIII^us fecit reffutationem de libr. DC bon. restitutis priori Cam., et presentes litteras in testimonium concessit eidem. Dat. Perusii, tercio id. iul., pont. eius a. secundo ».

Summaria, c. CCXXVIIII v., n. 3. Fortunius, II, 196 cit. Mittarelli, IV, 303 cit.

1874. *4 Agosto 1228.*

« Severina uxor Salimbene de licentia ipsius et ipse Salimbene donaverunt pure et irrevocabiliter inter vivos Christoforo et eius filio, recipienti pro Cam. heremo, omne ius et actionem, quod et quam habebant in quadam petia terre pos. ad Caldignanum et in curia ipsius, prope fossatum Galliole et terram filii dicti Raynerii et Martinum et Gottinum et Christoforum de Baldignano. Sub a. Domini M°CC°XXVIII[1], die IIII^a, mense aug. Carta manu Iohannis not. ».

Summaria, c. CXXVII v., n. 2.

[1] *L'anno è forse errato per* MCCXXXVIII; *nel codice infatti segue al regesto di un documento datato appunto* M°CCXXXVIII, IIII° die aug., *in cui vengono ri-*

cordati come attori di altra donazione gli stessi Salimbene de Motina et Severina uxor eius, *e di mano pure dello stesso* Iohannis not.; *anche i Summaria (1698), I, 106, n. 426, lo registrano colla data* 1238, ag. 4.

1875. *9 Agosto 1228.*

« Iohannes olim Rodulfi et Maria uxor eius et Bonacursus olim Ianni et Druda uxor eius vendiderunt in perpetuum Palmerio converso Cam., pro Cam. heremo recipienti, totum suum ius q. habebant in quadam petia terre pos. iuxta eccl. de Pratale, iuxta terram Petri de Martelo et iuxta terram predicte eccl. et viam publicam. Sub a. Domini M°CC°XXVIII°, V° id. aug. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XXXIII, n. 1.

1876. *Perugia, 11 Settembre 1228.*

« Gregorius pp. VIIII^us^ concessit priori et aliis prelatis Cam. ordinis, ut super hiis, q. predictis a Sede apostolica sunt indulta, non teneantur per litteras impetratas respondere, que de ordine Cam. expressam non fecerint mentionem. Dat. Perusii, III° id. sept., pont. eius a. secundo ».

Summaria, c. CCXXVII, n. 1. Mittarelli, IV, 303 citt.

1877. *Ricò, 28 Dicembre 1228.*

A. MCCXXVIII, ind. prima, tempore Gregorii pp. et Fedrici imp., die IIII ex. dec., in Riuco. Marcus abbas mon. S. Marie de Pratalia, cum voluntate monachorum et conversorum dicti mon., pro se suisque successoribus, concedit Leulo et Pachanello fratribus et filiis et nepotibus iure hemfiteotico ad renovandum omne tenimentum et totum q. habent in masio de Riuco, vel quod habere debent et eis pertinet ex parte matris pos. in masio de Riuco, ubicumque est, territorio Populiensi et plebe Castri novi, cum introitu et exitu suo, et cum aquis, aquimolis. Sub redditu reddendo omni anno, nomine scarsi, tantum servitium quantum competit illo tenimento, et per eos dictum servitium adductum ad eccl. de Riuco; et non liceat eis iamdictas res vendere nec alienare nec in commendatione alterius ponere, nisi inter se vel in dicta eccl.; et post transitum eorum et filiorum et nepotum, munimine expleto, dicte res ad ius et dominium dicte eccl., cuius est proprietas, modis omnibus revertantur. Dat licentiam in possessionem intrare pro eo quia sibi dederunt nomine calça(rii) III sol. Rav., quos confitetur recepisse. Pena: XX sol. Rav. Testes: Bornetus Accarinus et Iohannes Rebate. Iohannes s. Rav. eccl. not.

Originale.

1878. *Arezzo, 30 Gennaio 1229.*

A. MCCXXIX, pp. Gregorio residente, Fed(erico) imp. imperante, tertio kal. febr., ind. secunda. Bruna f. olim Protieçi et Iuliane ac etiam uxor Ardicionis Guidolapçi, auctoritate dicti viri Ardicionis, vendit, dat, tradit et concedit Guidone priori Cam., recipienti nomine heremi Cam. et successorum in perpetuum, totam terram et vineam, prata, silvas, pascua sive pasturas, aquibula, arbores et iura et actiones, que et quas habet vel habere posset vel habere videtur in toto pleberio de Miciano et in tota curte Castilionis de Cam. et eius districtu usque ad Tiberem, ubicumque est et inveniri potest per singula loca et vocabula, preter unam petiam terre pos. in l. q. d. Miciano, iuxta viam a duabus partibus et iuxta terram filiorum Detefeci de Presciano et iuxta terram Ugonis Bone de Miciano, quam pro se retinet, et nominatim vendit decem et novem petias et dimidiam, et si plures sunt et inveniri possunt in dicto pleberio et curte predicta et districtu, cum omnibus q. supra, infra et sub se continentur omnique earum iure, finibus et pertinentiis. Una petia in l. q. d. Motena, iuxta terram Girardi de Donisia et iuxta viam a duabus partibus et iuxta terram Pieri f. Berte; item alia petia in l. q. d. Albareto, iuxta terram Aliocti de la Motena et iuxta terram Guilielmini de Artino et filiorum Maskiepti et Guiducii calçolarii et Ianelli Adelasie et iuxta terram eccl. de Castilione; item alia petia in l. q. d. Colle, iuxta terram Anfucii de Anglare a duabus partibus et iuxta viam a duabus partibus; item IIII petie in l. q. d. Prato de Frasseno et aquibulum molendini cum suis pertinentiis, tres quarum iuxta terram dicti Girardini Donisie et iuxta terram Donnancase f. olim Iohannis Viliani et Ianni f. olim Rodulfini Fuscucii et Iunte de la Motena et iuxta terram Pieri Berte, alia petia iuxta terram plebis de Miciaciano[1] et Ianni Rodulfini et iuxta stradam; item una petia in l. q. d. Rekia de Aquaviola, iuxta terram Pieri Berte et dicti Girardi Donisie et iuxta terram Viviani de Colle; item una petia ibi prope dictam Rekiam, iuxta terram dicti Girardi Donisie et iuxta terram Bonagure de Colle; item una petia al Prato de la Meta, iuxta terram de Cacianeve f. olim Fuskini et iuxta terram Iacobi Ianelli; item una petia prope dictam Rekiam, iuxta terram Tudini de Sextiello et iuxta terram Viviani Rigepti; item una petia in l. q. d. Cafagio, iuxta terram Cam. vel eccl. Cam. et iuxta terram Benencase et Baratucii; item IIII petie in l. q. d. Gavortole, una quarum iuxta terram Dominici Valentini et Detesalvi de Casole et Ugonis de Miciano, alia iuxta terram dicti Dominici et terram plebis de Miciano et Ubertini Caçule de Campalla, alia iuxta terram dicti Ubertini et Ugolini Girardi, alia iuxta terram

dicti Ugolini Girardi a duabus partibus et iuxta viam; item una petia, q. est terra et silva, in l. q. d. Montorio, iuxta terram et silvam Fuskini et iuxta viam et iuxta terram eccl. de Castilione; item alie silve in Lirancora et in Liconiali et in l. q. d. Fonte de la Petiada, subtus viam et supra viam; item una petia silve in l. q. d. Ripa, iuxta viam a duabus partibus; item alia petia silve iuxta Iacobum Ianelli et iuxta viam; item medietas unius petie terre in l. q. d. Vignale, iuxta Guelfolinum a duabus partibus et iuxta Guidonem de la Rebufata, et via recidit eam. Pro pretio viginti quinque libr. den. Pis., q. totum se recepisse confitetur; et totum quod plus valet dicto pretio, sciens multo plus dicto pretio valere, simpliciter inter vivos et inrevocabiliter donat, accepto iusto merito secundum legem. Pena: duplum. Act. in civitate Aret(ina), in eccl. S. Michaelis. Interfuerunt Ugolinus not. de Cruciferia, Guido not. f. Rainerii Maççe et Boavere not., Cuscinus Scanpe tintoris, Guido f. Bartholi Ubertini Tancredi et Benguarnitus olim Tebaldi tt. Rubeus not. f. Rigoli Alberti.

Originale. Summaria, c. CXXIIII, n. 4.

[1] *Così nell' orig.*

1879. *Perugia, 11 Febbraio 1229.*

Gregorius pp. archiepiscopis et episcopis, in quorum diocesibus prioratus et ecclesie ordinis Cam. consistunt. Cum .. prior et conventus Cam. pro se ac menbris suis pecuniam pro subsidio E. R. ipsis impositam duxerint persolvendam, mandat, quatinus, occasione subsidii eis[1] impositi, prioratus et ecclesias ordinis Cam. minime molestent. Dat. Perusii, III id. febr., pont. a. secundo.

Originale; sigillo plumbeo perduto. Mittarelli, IV, App. 477, n. CCXCVI. Potthast, n. 8338.

[1] *L'orig. ha* vobis

1880. *Arezzo, 12 Aprile 1229.*

A. MCCXXIX, discordia existente inter Fredericum et Eccl. Romanam, Gregorio pp. nono residente, ind. secunda, II yd. apr. In presentia et testimonio magistri Gualfredi, Iacobi not. et Girarducii de Burgo Aret(ino), cum esset vicarius Cam. in presentia abbatis mon. S. Flore et archipresbiteri Aret(ine) plebis, proposuerunt coram dicto vicario supradicti (abbas S. Flore et archipresb. Aretine plebis) quod ipsi noviter receperant in mandatis a card. magistro Rainaldo, camerario summi pontificis, quod abba-

tem mon. de Agnano in nullo gravarent, occasione collecte sibi imposite pro subsidio R. E., immo ipsum absolverent, si propterea excomunicatus fuisset, et de hoc legi fecerunt ibidem quasdam licteras camerarii supradicti, et ideo dicebant quod volebant facere secundum preceptum card. « Allegatum fuit coram iudicibus supradictis vel executoribus ad hoc, si istud dici potest, pro parte et defensione mon. Cam., quod ipsi iuxta formam talium licterarum procedere non debebant, quia evidenter constabat eas emanasse tacita veritate et falsitate suggesta, tali scilicet, quia, cum prior Cam. recepisse[1] firmiter a Sede apostolica in mandatis quod in certa summa pecunie pro se et monasteriis sui ordinis responderet et satisfaceret R. E. in eiusdem subsidium et iuvamen, contradictores omnes censura ecclesiastica compescendo, dictum abbatem de Agnano monuit quod impositam sibi collectam solveret sicut aliis ordinis supradicti; quod cum dictus abbas contradiceret, sui contumacia exigente, dictus prior excomunicavit eundem auctoritate predicta et a summo pontifice vobis eadem confirmanda mandatur; et nichilominus dictus prior solvit R. E. de suo pecuniam pro dicto mon. de Agnano propter hoc sibi iniunctam ; et ex certa scientia summi pontificis recepta fuit dicta pecunia et confirmatio excomunicationis prefate concessa. Unde, cum lictere minoris auctoritatis appareant, scilicet camerarii, q. super hoc circumventus omnino videtur, non debetis cessare a mandato summi pontificis exequendo, cum omnino veritas sit taçita et falsitas intimata, tali scilicet, quod prior, secundum premissa, recepit in mandatis, excomunicavit iuste predictum et solvit pecuniam pro eodem, et ad vos nunc licteras noviter impetrarat, quarum auctoritate abbatem iamdictum citastis. Unde, si idem abbas solvit pecuniam similiter E. R., iamdictus prior et R. E. ex parte abbatis iamdicti erunt multipliciter circumventi; quare licteris domni camerarii stare penitus non debetis, set confirmare dictam excomunicationem prout in mandatis habetis, cum fraus opponatur in ipsis; quod si facere non vultis, supersedeatis utrique responso, quousque summus pontifex super his omnibus consulatur; et si hoc non facitis, tamquam vicarius mon. Cam. et coniuncta persona ipsius loci et defendendo mon. supradictum, nomine ipsius mon. Cam. multipliciter gravati, appello ad Sedem appostollicam et peto instanter quod dictum abb. minime absolvatis, quousque summus pontifex super his omnibus consulatur ». Act. in civitate Aret(ina), in eccl. S. Flore. Guido f. olim Brunecti not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1881, 1884, 1886, 1888, 1889 e 1891.

[1] *Così nell'orig.; forse per* recepisset

1881. *Arezzo, 14 Aprile 1229.*

A. MCCXXIX, Gregorio pp. residente, Frederico imperante, octavo decimo kal. mad., ind. secunda. Ugo abbas S. Flore et D. archipresb. Aretinus nuper litteras R(ainaldi) S. Eustachi diac. card. et camerarii pp. receperunt sigillatas cum suo sigillo, in quo sigillo continebantur tales littere « Sigillum R(ainaldi) S. Eustachii diac. card. et domni pp. camerarii », tenor quarum literarum hic est: R(ainaldus) S. Eustachii diac. card. et pp. camerarius .. abbati S. Flore et .. archipresb. Aretino. « Cum de Pratallia et de Agnano abbates, q. tam in temporalibus quam in spiritualibus subsunt .. ep. Aretino, pro subsidio R. E. certam vobis solverint pecunie quantitatem, ex parte domni pp. vobis firmiter iniungimus, quatenus, occasione pecunie ab alio ipsis abbatibus nomine R. E. petite vel inposite, nullum gravamen inferatis seu inferri permittatis eisdem, ipsos potius absolventes, si quam propter hoc excomunicationis seu interdicti sententiam auctoritate alicuius mandati hactenus incurrerunt ». Unde dictus abbas S. Flore et D. archipresb. Aretinus, auctoritate qua funguntur, de communi voluntate absolverunt Marcum abb. de Pratallia ab omni vinculo seu excomunicatione, si qua tenebatur, hactenus ab aliqua persona occasione alicuius pecunie sibi petite vel imposite ab aliquo nomine R. E., verberando ipsum secundum formam S. E., et reconciliaverunt ipsum s. matri Eccl.; et dictus abbas Pratallie osculatus est eis manum et ipsi benedixerunt ei. In presentia et testimonio presb. Simonis S. Iuliani, presb. * * * eccl. S. Andree, Venture f. Brachii de Fugula, magistri Martini not. et Guidonis Carsedonii et aliorum. Facta hec absolutio in civitate Aretina, in claustro S. Petri in Picolo. Bonavere not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1880, 1884, 1886, 1888, 1889 e 1891.

1882. *Foiano, 25 Aprile 1229.*

A. MCCXXIX[1], ind. II[a], Gregorio pp. residente, VII kal. mad. Guido et Vergognosus olim Rodolfini vendiderunt et tradiderunt Berradino vilico Curtis vekie et sindico eremi de Cam., recipienti pro dicta eccl., suisque successoribus in perpetuum petiam unam terre vineate in curia Foiani ad Curtem vekiam, pos. iusta se, Piçicaiolum et Marcum, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus usque in vias publicas omnique iure et actione. Pro pretio VIII libr. den. Pis., q. confessi fuerunt fore solutum; quod plus valebat, simpliciter inter vivos donaverunt pro merito legis recepto. Pena: duplum. Act. in castro Foiani,

in platea Orlandi Sofredi. Interfuerunt Berradinus Sabatine, Orlandinus magister et Guido Guineldi tt. Ranerius not.

Originale. Nello Spoglio: 1219, Aprile 25. *Summaria, c. CLXVIIII, n. 4.*

[1] *L'orig. erroneamente ha* A. MCCXIX

1883. *7 Giugno 1229.*

« Tieço f. olim Guramontis per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt[1] donno Symoni priori S. Laurentini, pro ipsa eccl. recipienti, terciam partem pro indiviso unius petie terre pos. iuxta dictam eccl. a duobus lateribus et Beringnum et Iohannem Guidonis Montonis, pro pretio sol. L. Sub a. Domini M°CC°XXIX°, VII° id. iun. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CVIIII v., n. 2.

[1] *Così nell' orig.*

1884. *Arezzo, 9 Giugno 1229.*

A. MCCXXIX, ind. II, discordia existente inter Fredericum et Eccl. Romanam, Gregorio pp. nono residente, V id. iun. Rainaldus S. Eustachii diac. card. et pp. camerarius de Pratallia et de Agnano abbatibus. « Miramur plurimum quod, cum vobis et venerabilibus prioris[1] et fratribus Cam., auditore concesso, vos, contempto iudicio, contumaciter recessistis. Quapropter vobis, auctoritate presenti, ex parte domni pp. districte precipimus, quatinus, visis licteris, revertamini ad iudicium, facturi et recepturi iustitie complementum vel prioris Cam. subiectionem debitam tamquam membri capiti impendere studeatis. Respondentes eidem priori proportionaliter pro subsidio E. R. impenso, alioquin, noveritis nos dedisse archipresb. Aret(ino) et prioris[1] S. Michaelis firmiter in mandatis ut vos denuntient publice excomunicatos et ab omnibus faciant vos artius evitari ». — De Pratallia et de Agnano abbatibus ordinis Cam. Iohannes Spata pp. subdiac. et capellanus. « Cum venerabilis pater domnus R(ainaldus) S. Eustachii diac. card. domni pp. camerarius in causa, q. vertitur inter vos, ex una parte, et venerabilem priorem Cam., ex altera, nos dederit auditorem, vos nostrum subterfugientes iudicium a nobis sine nostra licentia contumaciter recessistis. Ideoque, auctoritate qua fungimur in hac parte, districte vobis precipiendo mandamus, quatinus, iuxta tenorem licterarum super hoc vobis ab eodem domno camerario directarum, perepmtorie[1] nostro vos conspectui presentetis, facturi et recepturi quod postulaverit ordo iuris ». Lecte fuerunt et presentate lictere supradicte abbati de Agnano, coram Rainerio de Clane, Pisano scolari

S. Marie in Gradibus et Stefano converso eiusdem loci tt.; quas litteras dictus abbas de Agnano habuit transcriptas. Act. in civitate Aret(ina), in claustro S. Marie in Gradibus. Guido f. olim Brunecti not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1880, 1881, 1886, 1888, 1889 e 1891.

[1] *Così nell' orig.*

1885. *10 Giugno 1229.*

« Perullus olim Guidonis Russi per se suosque heredes in perpetuum promisit solvere eccl. Cur(tis) Lup(onis) de mense aug. apud dictam eccl., annuatim, nomine pensionis, den. VIII bon. et spend., sub pena sol. XXX, pro locatione sibi facta a donno Raynerio predicte eccl. totius terre laboratorie, quam predictus Guido olim pater dicti Perulli tenuit a predicta eccl. pos. in podio Cur(tis) Lup(onis) vel eius curia, a strata sursum usque ad vias publicas. Sub a. Domini M°CC°XXIX, die IIII° id. iun. Carta Boncompagni not. ».

Summaria, c. CLVI v., n. 1.

1886. *Monastero di Prataglia, 11 Giugno 1229.*

A. MCCXXIX, tertio id. iun., ind. II. Cum Benedictus monachus Cam. accessisset, de mandato Guidonis prioris Cam., ad mon. de Pratallia, ut porrigeret abbati de Pratallia litteras ex parte Rainaldi S. Eustachii diac. card. et pp. camerarii et Iohannis Spate pp. subdiac. et capellani, eorum sigillis munitas *(seguono le due lettere, che si trovano nella carta 9 Giugno 1229; cf. il reg. n. 1884),* et non invenisset ibi abbatem, sed Iohannem camerarium et alios fratres eiusdem capituli, scilicet Guidonem, Donatum et Gregorium, prefatas litteras porrigebat eis, ut deberent eas citius presentare abbati. Act. in claustro dicti mon., in presentia et testimonio Colli et Bentevolii ff. Vallini. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1880, 1881, 1884, 1888, 1889 e 1891.

1887. *Bucena, 13 Giugno 1229.*

A. MCCXXIX, ind. secunda, id. iun. Benvenutus f. qd. Iani de Bucena fuit confessus se recepisse a Palmerio converso Cam., dante pro Cam. heremo, libr. quatuor den. Pis., pro quo pretio dedit, tradidit, vendidit atque in eternum eidem Palmerio, recipienti pro dicta heremo, concessit petiam unam terre, quam tenebat a Cam. heremo in Bucena, u. d. in clusa de Terrio[1]; ab uno latere via, ab alio terra Ugolini de Guidengo, a tertio Ma-

nelli, a quarto Cam. heremi, cum introitu et egressu, cum omnibus q. intra se et supra se habet, et cum omni iure et actione eius; et quod pluris pretii erat, totum inter vivos inrevocabiliter, pro remedio anime sue suorumque parentum, ei donavit. Promisit predictam petiam terre heremo non tollere, sed eam defendere et auctorizare, et se ita facturum et curaturum quod Mugnaius et Bonagura eius fratres omni tempore ratam et firmam habebunt et tenebunt predictam venditionem. Pena: duplum. Mencus Brinatus de Bucena, de precibus et mandato dicti Benvenuti, promisit se ita facturum et curaturum quod Mugnaius et Bonagura predicti et eorum heredes in eternum adtendent, observabunt et tenebunt omnia predicta et singula, et facient dicte heremo simile instrumentum huic, quando eius ministris placuerit, sine aliqua expensa dicte heremi. Pena: sol. centum den. Pis. Gisla uxor dicti Benvenuti, sponte et de consensu ipsius viri sui, omnibus predictis et singulis consensit, et omni iuri et actioni sibi competenti in dicta terra renuntiavit, renuntiando iuri ypothecarum. Act. in Bucena, ante domum dicti Benvenuti. Interfuerunt presb. Bonensegna de Pretali, Gerardus f. Ianelli de Soci et Ianni f. Menki Brinati tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XXIIII, n. 3.

[1] *L'orig. ha* trio *col segno d'abbreviazione sulla* t

1888. *(Arezzo), 21 Giugno 1229.*

Prior S. Michelis, archipresb. plebis Ar(etine) receperunt in mandatis a Rainaldo card. camerario pp. et Iohanne Spata capellano, priori Cam., de Pratallia et de Angnano abbatibus auditore dato, ut cum plebano de Romena dictos abbates excomunicatos denuntiarent et eorum monasteria supponerent interdicto, sicut patet per eorum litteras, quarum tenor talis est: Rainaldus S. Eustachii diac. card. et pp. camararius archipresb. Ar(etino) et priori S. Michelis. « Noveritis nos dedisse de Pratallia et de Angnano abbatibus firmiter in mandatis quod ut[1] priori Cam. tamquam membra capiti[2] subicctionem debitam impendere studeant, respondentes eidem priori proportionaliter pro susidio R. E. inpenso vel veniant ad curiam recepturi iustitiam et facturi; qui si mandatum nostrum, q. absit, adinplere contenserint, in hac parte discretioni vestre, auctoritate presentium, ex parte domni pp. districte precipimus, quatinus eosdem abbates et monesteria eorumdem suponatis interdicto et denuntietis publice excomunicatos et faciatis artius evitari ». — Archipresbitero et priori S. Michelis Ar(etii) ac plebano de Romena Iohannes Spata pp. subdiac. et ca-

pellanus. « Cum in causa, q. vertitur inter venerabilem priorem Cam., ex una parte, et de Angnano et de Pratallia abbates, ex altera, domnus pp. nos dederit auditorem predictis abbatibus, terminum prefisximus perhentorie ut, iusta tenorem litterarum domni pp. camararii eisdem abbatibus trasmissarum, nostro se conspectui presentarent, facturi et recepturi quod postulaverit ordo iuris, vel eidem priori Cam. subiectionem debitam tamquam membra capiti exhiberent proportionaliter, respondentes eidem pro subsidio R. E. inpenso. Illi vero, nostro et domni camararii contempto iudicio pariter et precepto, nec venerunt neque iamdicto priori in aliqua satisfacere studuerunt; quapropter, auctoritate qua fungimur in hac parte, vobis firmiter et districte precipiendo mandamus, quatinus dictos abbates per totam civitatem et diocesim Ar(etii) denuncietis publice excomunicatos, et faciatis ab omnibus artius evitari ac eorum monesteria subponatis interdicto usque ad condingnam satisfaccionem; quod si non omnes hiis exsequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exsequantur ». Unde ipsi, volentes exsequi supradictorum mandatum, auctoritate qua fungebantur, et vice plebani de Romena, denuntiaverunt ipsos abbates excomunicatos et supposuerunt eorum monesteria interdicto. Facta dicta denuntiatio in camera archipresb. supradicti, coram Borgense balitore et Romano scolare plebis et aliis. A. MCCXXIX, Gregorio pp. residente, Frederigo imp. exsistente, ind. secunda, XI kal. lul. Iacobus not. Caritatis f.

Originale. Cf. i regg nn. 1880, 1881, 1884, 1886, 1889 e 1891.

[1] *Così nell'orig.; precede la* ut *una lettera corretta e, sembra, espunta insieme colla stessa* ut [2] *L'orig. ha capitati*

1889. *Abbazia d'Agnano, 26 Giugno 1229.*

A. MCCXXIX, ind. II, VI kal. iul. Bonacoltus abbas de Agnano, presentibus et consentientibus fratribus suis, Petro, Claro, Iohanne, Michaele, Claro Novello monachis, et presb. Guidone capellano et Hugolino vicecomite, Ubertino, Orlandino conversis eiusdem eccl., fecit et constituit et ordinavit absentem presb. Iohannem eccl. S. Cristine de Kian(ni) procuratorem, sindicum et actorem et sufficienter responsalem in causa, quam habet cum priore Cam., et ad omnes causas et in omnibus causis et singulis, quas abbatia de Agnano habet vel est habitura cum quibuscumque personis vel locis vel universitatibus vel collegiis in curia pp., coram Iohanne Spata et coram quocumque iudice vel iudicibus ad agendum, et quicquid inde dictus procurator fecerit vel statuerit, se cum predictis fratribus ratum habere promisit. Act. in claustro dicte abbatie, coram magistro Bonacolto olim Vivoli de Aritio,

Gratia f. Radolfini, Raimondo Limbardo et aliis. Bencevenga imp. not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1880, 1881, 1884, 1886, 1888 e 1891.

1890. *Cesa, 2 Luglio 1229.*

A. MCCXXIX, tempore Gregorii pp. et Federici imp., die lune, II intr. iul, ind. secunda. Iacomellus f. qd. Prioris vendit et tradit atque transactat Iso f. qd. Actonis et heredibus in perpetuum petiam unam terre et vineate cum arboribus fructiferis et infructiferis et cum superioribus et inferioribus finibus et accessionibus et egressibus suis et cum omnibus suis pertinentiis pos. in fundo Cese in curia Accola in comitatu Esii: a I, a II et a III latere via, a IIII latere Ricus Alberti Grimaldi, veniente in primo latere. Pro pretio viginti libr. Rav. et Anc., q. pecunia sibi soluta fuit. Pena: duplum. Act. in villa Cese, prope eccl. S. Iohannis, et dictam pecuniam ei solvit in civitate Esii intus in eccl. S. Pauli. T. Petrus Iohannis, t. Rigus Alberti Grimaldi, t. Iohannes Dominici, t. Marcus Acti, t. Gisus Gisi Bonomi, t. Bonomus eius f. Adiutus not.

Copia del 1238 Maggio 26 di Iohannes de Castro Massatii comitatus civitatis Esine not.

1891. *Perugia, 14 Agosto 1229.*

A. MCCXXIX, ind. secunda, aug., die XIIII intr., Gregorio pp. nono presidente. Iuncta monachus, sindicus et procurator sive actor prioris et mon. Cam. post litem contestatam in causa q. vertitur inter se nomine mon. Cam., ex parte una, et presb. Iohannem sindicum et procuratorem abbatum et monasteriorum de Agnano et de Pratallia, ex altera, sub Iohanne Spata pp. subdiac. et capellano, auditore partibus concesso, constituit, facit et ordinat Nicolaum Saraceni card. procuratorem ad procedendum in ipsa causa et ad ipsam prosequendam et ad sententiam audiendam et ad omnia faciendum, q. ipsius cause natura desiderat et postulat ordo iuris, promittens habere ratum quicquid ab eo factum fuerit ac si a se ipso factum esset. Act. Perusii, in atrio ante S. Severum, coram Henrico not., Bernardino Rainaldi Coppoli, Murico Benedictoli, Boneinsigna et Barone Savinelli tt. Bonus sacri imperialis pal. not.

Originale. Cf. i regg. nn. 1880, 1881, 1884, 1886, 1888 e 1889.

1892. *21 Agosto 1229.*

« Gerardus olim Dominici de Cagiolo iuratus assignavit camerario Cam. quasdam petias terre inferius nominatas: in primis

quamdam petiam prati in curia de Cagiolo de Liscaiole, iuxta se et Raynerium Magioli et clanes; item quamdam petiam terre in lo Felcaio, iuxta Iacobum et Guicum; item aliam petiam furt.[1] silicem, iuxta Gianem Rubeum et dictum Gerardum et Landum; item aliam petiam al Puscinellum, iuxta Bonsavere et Guidonem Panfilie; item aliam petiam al Soldanum, iuxta Iohannem Gerardini et Paganum; item aliam petiam in eodem vocabulo, iuxta se et filios Davançi; item aliam in Novelletta, iuxta Benencasam et Guidonem Panfilie et dictum Gerardum; item aliam petiam iuxta vineam Scoke et iuxta Uguitionem et Benencasam; item aliam petiam vineatam in Tesole, iuxta Bonsavere et Biccum; item aliam petiam in Licavali, iuxta Bonsavere et iuxta se; item aliam in Tesole, iuxta Datum et Giovanellam; item aliam ad Puçiolum, iuxta Barfolum et Raynerium Bastardi; item aliam petiam ibidem, iuxta Bonsavere et Raynerium Tramonti; item aliam petiam ad stratam, iuxta Benencasam et Quiritum; item aliam petiam ad Quercietum, iuxta Iohannellam et Baroncellum; item aliam ibidem, iuxta Benintendi et Guillelminum; item aliam petiam subtus eccl. de Cagiolo, iuxta terram eccl. et Iohanellam; item aliam petiam in curia in Putei ad ponticellum, iuxta Arengerium et viam, de star. XXVII, quas predictus Gerardus dixit se habere in feudum ab heremo Cam. Sub a. Domini M°CC°XXIX, XII° kal. sept. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXLIII v., n. 1. Mittarelli, IV, 308 ctt. Cf. 1 regg. nn. 1893-1897.

[1] *Così nell'orig., con segno d'abbreviazione; forse errato per* subtus

1893. *21 Agosto 1229.*

« Benencasa olim Mariani de Cagiolo iuratus assignavit camerario Cam. infrascriptas petias terrarum, quas dixit seu[1] habere in feudum ab heremo Cam.; quarum prima est pos. in le Ronchera, iuxta Guillelminum et Marianum; alia est ad pedem silicis, iuxta Datum et Alandum; alia est in Piscina Barcianis, iuxta Raynerium Vivoli Magioli et filium Detesalvi; alia est ibidem, iuxta viam et Guillelminum; alia est ad vineam Scoke, iuxta Paganum et Ugonem; alia est in Tesole, iuxta Raynerium Magioli et Vivolum; alia est ad Soldanum, iuxta uxorem Deotesalvi et Paganum; alia est in Novelletta, iuxta Dominicum Starci et Gerardum; alia est ibidem, iuxta Castellanum et Bastardum; alia est ibidem, iuxta Gianem et Finiguerram; alia est ad pagialem Novelletti, iuxta filium Detesalvi et Guillelminum Gatti; alia est ad stratam, iuxta Vivolum et filios Davançii; alia est ad fontem Scavitoli, iuxta Vivolum et Gerardum; alia est ad Quercietum,

iuxta Guidonem Panfilie et dictum Quercietum; alia est in Loçeldo, iuxta Raynerium Tramonti et Iohanellum. Supradicte autem terre sunt in curia de Cagiolo; alia est in curia Putei in Lobago, iuxta Raynerium et Benencasam; item alia petia est in curia Cagioli, iuxta viam Puçaioli et Scionem, de star. XXI; alia est iuxta Paganum in Quercieto, iuxta Gerardum et semitam; item alia est iuxta Bonsavere et Adattum. Sub a. Domini M°CC°XXIX, XII° kal. sept. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXLIII v., n. 2. Mittarelli, IV, 308 cit. Cf. il reg. precedente e i regg. nn. 1894-1897.

[1] *Così nell'orig., evidentemente errato per* se

1894. *21 Agosto 1229.*

« Ianni olim Rubolini iuratus assignavit camerario Cam. infrascriptas terras, quas dixit se tenere in feudum ab heremo Cam.; quarum prima est in curia Cagioli subtus scilicem, iuxta Gerardum et Iohanellum; alia est in Piscina Barcionis, iuxta Adattum et Boncium; alia est ibidem, iuxta Tottum et Blasium; alia est ad Castellinum, iuxta filios Detesalvi et Guidonem Venne; alia est prope Soldanum et Finiguerram et Castellanum; alia est ibidem, iuxta filios Gerardini et Uguitionem; alia est ad viam Puçaioli, iuxta Matheum Grilli et Benintendi Sarraceni; alia est ibidem, iuxta Vivolum Monachi et Landum; alia est in Novelletta, iuxta dictum Gianem et Gerardum; alia est ad viam Roçelli, iuxta Ugonem et filias Tavellucii; alia est in Podio Cagioli, iuxta Ugonem de Vivario et Rusticucium; alia est al Termine, iuxta Matheum Grilli et viam; item alia est ibidem, iuxta Bonsavere et Matheum Grilli, de star. XXII. Sub a. Domini M°CC°XXVIIII, XII° kal. sept. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXLIIII, n. 1. Mittarelli. IV, 308 cit. Cf. i regg. nn. 1892, 1893 e 1895-1897.

1895. *21 Agosto 1229.*

« Baroncellus olim Aimerici de Cagiolo iuratus assignavit camerario Cam. infrascriptas terras, quas dixit se tenere in feudum a Cam. heremo; quarum prima est in Ronchora de Liscaiole, iuxta silvam et Raynerium Tramonti; alia est ad scilicem, iuxta Guidonem Venne et Dominicum; alia est in Campetella, iuxta Martinum et filium Iohannini; alia est ad Soldanum, iuxta Castellanum et Vivolum, alia est ad Perellum, iuxta Raynerium Rosimberge et Beccum; alia est in Novelletta, iuxta Iacobum et Martinum; alia est al Termine, iuxta Grepolam et Beccum; alia est in Campetella, iuxta Iseppum et Scionem; alia est ibidem,

iuxta Giliottum et Bonaguram; alia est in Tesole, iuxta Gerardum et Iacobum; alia est ad Vivariam, iuxta Crescençam et Adattum; alia est ibidem, iuxta Raynerium Maioli et Gerardum, de star. x et dim. Sub a. Domini M°CC°XXIX, XII° kal. sept. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXLIIII, n. 2. Mittarelli, IV, 308 cit. Cf. i regg. nn. 1892-1894, 1896 e 1897.

1896. *21 Agosto 1229.*

« Guido Pamphilie de Cagiolo iuratus assignavit camerario Cam. infrascriptas terras, quas dixit se tenere in feudum a Cam. heremo; quarum prima est in Ronchora de Liscaiole, iuxta silvam et Raynerim Tramonti; alia est ad scilicem, iuxta Guidonem Venne et Dominicum; alia est in Campetella, iuxta Martinum et filium Iohannini; alia est ad Soldanum, iuxta Castellanum et Vivolum; alia est ad Perellum, iuxta Raynerium Rosimberge et Beccum; alia est in Novelletta, iuxta Iacobum et Martinum; alia est al Termine, iuxta Greppolam et Beccum; alia est in Campetella, iuxta Iseppum et Scionem; alia est ibidem, iuxta Giliottum et Bonaguram; alia est in Tesole, iuxta Gerardum et Iacobum; alia est ad Vivariam, iuxta Crescençam et Adattum; alia est ibidem, iuxta Raynerium Maioli et Gerardum, de star. x et dim. Sub a. Domini M°CC°XXIX, XII° kal. sept. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXLIIII, n. 3. Mittarelli, IV, 308 cit. Cf. i regg. nn. 1892-1895 e il seguente.

1897. *21 Agosto 1229.*

« Vivolus olim Albertinelli de Cagiolo iuratus assignavit camerario Cam. infrascriptas terras et dixit se tenere in feudum ab heremo Cam.; quarum prima est in Felcaio, iuxta Iohannem Gerardini et Bonsavere; alia est ad Puscinellum, iuxta Castellanum et Finiguerram; alia est ad viam de Novelletta, iuxta Dominicum Laurentii et Benencasam; alia est in Novelletta, iuxta Raynerium Tramonti et Beccum; alia est subtus viam de Puçaiolo, iuxta Iohannem Mirabilis et Landum; item alia est ad Nociarellam Poçese, iuxta Bençum et Guram; item alia est ibidem, iuxta Errum et Benencasam; item alia ibidem, iuxta terram abbatie de Nasciano et Guidonem Panfilie; item alia est ad Pontixellum, iuxta viam et Iohanellum; item alia est ad Fontanellas, iuxta filias Goçi et Brachium; item alia est ad stratam, iuxta terram Cagioli et Dattum; item alia ad Fontem Scavitoli, iuxta Benencasam et Gerardum; item alia est in Podio Cagioli, iuxta Raynerium Tramonti et Classum, de star. XXI et dim.; alia est vineata in Tesole, iuxta

Guillelminum et Benencasam. Sub a. Domini M°CC°XXIX, XII° kal. sept. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXLIIII v., n. 1. Mittarelli, IV, 308 cit. Cf. i regg. nn. 1892-1896 e 1900.

1898. *12 Settembre 1229.*

« Donnus Petrus iud. civitatis Aret(ine) super lite habita inter priorem S. Quirici et Datum de Fracta, occasione unius vinee et petiarum II terre, diffinivit in hoc modo, videlicet quod Baldirarius not. et Teuçus de Foiano, arbitri electi a predictis partibus, condempnent dictum Datum in restitutione dictarum terrarum et vinee, salvo iure laboratoris et dicte eccl. in fructibus. Sub a. Domini M°CC°XXIX, II° id. sept. Carta manu Palmerii not. ».

Summaria, c. CLXXV v., n. 3.

1899. *24 Settembre 1229.*

« Iuncta et Bencivenne, pro se et Rolandino fratre dicti Bencivenne, per se suosque heredes in perpetuum promiserunt solvere eccl. S. Angeli de Curte Lup(onis) de mense aug. apud dictam eccl. annuatim star. X grani et star. X blade, videlicet milii vel panici vel segalis, ad star. de Cesa, sub pena libr. X, pro locatione eis facta a donno Raynerio priore dicte eccl. totius terre laboratorie, quam predicti conductores olim a predicta eccl. tenuerunt. Insuper promiserunt predictum renovare contractum semper in tercia vel in quarta generatione. Sub a. Domini M°CC°XXIX, VIII^a kal. oct. Carta manu Boncompagni not. ».

Summaria, c. CLVI v., n. 2.

1900. *30 Settembre 1229.*

« Vivolus olim Albertinelli per se suosque heredes in perpetuum promisit solvere nuntio Cam., apud domum Cam. de Cagiolo, annuatim in festo s. Marie de aug., star. VIIII grani et star. VIIII milii vel panici, ad star. rectum Aret(ii), pro locatione sibi facta a donno Thomasio camerario Cam. et donno Iohanne heremita Cam. heremi supradictarum terrarum[1]. Gerardus, q. vocatur Speratus, equali condictione et pacto promisit solvere Cam. heremi nuntio, apud domum Cam. de Cagiolo, annuatim star. VI grani et star. VI panici, ad star. rectum Aret(ii), pro locatione sibi facta a predictis donnis Thomasio et Iohanne, predicto modo, pro medietate pro indiviso VIII petiarum terre; quarum prima est a le Selce, iuxta Iohannem Guidonis Ianni et Magalo-

tum de Male Boche et Terraçanum et Selcem; alia est in Novelletta, iuxta Orlandum Soffredi et abbatiam Pini et Gerardum de Cagiolo et Guillelminum; alia est a le Fontanelle, iuxta Errum et Raynucium Campanelli et eccl. de Cagiolo et Speratum; alia est ad Pontecello, iuxta viam et Dominicum Struço, Gerardum de Cecia; alia est a la Valle, iuxta Bernardinum de Quirico et Speratum, item Speratum, Brachium et Raynerium Alberti; alia est a la Valle, iuxta Iohannem Bernardini et Bernardinum Quirici, Speratum et viam; alia similiter a la Valle, iuxta Speratum a duabus partibus et viam; alia est subtus eccl. de Cagiolo, iuxta Giuntam Schietini et Brachium et Raynerium Tramonti, et sunt in curte Poçi. Brachius Brusculi per se suosque heredes pro alia medietate supradictarum terrarum obligavit se, per omnia sicut predictus Gerardus, de quantitate fictus et aliis. Sub a. Domini M°CC°XXIX, II° kal. oct. Carta manu Baldirarii not. Obligatio Vivoli, Gerardi et Brachii sub uno anno Domini ».

Summaria, c. CXLIIII v., n. 2. Mittarelli, IV, 308 cit.

[1] *Cf. il reg. n. 1897.*

1901. *Arezzo, 14 e 15 Novembre 1229.*

A. MCCXXIX, ind. tertia[1], Gregorio pp. residente, Federico Romanorum imp. regnante, XVIII kal. dec. Iuncta monachus Cam. domus et sindicus G(uidonis) prioris Cam. nec non et totius capituli eiusdem mon., tam heremi quam Fontisboni, legitime constitutus de tota lite et controversia, q. vertebatur inter dictum priorem nomine Cam. capituli et G. plebanum de Buiano et eiusdem plebatus capellanos, sub ep. et archidiac. Floren(tinis) iudicibus pp. delegatis, occasione decimarum seu occasione concessionum factarum ab episcopis Arretinis heremo Cam., scilicet de uno star. grani pro qualibet massaritia dicti plebatus de decimatione ad dictos episcopos ante dictam concessionem pertinente, ex una parte, et Ugo presb. S. Petri in Frax(ina) sindicus a G. plebano de Buiano et etiam a toto Buiani plebis capitulo secundum iuris ordinem constitutus de lite et controversia, q. vertebatur sub dictis iudicibus Floren(tinis) delegatis super omnibus petitionibus seu occasionibus superius prenominatis nec non et causis et actionibus, prout in serie continetur superiori, ex parte altera, elegerunt, constituerunt et ordinaverunt suum arbitrum, laudatorem, preceptorem atque communem amicum Matheum abb. Silvemunde, promittentes quod quicquid dictus M(atheus) abb. inde fecerit, omni tempore ratum et firmum habebunt. Et si contra in aliquo seu in totum vel in parte ipsi vel sui prelati venire presumpserint,

tunc pars arbitrium non observans parti observanti, nomine sui prelati nec non et capituli, centum libr. Pis. nomine pene dare ac solvere promisit, ita tamen quod, si pena commissa fuerit ex parte Cam. capituli vel prioris vel alicuius alterius dicti capituli, tunc pena superius promissa a sindico Cam. alteri parti a dicto mon. in totum prestabitur; et si commissa fuerit pena ex parte plebani de Buiano vel clericorum eiusdem plebatus, tunc tam dictus sindicus, scilicet presb. Ugo, quam alii omnes totius plebatus singulariter conveniantur [2] pro parte de centum libr. sibi contingente legitima. Act. apud Arretium, in claustro S. Michaelis, in presentia Guidonis not., Montaingnori et Donati sartoris tt. Matheus abb. Silvemunde, arbiter, laudator, preceptor atque amicabilis compositor, visis et auditis ab utraque parte propositis, arbitratur, laudat, precipit atque diffinit ut plebanus Buiani et eiusdem plebatus clerici, q. in iamdicta compromissione continentur, annuatim solvant priori Cam. vel eius nuntio, seu quem suum certum nuntium esse crediderint, XXIIII star. grani sine malitia ad star. rectum, q. in castro Poppii frequentatur et currit, ita quod medietas quantitatis iamdicte apud plebem de Buiano et alia medietas apud castrum Poppii in Nativitate b. Marie virginis in mense sept. nuntio dicti mon. assignetur. Verum quia tempore solutionis istius, casibus fortuitis, una sive plures de iamdictis ecclesiis posset vacare pastore, pronuntiat quod infra dies XV, postquam eccl. habuerit sacerdotem, de quantitate contingenti eidem satisfaciat mon. memorato, hoc adhibito moderamine, si in illa eccl., q. sic pastore vacaverit, non fuerit aliquis, q. bona administraret ipsius. Super maiori quantitate a dicto mon. petenda et a parrochianis dictorum clericorum prestanda ea occasione, q. est superius expressa, priori Cam. et suo conventui imponit silentium, et dictos parrochianos deinceps non teneri pronuntiat, hoc tamen semper salvo quod, si in parrochiis clericorum supradictorum sunt aliqui vel fuerint in futurum, q. in totum vel pro maiori parte solvant vel solverint decimas laborum suorum monasterio Cam., ad istos tales istud arbitrium non trahatur, sed, si quem vel si quos ex eis prior ea de causa excomunicari fecerit vel interdici, supramemorati clerici ut interdictos et excomunicatos per se vitent et faciant ab aliis evitari. Pena in compromisso apposita, q., si ab omnibus commissa fuerit, exigatur in totum; si ab uno vel a partibus, pro ea parte suos teneat pena reos, q. de quantitate centum libr. in compromisso positarum contingit sive contingerit unumquemque. Pronuntiatum hoc arbitrium in civitate Arret(ina), in claustro S. Michaelis, a. MCCXXVIIII, ind.

tertia[1], XVII kal. dec., in presentia magistri Laurentii, Guidonis not. Montangnorii et Donati sartoris tt. Iohannes not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1229, Novembre 15. *Mittarelli, IV, 301 cit., all'anno* 1227. *Cf. il reg. n. 1725.*

[1] *È usata l' ind. del settembre.* [2] *L'orig. usa il singolare.*

1902. *Castel de' Britti, 27 Novembre 1229.*

A. MCCXXIX, die quarto ex. nov., ind. secunda, in capitulo mon. S. Michaelis de Castro Britonum. Presentibus Masario abb. S. Ypoliti Favencie, Filippo abb. de Classis, Rodulfo priore heremi Cam. de Bononia, Guidone monaco prioris Cam. et Palmerio et Rainerio servientibus dicti prioris, monachi et conversi dicti mon., scilicet Guido prior claustri, Iohannes, Bonifacius, Bonagratia, Agustinus, Benincasia, presb. Iacobus S. Damiani, presb. Iohannes, presb. Iacobus S. Apolenarii, Rodolfinus conversus, Nicholaus, Ribaldinus, Liardinus, Iacobus Stanpus, Federicus, Guido de Burgo, Ranucinus, Ugolinus, Dominicus de S. Dionisio, Albertinus de Medecina, Ugolinus de Lixano, Iacobus de Monteforti, Bonaçunta, Iohannes de Rofeno, Tutobonus, Rigiptinus et Iulianus eiusdem mon. conversi unanimiter et communi concordia et etiam Girardus cum eis commiserunt voluntates eorum de electione abbatis in Guidonem priorem Cam. libere ad eius voluntatem. Guido prior Cam. elegit Ugitionem in abb. et rectorem et administratorem dicti mon. S. Michaelis de Castro Britonum, et statim, dictis fratribus presentibus, cantantibus « Te Deum laudamus », duxit eum in suprascripta eccl. et posuit eum in sedem nomine abbatis; et postmodum remeati in ipso capitulo, presentibus fratribus supradictis, acceptis clavibus ab offitialibus dicti mon., commisit et dedit ei administrationem et investivit eum cum regula et cum dictis clavibus de abbatia et de administratione dicti mon. et eius obedientiarum de spiritualibus et de temporalibus, et dictas claves dedit ei in manu sua. Abbas incontinenti, accepta administratione ab eo, promisit ei et eius successoribus obedientiam secundum regulam s. Benedicti et consuetudines Cam., et idem prior precepit dictis monachis et conversis, per veram obedientiam, ut deinceps obedirent ipsi abbati tamquam Domino, et incontinenti quilibet supradictorum monachorum et conversorum, nomine investitionis obedientie, dedit pacem ipsi abbati et obsculatus fuit manus eius. Iacobus Dei gratia not. de Castro Britonum.

Originale.

1903. *(Arezzo), 5 Febbraio 1230.*

« In nomine eterni Dei, amen. Ego Iacobus iud. ord. et nunc iud. communis Ar(etii), tempore donni P(etri) Allux[1] pot. Ar(etii), recepta querimonia, quam faciebat donnus Iuncta sindicus hermi Cam. de donno Alberto de Monteaguto et de donno Matheo, Isackino et Rigone eius filiis et Mafucio et Tebaldo, petentes ab eis et a quilibet[2] eorum, nomine dicti hermi, cui sindicus sum, ut cessent ab inquietatione et molestia, quam faciunt nobis de hominibus castri Castill(ionis) Factalbecco eiusdem curie, sed compellendo[3] eos ad dandum datium seu collectam, aiaticum et quedam alia banna et iniuste, quod castrum et homines ad dictum hermum dico pertinere. Item peto ab eis tota(m) pecuniam, quam a dictis hominibus exigerunt sive abstulerunt vel auferri vel exigi fecerunt, occasione datii vel collecte sive pro bannis vel alias quocumque modo et totam bladam, quam ab eis exigerunt vel exigi seu auferri fecerunt occasione aiatici vel alias quocumque modo contra eorum voluntatem et maxime cum iniuste et sine rationabili causa vel ex iniusta causa fecerunt vel fieri fecerunt, q. pecunia fuit XII libr. et plus, et blada fuit C star. Unde ius et const(itutum) et officium vestrum peto, non faciendo dicto hermo preiudicium in aliis, in quibus sunt ei obnoxius, quibus donnis Alberto et Matheo et filiis prefatis legittime citatis secundum formam constituti civitatis Ar(etii) per Becevennem publicum communis nuntium et executorem ut venirent coram me ad r(espondendum) et ad iustitiam faciendam dicto sindico, quod facere contempserunt contumaciam[2] existentes. Ideo ego iudex pronuntio dictum sindicum nomine dicti hermi fore et esse mittendum et mitto per Iohannem et Iacobum publicos communis executores in tenutam et possessionem rerum et bonorum dictorum Alberti et Mathei et filiorum in primis de mobilibus duplum, de immobilibus quadruplum, secundum formam const(ituti) huius civitatis, fructus interim pro rata temporis pro pena concedendo, et pronuntio ut cessent ab illam[2] inquietatione et molestia, quam faciunt et inferunt hominibus dicti castri et eius curie et dicto hermo et predictis, et ut non inquietent neque molestent ipsos nec super predictis aliquam inquietationem faciant eisdem, et ut amplius eos non inquietent neque molestent pronuntio, atque iubeo et veto eos dictum sindicum et homines prefatos vel hermum ulterius non debere molestare aut inquietare ullo modo, salvo iure alterius, quod sinerint infra annum restituitis[2] expensis, q. fuerunt CVIII sol. et VI den. et prestiterunt cautionem iudicio sisti, secundum iuris ordinem, recuperent poss(essiones). Data fuit hec tenuta apud domo Saracini Ugolini tunc civem communis Ar(etii), coram donno

Rigone vicedonni, donno Boncompagno iud., Ianne ball(itore), Raspullo not. et aliis ». A. MCCXXX, ind. tertia, Fr(ederico) imperante, licet in discordia cum pp. Gregorio residente, non. febr. Restaurus tunc curie communis Ar(etii) not.

Originale. Mittarelli, IV, 316 cit. Cf. il reg. n. 1435.

[1] *Così nell'orig., con segno d'abbreviazione sulla X.* [2] *Così ha l'orig. Nell'orig.* compellendos *colla* s *finale, sembra, espunta.*

1904. *Ravenna, 4 Aprile 1230.*

A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. noni et F(ederici) Romanorum imp. II, die IIII intr. apr., ind. III, tempore discordie inter papam et imperatorem. Guido prior Cam. instanter a Tederico archiep. Rav. petebat restitutionem mon. Class(ensis), q. dictus archiep. occupaverat tam per se quam per suos nuntios et astulerat et fecerat auferri dicto priori Cam. et abbati mon. predicti — quod dictus archiep. facere denegabat —, cum memoratus prior firmiter assereret se esse paratum ad correctionem faciendam et reformationem in spiritualibus et temporalibus mon. pretaxati. Denegata restitutione mon. Class. et rerum suarum in dicta eccl., sentiens se nimium pregravari a dicto archiep., ad Sedem apostolicam appellavit, ne memoratus archiep. ferret aliquam sententiam contra dictum abb. vel priorem Class. seu monachos, q. morantur in dicto mon., pro domo Cam., neque institueret vel faceret instituì aliquem abb. vel monachos seu conversos in mon. memorato vel aliquod graguamen[1] per se vel suos inferret nuntios, q. verteretur in preiuditium domus Cam. seu predicti abb. et suorum fratrum. Act. in maiori eccl. Rav., presentibus abbate Uranensi, Massario abb. S. Ypoliti, Uvictione abb. de Insula, magistro Petro medico, magistro Iohanne not., Ugone Rainerii, Ogolino magistri Ugonis, Fregerio, Acçolino tt. Iacobus not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Sotto questa data lo Spoglio registra un « Rotolo di n. 16 carte pecudine cucite insieme », che oggi però si conservano distinte l'una dall'altra. Cf. i regg. nn. 1905, 1909, 1910, 1912, 1914-1916, 1918-1920, 1922-1924, 1926-1928, 1935, 1938-1940 e 1943-1951.*

[1] *Così nell'orig.; parola certo errata per* gravamen

1905. *(Ravenna), 4 Aprile 1230.*

A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. noni et F(ederici) Romanorum imp. II, die IIII intr. apr., ind. III, tempore discordie inter papam et imperatorem. Guido prior Cam. accessit ad mon. Class., volens intrare intus, sicut consueverat, in dictum mon., et cum esset ante portas ipsius mon. et invenisset eas clausas et firmatas, ipse cepit clamare: « Aperite nobis portas, quia ego sum

prior Cam. et volo intrare intus, sicut consuevi et mei antecessores consueverunt intrare ». Sed illi, q. erant intus, ut dicebatur, non audebant aperire de mandato camerarii archiepiscopi Rav. ullo modo, nec aperuerunt nec permiserunt dictum priorem intrare. Dictus Guido prior Cam., protestans se non posse intrare, precepit tabellioni et rogavit eum quod reduceret in publicum et faceret instrumentum inde. Act. ante portas mon. Class., presentibus Ugone abb. Uranensi, Massario[1] abb. S. Ypoliti, Uguiccione abb. de Insula, Ugone Rainerii, Aldrovandino, Rainerio tt. Iacobus not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Altro esemplare dello stesso not. Cf. il reg. precedente e sua annotazione.*

[1] *Nell'orig. è ripetuto il nome* Massario

1906. *Prataglia, 16 Aprile - 18 Giugno 1230.*

A. MCCXXX, ind. tertia, XVI kal. maii, tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Iohannes qd. Rodulfi et Maria uxor eius maritali consensu vendiderunt, tradiderunt et concesserunt Palmerio de Cam., recipienti vice et utilitate dicti mon. et suorum successorum in perpetuum, unam petiam terre pos. prope eccl. de Pretale: a primo latere terra dicte eccl., a secundo heredum olim Guerrucçi, a tertio via, a quarto Cam., cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Confessi sunt recepisse pro pretio libr. tres Pis., scientes dictas res multo pluris pretii esse; tamen quanticumque pluris sunt, totum inrevocabiliter inter vivos donaverunt, confitendo meritum recepisse secundum legem. Pena: libr. sex Pis. Act. apud Pretalem, in testimonio presb. Bencivenni de S. Marcho et Benincase qd. Porcellini et Petri de Martello. Item eodem die, apud castrum de Ragiropoli, in testimonio Boni de Pinciatta et Melliorelli servitialis comitis Aginolfi, Matheus qd. Guerrucçi, pro suo patrimonio et pro tenimento, q. videtur habere per Luciam uxorem suam, dicte venditioni consensit, et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiavit ipsi Palmerio, pro ipso mon. recipienti, et promisit ei contra supradicta non facere, sub dicta pena et obligatione, et de omni iure et actione ab eodem Iohanne salvum cambium habere confitetur. Eodem anno, XIIII kal. iul., apud Leporinam, in testimonio Orlandini qd. Rainerii et Deotisalvi qd. Martini, Lucia uxor dicti Mathei, de consensu eiusdem viri sui, dicte venditioni consensit et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiavit. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XXXIII, n. 3.

1907. *Castiglione, 17 Aprile 1230.*

A. MCCXXX, XV kal. mad., tempore Gregorii pp. et Federici imp. in discordia cum E. R., ind. IIIª, in mercato Castilionis. In presentia Dominici olim Valentini, Bonensegne Guidonis, Gratiani olim Sonni, Guidonis olim Rodulfini et Luldi tt. Rosana f. olim Guidonis Stephani de Miçano, uxor Omnibene de Riu de Ponte, de licentia dicti viri sui et mundualdi et a not. diligenter inquisita se nullam vim profitendo passam fore, una cum dicto Omnibene viro suo, ambo insimul dederunt in allodium, vendiderunt quilibet in solidum atque inrevocabiliter ad proprium concesserunt Rigolo castaldo Motane converso Cam., recipienti pro domo Motane, unam petiam terre pos. in Miçano in l. q. d. Duça: iuxta terram domus Motane a duobus lateribus et ab aliis duobus lateribus Detesalvi de Presciano, cum introitu et exitu suo. Pro pretio quinquaginta sol. den. Pis., quos fuerunt confessi eis fore solutos et numeratos; et si pluris est illud, pure et simplicis inter vivos donationis eidem concesserunt secundum legem recepisse. Per supradictum Dominicum ipsum investierunt. Pena dupli. Guido imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Aprile 18. *Summaria, c. CXXIIII v., n. 1.*

1908. *Raginopoli, 25 Aprile 1230.*

A. MCCXXX, ind. tertia, VII kal. maii, tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Renoardus f. qd. Renoardi et Arnoldus et Ubertus ff. eius, consentiente patre filiis, et Aringerius qd. Mussetti una vendiderunt, tradiderunt et concesserunt Vange converso Cam., recipienti vice Guidonis prioris Cam. suorumque successorum in perpetuum, tres petias terre pos. u. d. Casale, quarum prima: a primo latere terra Albertini, a secundo via, ab aliis duobus lateribus Cam.; secunda ibidem: a primo latere terra Morandi, a secundo via, a tertio Cam.; tertia petia ibidem: a primo latere terra Cam., a secundo via, ab aliis duobus lateribus Morandi, cum introitu et exitu et cum omni iure et actione. Confessi sunt recepisse pro pretio viginti libr. Pis. Pena: quadraginta libr. Pis. Si prefata terra molestata fuerit ab aliqua persona aut de iure convicta eodem modo, ut supra legitur, de ipsa et pro dicto pretio dederunt, tradiderunt et concesserunt prefato Vange, pro dicto mon. recipienti, quamdam aliam petiam terre pos. u. d. Maceria Rotunda: a primo latere terra Bonacorsi de Homodeo, a secundo Greppi de Montecornio, ab aliis duobus lateribus Aldibrandini et Vaccucci, quatinus dictus prior et successores habeant dictam petiam terre et possideant et utantur et fruantur

ea, donec dictas tres petias terre in pace possideant; et si dicta petia terre de Maceria ad Cam. pervenerit, eamdem, sub dicta pena, defendere et non molestare promiserunt. Sapia uxor Baldinetti et Donniscia uxor dicti Aringerii, dictorum virorum suorum consensu, dicte venditioni consenserunt et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiaverunt. Act. apud castrum de Ragiropoli, in testimonio presb. Martini rectoris eiusdem loci et Boni de Pinciatta et Rembottini f. Martignoni et Iohannis Mançi et Compagni f. Petri et aliorum plurium. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XXXIII, n. 2.

1909. *Laterano, 7 Maggio 1230.*

Gregorius pp. Rav. archiepiscopo. Ex gravi prioris Cam. conquestione sibi[1] innotuit quod is[2] non iure usus, set iniuria et violentie tantum inisus eum (priorem) Classensi mon., ad Cam. heremum pertinente, spoliavit, q. saltem religioni deferre debuerit et respectum ad se[3], q. spetialiter inter alios ordinem Cam. diligit, habuisse. Mandat quatinus, eodem mon. et universis inde ablatis integre restitutis illisque amotis per eum ac suos introductis[4] ibidem, ab indebita eiusdem prioris molestia super premissis penitus conquiescat, quia coram se[5] postmodum complementum iustitie, ad quam prior predictus se offert, poterit, si voluerit, obtinere; alioquin ep. Castellano dat literis in mandatis ut eum[6] ad id compellat. Constitutione de duabus dietis[7] in generali concilio edita non ostante, ita quod extra suam[8] diocesim ultra tertiam vel quartam (dietam) ad iuditium non trahatur. Dat. Laterani, non. maii, pont. a. quarto.

Copia assai scorretta, che leggesi nel doc. 21 Maggio 1230 (reg. n. 1912). Cf. il reg. 1904 e sua annotazione.

[1] *Nella copia* nobis [2] *Nella copia* tu [3] *Nella copia* nos [4] *Nella copia* per te ac tuos introductos [5] *Nella copia* nobis [6] *Nella copia* te [7] *Nella copia* duobus dictis [8] *Nella copia* tuam

1910. *Laterano, 7 Maggio 1230.*

Gregorius pp. .. ep. Castellano. Mandat quatinus, si archiep. (Rav.) mandatum suum[1] neglexerit adimplere, eum ad id, monitione premissa, sublato appellationis obstaculo, qua convenit districtione compellat. Testes, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellat veritati testimonium perhibere. Constitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obstante, ita quod pars altera extra

suam dioc. ultra tertiam vel quartam dietam ad iudicium non trahatur. Dat. Laterani, non. maii, pont. a. quarto.

Copia sincrona di Ursus not. *Nello Spoglio:* 1230, Maggio 21. *Il testo è del tenore della bolla precedente. Cf. il reg. 1904 e sua annotazione.*

[1] *La copia ha* nostrum

1911. *Marciano, 16 Maggio 1230.*

A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. et R(omanorum) Feder(ici) imp., XVI die mad., ind. III, in castro Marciani, ante portam superiorem predicti castri. Emptionis et venditionis negotium pre ceteris contractibus est oportunum et ab omnibus gentibus frequentatum; tamen si in scriptis fieri promittitur, sola pretii conventione non perficitur, et ideo Çanellus qd. f. Teuçi massarii, q. habitare videtur in castro Marciani, dat et concedit et vendit Iohanni Pratalis abbatie camerario eiusque successoribus, pro eccl. S. Marie de Pratalia, duas petias terre, una quarum pos. in l. q. d. Lignaio, alia in l. q. d. Bangna: in illa, q. continetur in Lignario, ab uno latere Geypo, ab alio latere fossatum Rimori, ab alio latere via veteri; in alia, q. continetur in Bangna, ipsamet abbatia ab uno latere, ab alio latere flumen, ab alio latere Martinus Pelatus, ab alio latere Vallemaçara, cum introitu et exitu suo et omni iure et actione. Confitetur se recepisse III libr. den. Pis. et dim. et duo star. sigalis; et si terra predicta plus dicto aliquo tempore pretio valeret, illud plus donat et concedit. Pena: duplum. Brunetus f. predicti Çanelli, presens his omnibus et consentiens huic venditioni, renuntiando beneficio minoris etatis, non contravenire pretextu minoris etatis vel quod denarii non fuissent in suam utilitatem conversi (promisit). Maria uxor predicti Çanelli, similiter huic venditioni consentiens et presens, omni iuri et actioni renuntiavit, hec omnia supradicta promittens per se suosque filios et heredes firma tenere, sub eadem pena. Testes: Yseppus, Vivolus, Federinus, Tignosus et alii. Magister Beniaminus imperialis aule not.

Originale.

1912. *Ravenna, 21 Maggio 1230.*

A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. et Frid(erici) imp., ind. III, die undecimo ex. mad. Rav(enne), in domo archiepiscopi, in presentia fratris Martini, Placiti prioris eccl. Faracani et Çançi Guiçoli tt. Iohannes maior Fontisboni representavit et dedit Tederico archiep. s. Rav. eccl. literas apostolicas ex parte Gregorii pp.[1], quas dictus archiep. recepit cum reverentia. Uguitio not. imperialis ac Liviensis.

Copia sincrona. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione

[1] *Segue la copia; cf. il reg. n. 1909.*

1913. *16 Giugno 1230.*

« Orlandinus Taviani et Ottonellus eius frater per se suosque heredes in perpetuum absolverunt a sua fidelitate Diotesalvi f. olim Albicoli et eius heredes pro pretio libr. XVI. Sub a. Domini M°CC°XXX°, die XVI^a iun. Carta manu Iuliani ».

Summaria, c. LXVII, n. 1.

1914. *Presso l' Eremo e Fontebuono, 5 Settembre 1230.*

A. MCCXXX, non. sept., ind. tertia. Guido prior Cam., cum consensu fratrum suorum tam heremi quam Fontisboni, videlicet Pauli, Iohannis, Gerardi, Simonis, Lotaringui, Henrici, Raignaldi et Iacobi inclusorum heremi, nec non et Ugonis sacriste, Iohannis cellerarii, Boni, Rainerii, Adam, Odonis, Iacobi et Rainerii fratrum heremitarum, et Michaelis sacriste, Guidonis, Mainenti, Benedicti, Amati, Bruni, Gregorii, Nicolai, Iacobi et Mauri fratrum Fontisboni, fecit et constituit Guidonem monachum Cam. suum procuratorem, sindicum et actorem ad petendum, nomine Cam. heremi, restitutionem mon. S. Apolinaris in Classe et rerum ipsius, in quibus vel de quibus facta est expoliatio ab archiepiscopo Rav., vel quibuscumque detentoribus et invasatoribus predictorum, promittens per se suosque successores se ratum et firmum habiturum quicquid factum fuerit per eumdem de predictis. Act. apud heremum et Fontembonum. Interfuerunt Guido de Turre, Argumentus f. Mathei et Andreas f. Iunte tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderigi Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Copia sincrona di Stiabene imperialis aule not. *Precede, nella stessa pergamena, i documenti di cui ai regg. nn. 1916, 1928 e 1938. Cf. il reg. 1904 e sua annotazione.*

1915. *Argenta, 10 Settembre 1230.*

A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. tertia, die decimo intr. sept. Guido monachus, procurator et syndicus heremi Cam., representavit se, constituto termino ab ep. Castellano iud. delegato, coram archiepiscopo Rav.; protestatus est archiepiscopum Rav. in curia sua apud Arçenteam coram multis clericis et laicis, petens restitutionem super dicto mon. Class. et subtractorum dicti mon., sed dictus archiep. prenominatam heremum Cam. de dicto mon. Class. expoliavit, unde prenominato syndico heremi Cam. et procuratori restitutionem prenominati mon. Class. prorsus negavit. Act. apud Arçenteam, coram testibus Cambio can. eccl. Fav., Guramonte card. eccl. Rav. et Iohanne iud. Petrus sacri imperii not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1916. *Presso l'Eremo e Fontebuono, 11 Settembre 1230.*

A. MCCXXX, die undecima intr. sept., ind. tertia. Guido prior Cam., cum consensu fratrum suorum tam heremi quam Fontisboni, videlicet Pauli, Iohannis, Henrici, Gerardi, Simonis, Lotarengi, Rainaldi et Iacobi inclusorum heremi, et Ugonis sacriste, Iohannis cellerarii, Boni, Henrici, Ottonis, Rainerii, Iacobi, Adam et Rainerii fratrum heremitarum, nec non et Michaelis sacriste, Iohannis maioris, Guidonis cellerarii, Benedicti, Odonis, Gregorii, Benedicti, Bruni, Manenti, Iunte, Nicolai, Amati et Iacobi fratrum Fontisboni, fecit et constituit Guidonem monachum Cam. suum syndicum, procuratorem et actorem in causa restitutionis mon. Class., quam habet vel sperat habere heremus Cam. adversus archiepiscopum Rav. vel quoscumque alios coram ep. Castellano, vel coram aliis quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis, vel subdelegatis, et in quibuscumque aliis causis, eo modo ut dictus Guido, nomine Cam. heremi, restitutionem dicti mon. Class. et rerum ipsius possit ubique petere et agere modis omnibus et experiri, excipere et replicare, libellum porrigere, testes et instrumenta producere, sententiam audire et, si necesse fuerit, appellare, et omnia et singula facere, sine quibus causa terminari non possit et que ipsius cause natura desiderat. Promiserunt tam dictus prior quam omnes singuli fratres predicti quod quicquid de predictis omnibus et singulis fecerit omni tempore ratum et firmum habebunt et tenebunt. Act. apud heremum et Fontembonum. Interfuerunt Iohannes de Teuço, Beneviene f. Petri, Guido qd. f. Martineli tt. Iulianus sacri pal. not. et F(riderici) Romanorum imp. iud. ord.

Copia sincrona di Stiabene imp. aule not. *Nello Spoglio:* 5 Settembre 1230. *Segue, nella stessa pergamena, al doc. di cui al reg. n. 1914 e sta innanzi ai documenti di cui ai regg. nn. 1928 e 1938. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1917. *Fontebuono, 11 Settembre 1230.*

A. MCCXXX, ind. tertia, die undecima intr. sept. « Presb. Petrus, minister eccl. de Agna, protestans et confitens quod, cum prior heremi Cam. esset verus dominus et patronus predicte eccl. de Agna, quod ipsa heremus seu ministri ipsius heremi diu habuerant et tenuerant quamdam cellam contiguam prefate eccl. a latere Cam. curie, quam cellam cum vellet eam de novo reedifficare, concessit dictus prior eidem eccl. decimam, quam Cam. heremus percipere debebat a Martinello Mazoli, scilicet de podere q. habet modo »; unde dictus presb. Petrus tum pro commutatione ipsius, tum pro remedio anime sue, suorum successorum, dedit, tradidit atque in eternum per se suosque successores omnes

concessit dicto priori, recipienti pro prefata heremo, plateam seu solum, in quo est ipsa cella: ab uno latere murus eccl., ab aliis via, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena: libr. viginti quinque den. Pis. Act. apud Fontenbonum. Interfuerunt Bencivene f. qd. Petri, Iohannes de Teuzo et Guido Martinelli tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XXXVIII, n. 5. Mittarelli, IV, App. 486, n. CCCII.

1918. *Ravenna, 14 - 15 Settembre 1230.*

A. MCCXXX, die sabbati, XIIII° intr. sept., ind. tertia, in claustro eccl. maioris Rav., presentibus Çerbino not., Michaele, Nicholao, Rigone et aliis testibus. Iohannes archidiac., Mancinus prep., presb. Albertus, presb. Munaldus, Hugolinus diac., Iulianus, Rainerius et magister Stephanus subdiaconi card., presb. Bonus, Nicholaus, magister Guill(elmus) et presb. Clarius cantores s. Rav. eccl., attendentes iustam corporalem absentiam archiepiscopi ab eccl. Rav. et nolentes ius ipsius archiep. et eiusdem eccl. relinquere indefensum, communiter et singulariter fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt Brandum cantorem eiusdem eccl., presentem et mandatum recipientem eorum et ipsius eccl., syndicum, actorem, procuratorem, defensorem et legitimum responsalem ad causam seu causas, quam vel quas archiep. pro sua eccl. vel ipsa eccl. habet vel habere sperat cum priore et heremitis Cam. vel alio coram ep. Castellano, a summo pontifice iud. delegato, occasione mon. S. Apollinaris in Classe dioc. Rav. seu quacumque alia occasione, ad representandum se coram dicto iud. et ad exceptiones et defensiones ipsius archiep. et eccl. proponendas et ad appellandum, si opus fuerit, et terminum recipiendum, promittentes quod quicquid super ipsis vel aliquo predictorum duxerit faciendum ratum et firmum habebunt. Item die dominico, XV intr. set., in claustro eccl. maioris Rav., presentibus Liuçio Verterio, Nomao et Peppo not. tt., presb. Arnulfus et Guido cantores eiusdem eccl. huic scindicarie et procurarie consenserunt. Albertinus sacri imperii not.

Copia sincrona di Pax not. *Nello Spoglio:* 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1919. *Presso l'Eremo e Fontebuono, 17 Settembre 1230.*

A. MCCXXX, die VII decima intr. sept., ind. III. Guido prior Cam., cum consensu fratrum suorum tam heremi quam Fontisboni, scilicet Pauli, Iohannis, Henrici, Gerardi, Simonis, Lota-

ringi, Rainaldi et Iacobi inclusorum heremi, et Ugonis sacriste, Iohannis cellerarii, Boni, Henrici, Ottonis, Rainerii, Iacobi, Adam et Rainerii fratrum heremitarum, nec non et Michaelis sacriste, Guidonis cellerarii, Benedicti, Guidonis, Oddonis, Gregorii, Benedicti, Bruni, Mainetti, Iuncte, Nicholai, Amati et Iacobi fratrum Fontisboni, fecit et constituit suum sindicum, procuratorem et actorem in causa restitutionis mon. Class., quam habet vel sperat habere Cam. heremus adversus archiepiscopum Rav. vel quoscumque alios coram ep. Castellano vel quibuscumque aliis iudicibus ordinariis delegatis vel subdelegatis, et in quibuscumque aliis causis Iohannem maiorem Fontisboni, eo vero modo ut, nomine Cam. heremi, possit petere predicti mon. Class. et rerum ipsius restitutionem et possit agere et experiri, excipere et replicare, libellum porrigere, testes et instrumenta producere, sententiam audire et, si necesse fuerit, appellare et omnia et singula facere, sine quibus causa terminari non posset et que ipsius cause natura desiderat; et promiserunt tam dictus prior quam omnes et singuli fratres predicti quod quicquid de predictis omnibus et singulis fecerit omni tempore ratum et firmum habebunt et tenebunt. Act. apud heremum et Fontembonum. Interfuerunt Iohannes de Teuço, Bencivene f. Petri et Guido f. qd. Martinelli tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Copia sincrona di Ursus not. *Nello Spoglio*: 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1920. *Presso l'Eremo e Fontebuono, 8-9 Ottobre 1230.*

A. MCCXXX, ind. quarta[1], VIII id. oct., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Guido prior Cam., de consensu fratrum heremitarum inclusorum, videlicet Rigonis, Pauli, Lotteringi, Renaldi, Iacobi, Symonis, Iohannis et Gerardi, et exclusorum, scilicet Ugonis sacriste, Boni, Rainerii primi, Rainerii secundi, Ade, Oddonis, Iacobi et Benedicti, et aliorum fratrum suorum apud Fontembonum existentium, videlicet Guidonis, Oddonis, Gregorii, Iacobi, Benedicti primi, Benedicti secundi, Benedicti tertii, Michaelis, Nicholai, Dominici, Basilii, Mauri et Bernardi, fecit, constituit et ordinavit Symonem priorem S. Laurentini suum vicarium in Ravignana et super omnibus ecclesiis et hominibus Class. mon. in Marchia constitutis, tam super clericis quam super laicis, ad rationes et iura dicti mon. postulanda et defendenda et ad hominibus dictorum locorum precipiendum et tuendum, ad renovandum, locationes faciendum et ad querelas sive querimonias dictorum locorum audiendum et ad clericos sive monachos ibidem existentes et eorum

ecclesias reformandum et, si necesse fuerit, excomunicandum et absolvendum et ad Ugolinum in Ravignana vicarium constitutum a Philippo abb. Class. et eius capitulo removendum vel confirmandum et ad omnia et singula faciendum, q. in dictis negotiis et factis viderit expedire; et promiserunt tam dictus prior quam omnes fratres supradicti firmum semper et ratum habere quicquid per eundem vicarium factum fuerit de predictis. Act. apud heremum et sequenti die apud Fontembonum, in testimonio Campisciani f. qd. Spinelli et Salimbeni f. qd. Iohannis. Matheus imperialis aule not.

Originale. Mittarelli, IV, 319 ctt. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

[1] *È usata l' ind. del settembre.*

1921. *10 Ottobre 1230.*

« Bençius olim Bonaiunte per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit donno Guidoni priori Cam., pro Cam. heremo recipienti, pure et irrevocabiliter inter vivos et omne ius et actionem, quod et quam habebat in terris, vineis, domibus et possessionibus pos. in Valençano et eius curia, et specialiter quamdam domum pos. in ipso castro, iuxta domum Archeruli et quamdam turrim et vias publicas, et unam vineam pos. iuxta dictum castrum, iuxta terram Archeruli predicti et Yseppi et vias publicas, pro pretio sol. xx. Sub a. Domini M°CC°XXX°, VI° id. oct. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. LXXXVIII v., n. 2.

1922. *Ravenna, 12 Ottobre 1230.*

A. MCCXXX, die XII intr. oct., ind. III, tempore Gregorii pp. et Fred(erici) imp. Rav(enne), in palatio archiepiscopatus, presentibus presb. Iohanne cappellano, presb. Ubaldo camerario, magistro Petro clerico, Rodulfino serviente episcopi Forlinpopilii, Tederichus s. Rav. eccl. archiep., presentibus et assensum prebentibus card. et cant. eiusdem eccl., scilicet Iohanne archidiac., presb. Alberto, presb. Monaldo, Ugolino et magistro Stephano, Mançino prep., presb. Arnulfo, presb. Bono, Nichola, Guidone, Gruamonte et magistro Guillielmino, fecit et constituit ita quod omnes singuli et universi fecerunt et constituerunt Severum suum et ipsius eccl. syndicum, actorem seu procuratorem in causa, quam ei movet prior et conventus Cam. pro mon. Class., contra ipsos priorem et conventum Cam. et contra omnes alios de Ravenna sive de tota Romaniola, q. ei et eccl. Rav. questionem vellent movere vel quibus ipse pro eccl. Rav. controversia(m) seu que-

stionem vellet inferre, coram episcopo Civitatis Castelli delegato pp. in causa Class., sive coram quibuscumque aliis iudicibus ecclesiasticis sive secularibus. Item fecit, constituit et ordinavit Bradum cant. eiusdem eccl. suum et sue eccl. sindicum, actorem, procuratorem et specialem revocatorem ad revocandum omnem errorem sindici, actoris, procuratoris seu responsalis et cuiuslibet alterius. Iohannes Rav. eccl. not.

Copia di Ursus not., *scritta il 16 ottobre 1230. Nello Spoglio:* 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1923. *(Città di Castello), 18 Ottobre 1230.*

« Severus sindicus, procurator et actor domni archiep. et chori s. Rav. eccl., communiter et singulariter constitutus, ipsorum vice et nomine et auctoritate mandati suscepti, communiter et singulariter vos domnum ep. Castellanum tamquam suspectum recuso, dicens me pro suprascriptis domno archiep. et choro vel eorum singulis vel eosdem communiter vel singulariter non debere compelli seu cogi priori et conventui Cam. respondere sub vobis, eo quod estis eorum et sui ordinis specialissimus amicus, ea ratione quia prior et Cam. et fratres eius hospitantur vobiscum frequenter; et mutuatis eis pecuniam, cum habetis, si petunt, et, si non habetis, queritis ab aliis ut concedatis eisdem; item fideiubetis pro eis et acquiritis eis fideiussores pro factis eorum, et ipsi pro factis vestris, et adeo quod, hac causa probata, ad recusationem vestram reputabitur esse sufficiens. Ad que probanda coram legittimis arbitris me offero et protestor, quod arbitrum seu arbitros pro parte mea eligere sum paratus, et eligo pro parte mea domnum Oddonem prep. Faventinum ». Postmodum Iohannes sindicus Cam. elegit pro parte sua super dicta recusatione Bonaguidam archidiac. Aretinum arbitrum. Act. in palatio ep. Castellani, coram Deodato can. Castellano, Bencivenne iud., Pace, Viviano notariis et pluribus aliis testibus, a. MCCXXX, XV kal. nov., ind. III. Ursus not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Precede, nella stessa pergamena, il documento seguente. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1924. *(Città di Castello), 18 Ottobre 1230.*

A. MCCXXX, XV kal. nov., ind. tertia. M(atheus) ep. Castellanus pp. delegatus precepit Severo sindico archiepiscopi et eccl. Rav. et Iohanni sindico Cam., auctoritate delegationis qua fungebatur, quatinus conveniant coram Bonaguida archidiac. Aretino et Oddone prep. Faventino, electis arbitris ab eisdem super causa recusa-

tionis dicti ep. Castellani a Severo sindico iamdicto proposite, et precepit Severo eidem quod usque ad quartum diem post festum proxime s. Martini probet dictam causam recusationis coram dictis arbitris et, si deficeret dictus sindicus archiepiscopi coram eisdem arbitris in probatione dicte cause, precepit eisdem sindicis quod decimo die post dictum terminum coram eo debeant se perhemptorie presentare, et precepit Severo iamdicto ut in eodem termino veniat probaturus omnes exceptiones propositas et alias exceptiones dilatorias propositurus et auditurus quicquid super his dicere proposuerit ep. memoratus. Act. in palatio ep. Castellani, coram Deodato can. Cast(ellano), Bencivenne iud., Pace, Viviano notariis et pluribus aliis testibus. Ursus not.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, al documento precedente. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

1925. *Anagni, 28 Ottobre 1230.*

Gregorius pp. .. ep. Fesulano. .. priore ac fratribus heremi Cam. conquerentibus, quod is (ep.)[1], pro eo quod ipsi collectas et alias exactiones indebitas, quas frequenter eorum monasteriis et domibus per dioc. constitutis imponit, ei[2] non exhibent requisiti, cum ei[2] non liceat in eosdem excomunicationis vel interdicti ferre sententias, in benefactores suos et eis partecipantes promulgat easdem, sub pena interdicti et anathematis, prohibendo ne quis eis manus aperiat pietatis; mandat quatinus, provide revocatis per eum[3] ipsum, si quid occasione huiusmodi super premissis in ipsorum preiudicium indebite attemptavit[4], talia contra eos de cetero non presumat ita quod ipsi de eo[5] iustam de cetero non habeant materiam conquerendi, et eis providere super hoc aliter non cogat; alioquin .. preposito, .. archidiac. et C. archipresb. de Treguanda can. Aretino iniungit ut, partibus convocatis, audiant causam et, appellatione remota, debito fine decidant et faciant, quod decreverint, firmiter observari. Dat. Anagnie, v kal. nov., pont. a. quarto.

Originale; sigillo plumbeo perduto. Mittarelli, IV, App. 488, n. CCCIII. Potthast, n. 8628.

[1] *L'orig. ha* tu [2] *L'orig. ha* tibi [3] *L'orig. ha* te [4] *L'orig. ha* attemptasti [5] *L'orig. ha* de te

1926. *Presso l'Eremo e Fontebuono, 29 Ottobre 1230.*

A. MCCXXX, quarto kal. nov., ind. quarta[1]. Guido prior Cam., cum consensu fratrum suorum heremitarum, scilicet Iacobi, Renaldi, Lotheringhi, Pauli, Henrici, Gherardi, Iohannis et Simonis inclusorum, et nomine apertorum, videlicet Ugonis sacriste, Boni, Iohannis, Dominichi, Ranerii, Venture, Iacobi, Ade, Iacobi,

Octonis et Iacobi et Ranerii, constituit, fecit et ordinavit Guidonem monachum Cam. suum et dicti mon. sindacum et verum procuratorem ad eligendum arbitrum sive arbitros et communes amicos seu amicabiles compositores seu arbitratores ad compromictendum in eosdem et ad arbitrium recipiendum et audiendum et ad transigendum sive componendum cum archiepiscopo Rav. et eccl. et ipsorum sindico de causa, quam habent cum eodem archiep. et eius sindico super mon. S. Appolenaris in Classe. Act. apud heremum Cam., in presentia et testimonio presb. Iacobi de Metateloci, Gerbini f. qd. Peppi de Certine et Rigoli f. * * * de Mogiona. Item eodem die, act. apud Fontembonum, in presentia et testimonio supradictorum presb. Iacobi, Gerbini et Iannioli f. qd. Tebaldi de Cesena, monachi mon. Fontisboni, videlicet Iohannes celerarius heremi, Brunus, Michael sacrista, Oddo, Benedictus secundus, Benedictus primus, Gregorius, Maurus, Petrus et Guilielmus predictis omnibus et singulis consenserunt et verbum dederunt, et ratum et firmum habere et tenere promiserunt. Iacobus Maggi Friderici Romanorum imp. iud. ord. et not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

[1] *É usata l'ind. del settembre.*

1927. *(Ottobre-Novembre 1230)*[1].

B(onaguida) archidiac. Aretino ep. Castellanus. « Cum pro mon. Cam. contra archiep. Rav. nobis scripserit summus pontifex et partibus presentibus quasdam interlocutorias dederimus, quod cognitio cause inter partes nobis fuerit a summo pontifice delegata, pro ipso archiep. contra nos causam[2] recusationis fuit obiecta, talem videlicet quod nos eramus specialissimi amici prioris Cam., cuius specialitatis causa per sindicum ipsius archiep. nobis fuit in hunc modum determinata, quod priorem Cam. et fratres ipsius frequenter ad mensam nostram recipiebamus, pro ipsius negotiis fideiussores, ut pro ipso caverent, introducebamus, et ipsi, quando expediret, den. prestabamus — quam causam probandam proposuit et promisit probare coram vobis —, et suum ex hoc elegit arbitrum prep. Faventinum et vos (Bonaguidam) Camaldulenses tamquam suum amicum, ut cum ipso conveneretis ad dictam causam diligentissime exhaminandam, vocavere, quibus dedimus in mandatis et perhemptorie, ut quarto die post festum s. Martini ad locum et tempus, q. vobis significaverunt, conveniatis, prefate cause finem imponentes. Ideoque vos, auctoritate delegationis qua fungimur, monemus, hortamur et inducimus quatinus, iuxta id q. diximus, tempore suo ad locum cum predictis fratribus sine diffi-

cultate eatis et, Dominum pre oculis habentes, partibus in vestra presentia constitutis, super prefata causa hinc inde proposita diligenter audiatis et, debito fine dictam causam terminantes, si in ea pars archiepiscopi defecerit, iniungatis eidem ut ante presentiam nostram redeat, mandatum nostrum auditurus ».

Originale: di mano del not. Ursus *Nello Spoglio:* 1230, Maggio 21, *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

[1] *Per il contenuto, in stretto rapporto coi docc. di cui ai regg. nn. 1923 e 1924, la carta va datata posteriormente al 18 Ottobre e anteriormente al giorno 11 Novembre, festa di s. Martino, dell'anno 1230.* [2] *Così nell'orig.*

1928. *Presso Fontebuono e l'Eremo, 14 Novembre 1230.*

A. MCCXXX, ind. tertia, Gregorio pp. residente et Federico imp. imperante, XVIII kal. dec. Guido prior Cam., de expresso consensu fratrum suorum heremitarum, scilicet Simonis, Iohannis, Girardi, Rigonis, Loterengi, Rainaldi, Iacobi, Redulfi, Ugonis sacriste, Iohannis, Rainerii, Otti, Rainerii, Domenici, Rigonis, Iohannis, Iacopi, Adam, Boni exclusi, et monachorum Fontisbone, scilicet Michaelis, Nicolai, Guidonis cellerarii, Otti, Mauri, Benedicti, Benedicti, Gregorii, Peri, fecit et constituit et ordinavit Guidonem monachum Cam. absentem syndicum, actorem et procuratorem et sufficientem responsalem in causa recusationis facte de ep. Castellano a Severo syndico et procuratore archiepiscopi Rav. super mon. Class. contra dictos Camaldulenses, coram archidiac. Aretino et prep. Faventino, arbitris in dicta causa recusationis a partibus electis, ut ipse Guido nomine Cam. possit agere et respondere, probationes audire et inducere, et sententiam sive arbitrium recipere, et omnia et alia facere, que in dicta causa viderit expedire, non revocando mandatum prius datum sibi. Act. ad Fontembonam et ad heremum, presentibus Restauro et Guidone fratribus de Monte et Compagno de Ragilopoli tt. Viva imperialis aule not.

Copia sincrona di Stiabene imperialis aule not. *Nello Spoglio:* 5 Settembre 1230. *Segue, nella stessa pergamena, ai documenti di cui ai regg. nn. 1914 e 1916 e precede il doc. di cui al reg. n. 1938. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1929. *Fontebuono, 14 Novembre 1230.*

A. MCCXXX, ind. tertia, Gregorio pp. residente et Fed(erico) imp. imperante, XVIII kal. dec. Restaurus et Guido fratres ff. Iohannis de Monte dederunt et tradiderunt quilibet pro indiviso, per se et suos heredes, Guidoni priori Cam., recipienti pro heremitis heremi, et cui ius eorum dederit in perpetuum et ad proprium concesserunt unam petiam terre castaneate pos. ad Rione-

rum, iuxta aream Cam. et viam et cerretum et calle Metaleta, et unum campum pos. ad Pirum Boneldi, iuxta viam a duobus lateribus et fossatum Rioneri, et omne id q. habent a Pero Boneldi versus Cam. et a valle Metalleta inferius versus dictam domum, cum omni eorum iure, finibus, pertinentiis et aiacentiis. Pena: duplum. Act. ad Fontem bonam, Rigone olim Vicedomni, Bono de Ragilopoli et Compagno tt. Viva imperialis aule not.

Originale.

1930. *Eremo nuovo di Faiolo, 17 Novembre 1230.*

A. MCCXXX, ind. tertia, die XIIII ex. nov., tempore Gregorii pp. et Fred(erici) imp. Çardus de Flume per se suosque heredes dat et donat Iohanni priori heremi nove eiusque fratribus ac successoribus in perpetuum unam petiam terre pos. in Ridulmo, iuxta priorem Benentendi, fossatum et se ipsum [1], cum introitu et exitu. Pena: c sol. Rav. Act. in claustro heremi nove, presentibus presb. Acurso S. Petri, Rodulfo et Bencevenne Podii tt. Clarmons not.

Originale.

[1] *Nell' orig.* memetipsum

1931. *22 Novembre 1230.*

A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. noni et Frederici imp., die VIIII° ex. nov., ind. III^a^. Matheus Drude sindicus S(everini) Esini ep. et episcopatus, dicto episcopo presente et volente et Montanario can. consentiente, ex una parte, et Bemcevenne sindicus Guidonis prioris et heremi Cam., ex altera, promiserunt et compromiserunt in R(iccardum) Fanensem ep. et A(nestasium) abbatem S. Paterniani, iudices a summo pontifice delegatos de omnibus litibus et controversiis motis et habitis inter eos vel que moveri et haberi possunt super eccl. S. Marie de Serra, S. Iacobi de Heremita et S. Georgii. Renuntiantibus diei feriato, litis contestationi, testibus et instrumentis et omni alii iuris solemnitati, sed libere predicti in predictis et super predictis possint arbitrari, moderari, sententiare et diffinire stando, sedendo semel et pluries, partibus presentibus vel absentibus ambabus vel una, firmiter promiserunt; et quod dictus ep. faciet vel curabit — et idem ep. promittens — quod omnes canonici Hesinates huic compromisso expresse consentient et quod ratum et firmum habebunt quod pronuntiabitur a predictis; et idem Bemcevenne faciet et curabit quod prior predictus Cam. cum suis fratribus Cam. et priores dictarum

ecclesiarum ratum et firmum habebunt et huic compromisso consentient. Pena: c marcarum argenti. (Albericus not.)[1].

Copia inserta nel documento di cui al reg. n. 1933. Cf. i regg. nn. 1848, 1933, 1941 e 1963.

[1] *Il nome del notaro leggesi nel contesto del documento, nel quale trovasi inserto.*

1932. *Pratovecchio, 2 Dicembre 1230.*

A. MCCXXX, die secunda intr. dec., ind. tertia. Maria abbatissa mon. S. Iohannis de Prato veteri, propositis coram ea sacris evangeliis, asserens et affirmans se infrascripta non facere in detrimentum sui mon., sed pro bono et utilitate, de consensu Anastaxie, Lucie, Agnexie, Cristine, Victorie, Merentiane, Margarite, Cecilie, Iustine et Frasie sororum eius, monacharum eiusdem mon., et Alberti cellerarii, Paganelli, Cresioli et Bonsegnoris conversorum prefati mon. et in predictarum et predictorum presentia, fuit confessa se recepisse nomine dicti mon. pro pretio a Palmerio converso Cam., dante pro Cam. heremo, sol. centum den. Pis., quos solvere tenebatur, ut firmiter asserebat, pro procuratione Sinibaldi card., nec ipsos den. aliunde ita commode poterat habere, pro quo pretio dicta abbatissa, de consensu dictarum sororum suarum monacharum et fratrum suorum predictorum conversorum, dedit, tradidit, vendidit atque in eternum concessit dicto Palmerio, recipienti pro Cam. heremo, duas petias terre pos. in terratorio Bucene, prima quarum u. d. ad Prata: ab uno latere via, ab aliis lateribus omnibus terra dicti heremi; secunda u. d. ad Petrosam: ab uno latere terra prefate heremi, ab alio Mafei Pelati et Nepotis, a tertio Vaccutii, a quarto Petrigalli, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione; et si pluris pretii erant, totum inter vivos inrevocabiliter donavit. Pena: duplum. Act. in parlatorio dicte abbatie Prati veteris. Interfuerunt Adatus f. qd. Bonensegne caffazai, Salinbene f. qd. Alberti cellerarii et Iohannes Fante tt. Iulianus sacri pal. not. et F(ederici) Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XXIIII, n. 4. Mittarelli, IV, 314 cit.

1933. *Iesi, 9 Dicembre 1230.*

Riccardus Fanensis ep. et Anestasius abbas S. Paterniani Fanensis, iudices a summo pontifice delegati ad causam, questionem seu litem, q. est et fuit inter Severinum Hesinum ep. suosque predecessores coram se iam diutius motam, ex una parte, et Bencevennem sindicum heremi Cam., ex altera, super subiectione et iure episcopali ecclesiarum S. Marie de Serra, S. Iacobi de Heremita sive Mandriole et S. Georgii positarum in dioc. He-

sin.[1], cuius delegationis auctoritate citaverunt partem adversam. Partibus comparentibus coram se, in hunc modum sibi porrexere libellos: « Ego Bemcevenne sindicus Cam. heremi peto a vobis, domne R(iccarde) Dei gratia Fan. ep., domne abbas S. Paterniani et domne prior S. Stephani de Padule, iudicibus delegatis, nomine Cam. eccl. et prioris, ut compellatis domnum ep. Hesinum ut permittat domnum priorem Cam. libere et quiete possidere et habere eccl. S. Marie de Serra, eccl. Heremite et eccl. S. Georgii, sicut a longis retro temporibus possedit ipse et eius antecessores; item quod non molestet dictas domus in visitatione, correptione, institutione, reformatione et excomunicatione in decimis, populis, mortuariis vel in aliis quibuscumque, set omnia libere et quiete permittat domnum priorem possidere et fratres Cam., sicut in eorum privilegiis continetur et longo tempore possederunt; item compellatis dictum ep. ut absolvat omnes quos in preiuditium dictarum ecclesiarum excomunicavit et dampna restituat, q. nunc usque dicte domus ex hoc sustinuerunt. Ex adverso peto ego Matheus Drude sindicus, actor sive procurator Esini ep. a vobis, domne R(iccarde) Fan. ep., et coniudicibus vestris, ut adiudicetis dicto ep. in ecclesiis S. Marie de Serra, Heremite et S. Georgii Esin. dioc. institutionem, destitutionem, correptionem, visitationem, reformationem, obedientiam et demum omne ius episcopale et super dictis priori Cam. silentium inponatis, cum in eis nullum ius habeant vel habere possint »[2]. Demum lite coram se contestata et de veritate dicenda iuratum testibusque ab utraque parte receptis, licet non publicatis, utraque pars suis promisit stare mandatis, arbitrio seu laudo, ut apparet per manum Alberici not.[3] Unde visis et auditis eorum rationibus omnibusque sollemniter indagatis, habito quam plurimum sapientum consilio, renuntiantibus dictis episcopo et Bemcevenne rescriptis omnibus impetratis, pronuntiant arbitrando, moderando, diffiniendo pro bono pacis et concordie, de expresso consensu partium, sic amicabiliter inter eos, scilicet condemnantes dictum Bemcevennem sindicum Cam. dicto ep. et episcopatui Hesino in prestatione annue procurationis nomine predictarum ecclesiarum a singulis; verum ne dicte eccl. nimium in procuratione graventur, singule eccl. supradicte debeant et teneantur procurare dictum ep. singulis annis cum XII^{cim} personis et novem equitaturis tantum et non amplius; ex hac tamen visitatione ep. nullam possit exercere correctionem in priores, monachos vel conversos seu alias rectores dictarum ecclesiarum, et alias dicte eccl. non graventur omnino, honorifice tamen et cum sollemnitate pulsatis campanis recipiatur ep., cum propter hoc accesserit illuc. Preterea preci-

piunt et mandant quod singule eccl. supradicte prestent episcopis, q. pro tempore fuerint, pro consecratione sua, postquam redierint consecrati, XL sol. Rav. et Anc. monete tantum et non plus. Item condemnant eundem Bencevennem in quartam decimarum ex possessionibus tantum acquisitis a dictis ecclesiis a tempore sacri con(cilii) qd. b. m. Innocentii pp. tertii, pos. in episcopatu Hesino, et in quartam mortuariorum illorum, q. de episcopatu Hesino illuc tantum elegerint sepeliri. Item condemnant eundem Bemcevennem quod priores dictarum ecclesiarum vocati ad sinodum generalem ab episcopis Hesin., q. pro tempore fuerint, veniant, nisi fuerint impediti canonico impedimento. In omnibus aliis et ab omnibus aliis dictum Bemcevennem, nomine dicti prioris Cam. et dictarum ecclesiarum, ab impetitione dicti episcopi absolvunt; et preter predicta ep. q. pro tempore fuerit, vel alius pro eo, nihil ultra possit petere, exigere in dictis ecclesiis vel in earum prioribus, monachis vel conversis precipere vel mandare. Pena q. in dicto compromisso continetur. Hoc arbitrium lectum fuit a dictis episcopo et abbate et publicatum et a partibus laudatum, cum consensu eorum q. consentire debebant. Pronuntiatum Hesii, sub voltis S. Crucis. A. MCCXXX, tempore Gregorii pp. noni et Frederici imp., die nono intr. dec., ind. III[a]. In presentia Laurentii iud., Mattafellone, Phylippi Phylippi, Iacobi Albertuczii Mainardi, Andree eius fratris, Iacobi prioris S. Crucis, Mathei S. Crucis, Iacomelli Racterii, Bucci Actonis Sinati, Actonis cappellani ep. Hesini et Iacobi nepotis Fanensis ep. tt. Albericus not. constitutus a P., pp. totius Marchie legato.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il documento di cui al reg. n. 1963. Summaria, c. CLXXXXVIIII, n. 2. Mittaretti, IV, 312, cit. Cf. i regg. nn. 1848, 1931, 1941 e 1963.

[1] *Segue la bolla di Gregorio: cf. il reg. n. 1848.* [2] *Nell' orig. è usato il singolare.* [3] *Si copia il documento che leggesi al reg. n. 1931.*

1934. *(Territorio di Bologna), 21 Dicembre 1230.*

A. MCCXXX, tempore Federici imp., die undecimo ex. dec., ind. quarta[1]. Rainaldus nuntius qd. scolarium testamentum facit, sic incipiendo: « eccl. S. Petri pro restauratione decimarum tres libr. Bon. relinquo, et dari volo ospitali eiusdem eccl. duos sol. Bon. pro pane et vino emendo pro pauperibus; laborerio eiusdem eccl. duodecim Bon.; ospitali S. Stephani duodecim Bon. in pane pro pauperibus; ospitali S. Martini de Aposa duodecim Bon. in pane pro pauperibus; unicuique sacerdotum capellanorum Bon. sex Bon., et cantent missam pro anima mea; pro pulsandis campanis, id q. consuetum est dari, eccl. S. Iohannis in Monte decem sol. Bon.; pro refectione eccl. S. Victoris decem sol. Bon.; pro

refectione ponti novo de Reno tres sol. Bon.; eccl. S. Marie de Reno duodecim[2] Bon.; S. Marie de Rapone duos sol. Bon. pro missis cantandis; eccl. S. Fellici duodecim Bon.; S. Çervaxio duodecim Bon.; S. Salvatori duos sol. Bon.; S. Barbaçiano duo sol. Bon.; S. Malgarite duodecim Bon.; S. Proculo decem sol. Bon. pro refectione; infirmis eiusdem ospitalis tres sol. Bon. pro pane; S. Stephano quinque sol. Bon. pro refectione; S. Bartholomeo duo sol. Bon.; S. Vitali duodecim Bon.; S. Marie maiori duodecim Bon.; S. Columbano duodecim Bon.; S. Marie de Rocamadore sex Bon.; S. Gregorii duodecim Bon.; misellis duo sol. Bon.; ospitali Cruciferorum et infirmis eiusdem domus quinque sol. Bon.; ponti Ydicis duos sol. Bon.; S. Iacobo de Laureta sex Bon.; ospitali S. Iohannis de Ultramare duodecim Bon.; ospitali Templi eiusdem loci duodecim Bon.; eccl. S. Damiani domum meam, q. fuit Rainaldini Çoppi et quinque sol. Bon. in die obitus mei pro refectione, et scribant nomen meum in libro eorum et in festo s. Caterine faciant festum, q. facere consuevi, dando comedere quinque pauperibus pro anima mea; S. Marie de Porta Ravenata quinque sol. pro restauratione decimarum; S. Marie de Belecm quinque sol. Bon. pro refectione; eccl. S. Michaelis Lanbertaçiorum quinque sol. Bon. pro restauratione decimarum; presb. Ubaldo de S. Marino duodecim Bon.; eccl. S. Antonii de Savina et ponti eiusdem duodecim Bon.; societate[3] S. Crucis duodecim Bon.; S. Caterine de Muratellis duodecim Bon.; S. Trinitati de Mutina duos sol. Bon.; consortio S. Prosperi tres sol. Bon.; consortio S. Stephani quinque sol. Bon.; eccl. S. Bartholomei de Reno duodecim Bon.; eccl. S. Pauli de Ravone sex Bon. pro missis cantandis septem sacerdotibus, cuilibet quindecim sol. Bon., pro unaquaque edomada dicant unam missam ab obitu meo usque ad unum annum, et istos sacerdotes eligat presb. Bonamdus eccl. S. Marie Insolario, et sit ipse in illo numero, et scribant dies, qua dabuntur eis dictos den.[3]; item tres thonicas[3] dentur tribus mulieribus de S. Caterine; Ugolino Marçoli tres libr. Bon.; S. Marie de Mascarella unum vas vinarium decem corbarum; ospitali de Arcuveço duodecim Bon.; eccl. S. Michaelis de Bussco decem sol. Bon.; ospitali de Altopasso duodecim Bon.; ospitali Prato episcopi duodecim Bon.; Bernardino fratri meo vel eius heredi quadragintas[3] sol. Bon., et si litem[4] moveret eo quod plus peteret, non habeat tantum nisi decem sol. Bon.; Aldrevandino nepoti meo decem sol. Bon.; fratribus Minoribus decem corbas vini; Humiliatis tres corbas vini; monachabus S. Christine quadragintas[3] sol. Bon. pro laborerio dormentorii et vineam [me]am, quam habeo apud S. Iohannem in Triario, q. fuit filiorum Ysnardini de Rusticanis, q. est quatuor torn., ita tamen quod teneantur dare filie

mee Rumiole naturali victum et vestitum in vita sua; q. si non facerent, prior Cam. possit dictam vineam revocari ab omni persona. Item relinquo dicte Rumiole viginti sol. Bon. et unam cultram de lecto, quos den. volo quod prior Cam. teneatur ei dare annuatim, donec ipsa vixerit; Eremitis de Roncobonaldo vineam meam, quam habeo apud Montem Frasconem, et volo quod scribant diem obitus mei in libro eorum ad memoriam conservandam et faciant universarium in quolibet anno et dicant unam missam a die obitus mei usque ad annum in qualibet edomada; eccl. S. Marie de Claviga quinque sol. Bon.; item Agentine, q. fuit de Caurenno, ultra illas res, quas ei donavi sicut continetur in instrumento a Leone not. facto, quas ei confirmo et relinquo, et ei heredi volo tria vasa vinaria, unum duodecim corbarum, aliud quinque corbarum, aliud de sex corbis, et totum massaraticum meum, et omnes pannos, quibus utitur ad dorsum et ad lectum, et ligna q. tunc tempore essent in domo et, si non essent, relinquo ei tantum quod valeant quatuor curra lignorum de meis bonis, et duodecim corbas frumenti et melliorem vaccam de illis, quas habeo apud S. Stephanum in Quaterno, et duodecim libr. olei de vinea, quam relinquo eccl. de Cam., omni anno donec ipsa vixerit, si fuisset, et usufructum sex torn. terre mee pos. in Arçelata in l. q. d. Durbecco, q. fuit Guiçardi de Cocca, donec vixerit, quas peçias debet[3] esse sex torn. et dim.; et post mortem Agentine volo quod tota predicta peçia terre perveniat eccl. S. Marie de Cam. et, si dicta Agentina a secunda vota transierit, predictos usufructus dictarum terrarum sex torn. et dim. ei aufero, et habeat tunc eccl. S. Marie de Cam.; item relinquo Gerardino unam peçiolam terre, quam habeo cum eo pro indiviso, et relinquo clericis et domnabus S. Catherine quatuor libr. Bon. pro pane et piscibus et duas corbas vini pro refectione, et in die obitus mei volo quod scribant in libro eorum nomen meum ad memoriam conservandam et dicant unam missam pro anima mea in qualibet septimana a die obitus mei usque ad unum annum; item plebi S. Çeorçii relinquo peçiam unam terre pos. in Guardata S. Çeorçii in l. q. d. Guardata de Munçoni, q. fuit Petri Iohannis Pignolotti, ut eam habeat eccl. pro luminaria, q. peçia debet esse duas torn. et pro duabus torn. fuit mihi vendita; item eccl. S. Nicholai fratrum Predicatorum relinquo quadraginta duas libr. Bon. ultra quinquaginta octo libr. Bon., quos[3] iam solvi et dedi, de viginti quarum volo quod emantur duo calices de argento, reliquas habeant pro refectione, et scribant in libro eorum dies obitus mei ad memoriam conservandam et cantent[5] unam missam qualibet die usque ad annum post obitum meum et faciant universarium singulis annis; item sepulturam

meam elligo apud S. Nicholaum et decem libr. Bon., et volo quod expendantur a conmissaris[3] meis circa funus, sepulturam meam et aliis quibus expedierint pro anima mea. Conmissarios meos constituo et esse volo presb. Bonamdum S. Marie in Solario et Albertum camararium S. Catherine et Bonamventuram nepotem meum et Englentina, quibus do et concedo plenam et liberam potestatem et licentiam vendendi vineam meam de Barbiano et de aliis meis bonis in tanta quantitate, quod dicta legata omnia prestari possint; et si omnes adesse non possent vel nollent, volo quod Albertus et Bonaventura ad hec facienda teneantur ad eorum voluntatem et arbitrium sine contradictione aliorum, et prohybeo quod divisionem inter se facere non possint in solvendo dicta legata, et predicta legata volo quod solvantur hinc ad tres annos post obitum meum. Eccl. S. Marie de Guardia relinquo duas torn. terre, q. sunt pos. in curia sive districtu Arçelate, quas emi a Levaldino f. qd. Tollomei de Arçelata; item eccl. S. Marie Madalane de canale Marmorio duas torn. terre pos. in Guardata Arçelate in l. q. d. Durbecco, quas emi a Çanello f. qd. Alberti de Arçelata; item relinquo eccl. de Ronçano duas torn. terre et undecim tab., quas emi a Dominico et Iacobino germanos[3] ff. qd. Petro Çini de Ivenço; item eccl. S. Agnetis de S. Maria in Monte relinquo unam torn. et dim. pos. in Guardata Arçelate, quam emi a Paganino; item Iacobo nepoti meo tres torn. terre arat. pos. in Guardata Arçelate, quas emi ab Alberto de Bonçangni de Arçelata; eccl. S. Catherine de Quarto quinque torn. et quartam partem alterius pos. in Guardia Arçelate, quas emi a Çanbono Gumbureto de Arçelata; item Bonaventuram nepotem meum f. qd. Turpini tres torn. terre mee pos. in curia Arçelate, quam emi ab Alberto[6] Gregorii de Arçelata; item relinquo dicto Bonaventura duas torn. terre me(e) vineate de Cam. in l. q. d. Farnito et alias quatuor torn. eccl. de Cam.; item presb. Bonamdo meo conmissario tres libr. Bon. pro una cappa et tres corbas vini; item Alberto S. Caterine conmissario meo quadraginta sol. Bon. pro una cappa; item relinquo Marie famule mee quatuor pecudes, de quibus habet in socida cum genitrice sua; item, si alique alie peçie terre reperiantur quod non sint dimisse alicui, volo quod vendantur a conmissariis meis, de quibus solvantur dicta legata; in aliis meis omnibus mobilibus et immobilibus eccl. Cam. pos. in dioc. Bon. in l. q. d. Busco de Burellis mihi heredem instituo, et scribant in libro eorum nomen meum ad memoriam conservandam et faciant universarium meum in quolibet anno et ab obitu meo cantent unam missam usque ad annum in qualibet edomada, et prohybeo ne predicta eccl. Cam. petat falcidiam vel detrahat de legatis, q. supra continentur[7], quia

certus sum et scio modum patrimonii mei et bonorum meorum; omnia vera[3], q. supra relinquo, et computari volo tam pro anima mea quam pro anima benefactorum meorum et pro anima omnium eorum, a quibus habui et recepi vel abstuli, quod habere non debui et mihi licitum non fuit; et hec est mea ultima voluntas, q., si[8] non valet iure testamenti, volo quod valeat iure codicillorum vel iure cuiuslibet ultime voluntatis, reservans in meo arbitrio quod codicillum unum vel plures facere possim, cum mihi placuerit; si autem reperiatur aliquid aliud testamentum, q. de hinc retro fecissem, ipsum manere et vacuum esse volo, et istud solum valere volo ». Act. in domo « Ugonis pater Bonfilioli ». Testes: presb. Bonamdus eccl. S. Marie in Solario, presb. Bonensegna de S. Matheo, presb. Iohannes de S. Cathaldo, magister Manente de Corneclario, Iacobinus f. qd. Fredulfini de Gisso, Dominicus triculus gener Geraldi tintoris et Bonusfiliolus pistor frater Tavernelli. Bonifacius Henrici qd. imp. tabellio.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il doc. di cui al reg. n. 1972, che è un codicillo al presente testamento.

[1] *È usata l'ind. del settembre.* [2] *Nell'orig.* duocim [3] *Così nell'orig.* [4] *Nell'orig. sembra leggersi* site *con segno d'abbreviazione sul* te; *forse* si litem? [5] *Nell'orig.* cante *con segno d'abbreviazione.* [6] *Nell'orig.* Albo *con segno d'abbreviazione sulla* b [7] *L'orig. usa il singolare.* [8] *Nell'orig.* sit

1935. *Ravenna, 5 Gennaio 1231.*

A. MCCXXXI, tempore Gregorii pp. et Federici secundi imp., ind. quarta, in Ravenna, in domo archiep., die quinto intr. ien. Presentibus Rambotto can. Liviensi, presb. Iohanne cappella(no) dicti archiep., Riçardo de S. Petro in Ormentaria et aliis pluribus et Celino imperialis aule ac Liviensi not., Bencevenne ex parte ep. Castellani porrexit et dedit archiepiscopo litteras in hunc modum factas: T(ederico) archiep. Rav. Castellanus ep. pp. iud. delegatus. « Propter multitudinem nostri episcopatus negociorum, termino statuto a nobis, sindico vestro non potuimus interesse; verum quia mandatum domni pp. tenemur exequi fideliter et devote, auctoritate delegacionis qua fungimur, vobis cum reverencia, termino perhentorie precipiendo, mandamus quatinus per vos vel per suficientem vestrum responsalem coram nobis compareatis in octava Epyfanie Domini proxime venturum ad procedendum in causa q. vertitur inter vos, ex parte una, et priorem et fratres fratrum Cam., ex alia ». Quas litteras dictus archiep. benigne recepit. Celinus not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1936. *Città di Castello, 15 Gennaio 1231.*

« In nomine Domini amen. Super causa, q. vertebatur inter Cam., ex parte una, et archiep. Rav., ex altera, partibus coram nobis M(atheo) ep. Castellano, domni pape iud. delegato, venientibus, cum essemus pluribus negotiis arduis irretiti, q. nec poterant expediri nisi per presentiam nostram corporalem, gratiam facientes utrique parti, precipimus perhemptorie ut secunda feria secunde edomade quadragesime proxime venture veniant ante presentiam nostram sufficienter parati ad agendum et respondendum, salvis omnibus, q. dici poterunt ab altera partium vel partibus super expensis et aliis ». Act. in palatio episcopatus Castelli Civitatis, coram Pace not., Rogerio de Carciano, Bencivenne iud. et aliis pluribus presentibus tt. A. Domini MCCXXXI, XVIII kal. febr., ind. IIII. Ursus not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21 *dove però questa pergamena si registra in data* 1231, Febbraio 18. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1937. *10 Febbraio 1231.*

« Presb. Donatus de Serravalle per se suosque successores in perpetuum promisit, nomine sue eccl. Silvemunde, sindico Cam. pro dicta domo frumentum decimarum solvere retentum et solvendum. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, IIII° id. febr. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. LI, n. 4. Cf. il reg. seguente.

1938. *(10 Febbraio 1231).*

« Presb. Rusticus de Marciano, nomine sue eccl. et populi, in perpetuum et pro omnibus hominibus plebis de Partina et populi de Contra apud dictum castrum commorantibus promisit sindico Silvemunde etc. superioris tenoris. Sub eisdem annis et mensibus ».

Summaria, c. LI, n. 5. Cf. il reg. precedente.

1939. *Presso l' Eremo e Fontebuono, 14 Febbraio 1231.*

A. MCCXXX[1], ind. quarta, XVI kal. mar., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Mortuo Iohanne monacho Cam. sindico, procuratore, actore seu responsale suo constituto in questione seu causa, lite seu controversia, q. mota fuit ex parte heremi Cam. et mon. de Fontebono et sua, scilicet Guidonis prioris Cam., et capituli heremitarum et monachorum manentium in dictis locis, ex parte una, contra archiep. Rav. nomine Rav. eccl., ex altera, Guido prior Cam. cum fratribus suis heremitis inclusis, scilicet Iacobo, Renaldo, Lotteringo, Paulo, Henrigo, Gerardo, Iohanne et Symone, et exclusis, scilicet Ugone, Iohanne, Oddone, Donato, Iohanne, Rainerio, Iacobo, Ade, Iacobo, Dominico et Rainerio, et

fratribus commorantibus in mon. Fontisboni, videlicet Orlando vicario[2], Guidone, Petro, Guidone, Oddone, Gregorio, Accarisio, Michaele, Mainetto, Nicholao, Benedicto, Mauro, Benedicto[3] et Bruno, iterum facit Guidonem monachum Cam. suum procuratorem, actorem, sindicum seu responsalem suum pro Cam. eccl. coram ep. Castellano, Sedis apostolice delegato, in causa spoliationis et restitutione petenda de mon. S. Appolenaris Classi et rerum ipsius. Promittit habere rata q. ipse faciet de predictis. Act. apud heremum et apud Fontembonum, presentibus Vaccuccio f. Vaccarii et Gualterii olim Iohannis et Prove olim Rustikelli. Matheus imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Febbraio 14. *Copia che tien dietro, nella stessa pergamena, ai documenti di cui ai regg. nn. 1914, 1916 e 1928; nello Spoglio:* 1230, Maggio 21. *Mittarelli, IV, 319 cit., all'anno* 1231, *datato* die decima septima mar. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

[1] *È usato il computo fiorentino.* [2] *La copia aggiunge* (de voluntate) Basilii [3] *Questo nome manca nella copia.*

1940. *Ravenna, 28 Febbraio 1231.*

A. MCCXXXI, pridie kal. mar., ind. IIII, tempore Gregorii pp. et Fred(erici) imp., Raven(ne), in eccl. maiore. Presentibus magistro Petro clerico archiepiscopi Rav., Guidone de Peradella, Ugone, Petro Parolo et pluribus aliis clericis et laicis, Tedericus s. Rav. eccl. archiep., presentibus et expressim assensum et consensum prebentibus fratribus suis card. et cantoribus, scilicet Manzino prep., presb. Iohanne, presb. Alberto et magistro Stefano, presb. Arnolfo, presb. Bono, presb. Claro, Brando, Nichola, Gruamonte, magistro Guillelmo, compromisit ita quod omnes compromiserunt et promiserunt iterum compromittere, cum ex parte .. prioris, syndici et conventus Cam. totius in Orlandum vicarium et Iacobum heremitam Cam. et Benedictum rectorem Class. de omnibus litibus et controversiis, q. vertuntur inter dictum Ted(ericum) archiep., nomine Rav. eccl., ac suum syndicum, ex una parte, et dictos priorem et conventum Cam. ac suum syndicum, ex alia, super mon. Class. fuerit compromissum « ita quod ipsi tres simul et non duo vel unus, sine tertio discordante vel dissentiente, set omnes tres simul possint laudare, arbitrari et amicabiliter componere de assensu partium vel sine assensu de suprascriptis omnibus et aliis, q. ex eis emergere possent inter dictos domnum archiep. et conventum Cam. super restitutione mon. Class., quam prior et conventus iidem a domno archiep. et domnus archiep. ab ipsis super omnibus institutione, reformatione et aliis petebant, ita quod non possint ipsi arbitri seu amicabiles compositores inniti legi codicis de arbitris, q. dicit quod duo arbitri possint procedere sine tertio, et quod ipsi cum facto compro-

misso reddant nos certos pridie non. mar., scilicet die iovis proxima ventura, et ita similiter quod procurent cum ep. Castell(ano), cui causa commissa est, quod terminum datum in die Palmarum proroget vel relaxet, et de hoc in die suprascripta pridie non. mar. similiter reddant domnum archiep. certum ». Et hec omnia suprascripta promisit dictus archiep. cum suis fratribus attendere et observare, rata et firma habere et iterum compromittere, ut dictum est, secundum quod melius fieri poterit de iure, sub pena mille libr. Rav., procurato etiam per syndicum cause inite coram ep. Castell(ano) ut terminus prorogetur vel relaxetur. Iohannes s. Rav. eccl. ac sacri imperii not.

Originale. Summaria, c. CLXXXXVIII v., n. 3. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

1941. *1 Marzo (1231)*[1].

(A. MCCXXXI)[1], kal. mar., in presentia et testimonio Thome Goçonis, Autar[2] Petrucii, Amici Bonihominis, Attonis Coiroli, Benedicti de Severo, Ugonis de Florença, Barganiati Ugolini et Deu[....]onis[2] camerarii. Bencivenne sindicus Cam., iure et nomine Cam. eccl., promisit Matheo Drude sindico Esin. eccl., recipienti nomine dicte eccl., se facturum et curaturum ita hinc ad festum s. Georgii proxime quod prior et capitulum Cam., sicut in laudo exprimitur, consentient laudo et arbitrio lato per Fanensem ep. et abbatem S. Paterniani inter Hesinam eccl. et dictam eccl. Cam. super ecclesiis S. Marie de Serra, S. Iacobi de Heremita et S. Georgii, et consensum eorum assignabit dicto ep. in prefato termino, scriptum per manum publicam cum sigillo pendenti prioris et capituli predicti, et assignabit tunc similiter instrumentum sui sindacatus generale, sicut per dictum laudum et arbitrium assignare in kal. mar. tenebatur. Pena: sol. c marcharum, salvo in omnibus et per omnia laudo et arbitrio supradicto et specialiter in pena, pro eo quia dictus Bencivenne nec assignavit nec dedit instrumentum generale sui sindicatus in kal. mar., sicut in laudo continetur. Ex adverso Matheus, pro nomine Hesine eccl., promisit eadem dicto Bencivenni, sub eadem pena. [Act. in] palatio episcopatus[3].

Originale; sul verso della pergamena 1230, Dicembre 9, *di cui al reg. 1933. Cf. i regg. nn. 1848, 1931, 1933 e 1963.*

[1] *Nell'orig. non è indicato l'anno.* [2] *Nome d'incerta lettura, perchè evanito.* [3] *Manca la sottoscrizione notarile.*

1942. *15 Marzo 1231.*

« Nepoleone olim Giliotti et Ghiliottus olim Orlandi per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Bernardino castaldo

Cur(tis) veteris Cam. de Foiano, recipienti vice donni Guidonis prioris Cam., unam petiam terre pos. in curte Foian(i) ad Cellam novam, iuxta terram plebis et eccl. S. Marci et filios Tancredi, pro pretio libr. XLVI° et sol. XV. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, id. mar. Carta manu Bene not. ».

Summaria, c. CLXIIII v., n. 1.

1943. *Città di Castello, 15 Marzo 1231.*

Matheus ep. Castellanus, pp. iudex delegatus, dedit terminum perentorium Severo sindico Thederici archiep. s. Rav. eccl. ad secundam feriam post octavam dominice Resurrectionis proxime venture, precipiens ipsi Severo, sindico in presentia ipsius ep. constituto, ut secunda feria post octavam proxime Pasce compareat coram eo auditurus quid ipse ep. dixerit inter ipsum sindicum, ex parte una, et sindicum heremi Cam. et ipsos Camaldulenses, ex altera. Dat. in curia ep. predicti, a. MCCXXXI, die XV intr. mar., Federico imperante, ind. IIII, presentibus tt. Bencevenne archipresb., presb. Leone et Ranucio Petri Fondelli et aliis. Pax not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, i due documenti seguenti. Nello Spoglio: 1230, Maggio 21. *Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1944. *Città di Castello, 15 Marzo 1231.*

Guido sindicus et procurator prioris et conventus Cam., tam heremi quam Fontisboni, presentavit se coram Matheo ep. Castellano, Sedis apostolice delegato, dicens atque protestans se paratum videre probationes et testes partis archiep. Rav., si quas vel si quos sindicus archiep. produceret ad probandum exceptiones propositas a sindico archiep. memorato. Alioquin protestatus fuit expensas, quas fecit, in presenti termino et proximo precedenti. Act. in curia dicti ep., sub a. MCCXXXI, die XV intr. mar., Federico imperante, ind. IIII°, presentibus tt. Alberto legista, Arardo causidico et Guidone Magalotti. Pax not.

Originale. Tien dietro, nella stessa pergamena, al documento precedente e sta innanzi al seguente. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

1945. *Città di Castello, 15 Marzo 1231.*

Cum Severus sindicus et procurator Thed(erici) archiep. vellet, ut asserebat, producere testes coram ep. Castellano super exceptionibus propositis ab eo contra priorem et conventum Cam., Matheus ep. Castellanus, pp. iudex delegatus, quesivit a dicto Severo sindico utrum velit quod mittatur pro parte adversa et facere expensas nuntii ituri pro adversa parte. Ipse paratus est mit-

tere, et testes productos ab eo, presente parte adversa, si adfuerit, sicut iuris est, recipere. Act. in curia dicti ep., sub a. MCCXXXI, die XV intr. mar., Federico imperante, ind. IIII. Pax not.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, ai due documenti precedenti. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

1946. *Ravenna, 24 Marzo 1231.*

A. MCCXXXI, die VIII ex. mar., ind. IIII^ta^, in eccl. maiori Rav. Presentibus Aynardo, Gallo not., Maynerio, Pegolotto, Iohanne Ugonis Blanchi et aliis tt., Thed(ericus) suprascripte eccl. Rav. archiep., Iohannes archidiac. card., presbiteri Iohannes et Manaldus, Ugolinus et magister Bartholomeus diac., Iulianus et Stephanus subdiac. card., Manç(inus)[1] prep. cant., Petrus de Regio, presbiteri Arnulfus et Bonus, Nichola, Brandus, Gruamonte, magister Guilielmus et presb. Clarius cant. predicte eccl. Rav., omnes et singuli, constituerunt, fecerunt, ordinaverunt et creaverunt Severum servientem ipsius archiep. suum et eiusdem eccl. syndicum, actorem, procuratorem et nuntium specialem ad eligendos arbitros, compromittendum in eos et concordiam tractandam et perficiendam seu complendam sub ipsis arbitris cum syndico prioris et conventus eremi Cam. et Fontisboni super causa, q. vertitur inter ipsos et eccl. Rav., ex una parte, et dictos priorem et conventum eremi Cam. et Fontisboni, ex altera, super mon. Class. Artusius Dei gratia sacri imperii et Rav. tabellio.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Febbraio 14 *(reg. n. 1939), alla quale prima era cucita insieme colla pergamena 1231, Aprile 1, di cui al reg. seguente. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

[1] Manç *corretto da* Març

1947. *Città di Castello, 1 Aprile 1231.*

Guido sindicus et procurator prioris et fratrum Cam., tam heremi quam Fontisboni, ex parte una, et Severus sindicus ac procurator et actor T(ederici) archiep. et chori s. Rav. eccl., ex altera, comuni concordia et voluntate elegerunt Rolandum vicarium Cam. et Benedictum monachum Class. arbitros seu arbitratores et amicabiles compositores ac diffinitores super omni discordia, lite ac controversia, q. vertebatur vel verti posse sperabatur sive timebatur vel timetur inter prefatos archiep. et chorum s. Rav. eccl., ex parte una, et prefatum priorem ac fratres et sindicos earumdem partium super mon. ac rebus et pertinentiis S. Appolenaris in Classe quacumque occasione vel modo, compromittentes in eosdem vice et nomine partium prefatarum uterque sindicus ac

procurator, se ac suam partem obligando, quod observabunt et facient perpetuo et adimplebunt omnia et singula, q. per eosdem R(olandum) et B(enedictum) arbitrata, laudata sive amicabiliter fuerint diffinita atque composita super predictis et quolibet predictorum hinc ad proximas kal. maii, et prefatus Guido, se et dictum priorem ac fratres et eorum mon. et successores obligando, promisit dicto Severo sindico, recipienti vice et nomine dictorum archiep. et chori Rav. eccl., observaturum et facturum quicquid laudatum, diffinitum et amicabiliter compositum fuerit a predictis arbitris seu laudatoribus super predictis, die feriato vel non, partibus presentibus vel absentibus, vel una presente et altera absente, partibus requisitis vel non; alioquin promisit, nomine pene, c marchas argenti. Eodem modo dictus Severus, obligans se procuratorio nomine et archiep. eiusque successores et archiepiscopatum Rav. et chorum eiusdem eccl., promisit dicto Guidoni, recipienti procuratorio nomine pro iamdictis priore et fratribus Cam. et monasterio eorumdem, observare et facere quicquid laudatum *etc., come sopra.* Renuntiarunt ambo procuratores et sindici omnibus exceptionibus eis et utrique eorum et eorum partibus competentibus vel competituris, et nominatim quod non possint opponere quod ipsi arbitri sint monachi et quod in causa sua arbitrari sive laudare videantur et quod tantum duo sint arbitri, et omnibus aliis exceptionibus et iuris auxiliis, q. partibus vel alteri earum super predictis vel aliquo predictorum competerent. Item promisit idem Guido iamdicto Severo quod faciet hoc compromissum ratum haberi a priore iamdicto et fratribus supradictis, et faciet eos, si opus fuerit, consentire, et idem Severus promisit eidem Guidoni quod faciet ipsum archiep. et chorum memoratum consentire et ratum habere hunc contractum et compromissum. Act. in eccl. cathedrali de civitate Castelli, coram presb. Giraldo de S. Michaele, presb. Acto de Rignano, Guidone de Fractis, Iugno Palombelli, Bene iud. et Brando cant. Rav. eccl. tt. A. MCCXXXI, kal. apr., ind. quarta. Theodericus s. Rav. eccl. archiep. ss. Iohannes s. Rav. eccl. archidiac. ss. Presb. Iohannes card. ss. Presb. Monaldus card. ss. Hugolinus card. et diac. ss. Magister Bartholomeus diac. card. ss. Magister Stephanus subdiac. card. ss. Prep. Mançinus s. Rav. eccl. ss. Presb. Arnulfus cant. ss. Presb. Bonus cant. ss. Nicholaus subdiac. et cant. ss. Brandus subdiac. cant. ss. Gruamons subdiac. cant. ss. Magister Guillelmus diac. cant. ss. Presb. Clarius cant. ss. Ursus not.

Originale. Nello Spoglio: 1230, Febbraio 14 *(reg. n. 1939), giacchè prima era cucita a questa insieme colla pergamena 1231, Marzo 24, di cui al reg.*

precedente. Mittarelli, IV, App. 498, n. CCCVII, 2, ex tabulario marchionis Rangonii; *però il compromesso è qui sottoscritto da* Guido Cam. prior *e da trentadue Camaldolesi. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1948. *6 Aprile 1231.*

« Donnus Tedericus archiep. Rav. cum toto capitulo suo ratum et firmum habuit compromissum scriptum manu Ursi not. de Civitate Castellana factum inter donnum Guidonem sindicum et procuratorem archiepiscopi et chori eccl. Rav. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, VIII° id. apr. Carta manu Iohannis not. ».

Summaria, c. CLXXXXVIIII, n. 1. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

1949. *(Ravenna), 24 Aprile 1231.*

Rolandus vicarius Cam. et Benedictus monachus Class. arbitri seu arbitratores et amicabiles compositores, electi et absumti a Thed(erico) archiep. et choro eccl. Rav. et Severo syndico ipsius archiep. et chori eccl. Rav., ex parte una, et G(uidone) priore et fratribus Cam., ac Guidone monacho et syndico ipsorum Cam., ex altera, super lite ac differentia et discordia, q. vertebatur inter predictas partes seu verti poterat super mon. S. Apolenaris in Classe et eius pertinentiis, sicut patet per publicum instrumentum manu Ursi not. factum[1], et consensu utriusque partis aprobatum, ut concordia inter prefatas partes existat, arbitrantur, laudant atque amicabili compositione diffiniunt ut abbates, q. per tempora fuerint in mon. Class. ad regimen ipsius mon. absumti, circa principium sui regiminis iurent archiepiscopo Rav. vel choro eiusdem eccl., quando archiepiscopatus vacaret pastore, et priori Cam. vel eius vicario non vendere nec distraere aut donare terras, possessiones vel bona immobilia ipsius mon. vel aliquo modo dominium ipsarum rerum in aliquem vel aliquos alienare sine licentia dictorum archiepiscopi vel chori, quando sedes archiepiscopalis vacaret, et prioris Cam. vel eius vicarii, ut dictum est. Item ut predicti abbates cum fratribus eiusdem mon., q. per tempora fuerint in dicto mon. Class., annuatim in festo omnium sanctorum dent et solvant perpetuo pro predicto mon. dicto archiep. Rav. et eius successoribus vel eorum nuntiis c sol. monete Rav. nunc currentis pro una refectione, propter quod dictus archiep. et sui successores perpetuo teneantur dicto priori Cam. et eius successoribus et abbatibus, q. per tempora fuerint in dicto mon. Class., et ipsi mon. Class. dare consilium et auxilium in negotiis ipsius mon., sed non contra priorem Cam., vel eius successores. Item quod dictus prior Cam. ordinet mon. Class. de abbate, hac vice de persona tantum, quam voluerit archiep.; ita tamen quod ex hac ordinatione, cum voluntate archiepiscopi facienda, hac vice tantum, in posterum

preiudicium non generetur super ordinatione dicti mon. priori Cam. vel eius successoribus, salvo privilegio facto inter eccl. Rav. et eccl. Cam. super mon. Class. et eius pertinentiis, conventione et pactione atque contractu olim habito seu facto inter dictum mon. Class., ex una parte, et cardinales et cantores Rav., ex altera, super obsequio prandii in festo s. Vincentii et reverentie et honoris in suo robore et firmitate nichilominus duraturis. Item quod archiep. Rav. priori Cam. et fratribus suis dictum mon. Class. cum omnibus iuribus suis et rationibus libere restituat et dimittat. Item quod prior Cam. procuret bona fide et det operam ut ea q. Phylippus qd. abbas suprascripti mon. et eius socii de dicto mon. asportarunt vel asportari fecerunt, eidem mon. Class. restituantur. Sub pena in compromisso adiecta et sicut in ipso compromisso, manu suprascripti Ursi not. scripto [1], continetur. Latum et pronuntiatum hoc arbitrium in palatio archiepiscopi Rav., presente ipso Thed(erico) archiep. Rav. et presentibus Iohanne archidiac., Mançino prep., presb. Alberto card. suprascripte eccl. Rav., Iohanne de Bona et Bonfilio de Guiççolis iudicibus, Lanbardano, Liuço de Rovore, Rigone Ursiolo, Iohanne Guiççoli, Blasio Iohannis Çalandonis, Roboano et multis aliis tt. A. MCCXXXI, die VII ex. apr., ind. quarta. Artusius Dei gratia sacri imperii et Rav. tabellio.

Originale. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione. Mittarelli, IV, 319 e segg.

[1] *Cf. il reg. n. 1947.*

1950. *Ravenna, 29 Aprile 1231.*

A. MCCXXXI, tempore Gregorii pp. et Fred(erici) imp., die secundo ex. apr., ind. quarta, Raven(ne), in palatio archiepiscopatus. In presentia presb. Arnulfi et Gruamontis cant. Rav., (presentibus) Aiuto, Çafarano et aliis, Tedericus s. Rav. eccl. archiep. dixit sibi placere et suam voluntatem esse quod Benedictus monachus Class. tantum assumatur et ordinetur in abb. mon. Class., et super hoc facto commisit vices suas Mançino prep. et presb. Alberto card. Rav., ut faciant et procurent cum .. priore Cam. et aliis quod Benedictus sit abbas illius mon. et non alius. Gallus s. Rav. eccl. not., mandato suprascripti archiepiscopi, ss. et publicavit.

Copia sincrona di Çerbinus imperii sacri not. *Tien dietro, nella stessa pergamena, al documento seguente. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.*

1951. *(Ravenna), 30 Aprile 1231.*

A. MCCXXXI, die mercurii ultimo apr., ind. quarta, in capitulo mon. S. Apolenaris in Classe. Guido prior Cam., volens

ordinare predictum mon. Class. de abbate, fecit inquisitionem de voluntate monachorum mon. memorati, querens a Benedicto quis placeret ei et quem vellet pro abbate; q. respondit quod placebat sibi et volebat abb. de Vangadiçça. Similiter querens ab aliis omnibus et singulis, scilicet a Petro, Andree, Leonardo, Gualterio, Iacobo, Bono, Iohanne, Fino, Agustino, Gregorio, fratribus Henrico, Gualterio, Iohanne et Ugolino quis eis placeret et quem vellent in abb., ipsi omnes singulariter singuli responderunt quod eis placebat et volebant Benedictum monachum Class. in abb. et rectorem, et in continenti, facta inquisitione predicta, in eodem capitulo, presentibus Mançino prep., presb. Alberto card. eccl. Rav., Rodulfo abb. S. Severi, .. abb. Insule, magistro Petro camerario archiep. Rav. et aliis, monachi omnes prescripti confessi fuerunt coram predicto priore se esse monachos et professos eiusdem prioris et conventus Cam. Quos omnes et singulos dictus prior absolvit ab omni excomunicatione, qua essent modo aliquo innodati occasione alicuius transgressionis, et continuo hiis peractis et votis fratrum omnium et singulorum requisitis, iusta quod superius est expressum, de consensu et voluntate fratrum omnium predictorum, elegit Benedictum monachum Class. in abb., rectorem et pastorem dicti mon. S. Apolenaris in Classe. Postmodum in continenti, in eodem capitulo, predictis personis et aliis multis clericis et laicis presentibus, dictus prior iterum predictum Benedictum elegit publice cum solemnitate, recipiens ipsum et ducens in eccl. supradictam B. Apolenaris, cantando « Te Deum laudamus » voce sonora, et tam ipse prior quam dicti Mançinus) prep. et presb. Albertus card., vices archiepiscopi Rav. in hac parte gerentes, ipsum Benedictum posuerunt in sedem abbatis, q. est in eadem eccl. constituta, dicens idem prior, finito « Te Deum laudamus »: « Ego confirmo ipsum in abb., pastorem et rectorem dicti mon. S. Apolenaris »; et postea duxit eum ante altare b. Apolenaris et ipso in terra prostrato, idem prior dixit super eum orationem, aspergens in eum aquam sanctam et sibi odorandum dedit incensum; et continuo extraxit ipsum de eccl., duxit eum in capitulum supradictum, et ipso ad manus et osculum pacis recepto, fecit sibi dari librum regule s. Benedicti et claves domus et ipsum librum et claves dedit dicto abbati, dicens: « Ego committo, concedo et confirmo tibi integram et plenam potestatem et administrationem in omnibus spiritualibus et temporalibus rebus in dicto mon. et omnibus pertinentiis suis », et in meritum dicte administrationis dictus Benedictus abbas promisit dicto priori obedientiam et reverentiam, et omnibus suis catholicis successoribus, et omnes monachos et conversos ipsius mon. similiter ad manus et obscu-

lum pacis recepit, precipiens eis, in virtute Spiritus sancti et per obedientiam qua tenentur eidem, quod dicto Benedicto abbati in omnibus obediant et intendant sicut suo abbati et sicut facere tenentur priori eidem; qui monachi omnes pariter et conversi, venientes cum reverentia obedienter, singuli obsculati fuerunt manum eiusdem abbatis et pacis obsculum receperunt ab ipso. Qui abbas de manibus suis restituit claves hiis, q. dicte domus officia receperant ab eodem; preterea dictus abbas, tactis sacrosanctis evangeliis corporaliter, iuravit poss(essiones) dicti mon. non vendere nec donare nec distraere nec dominium alienare sine licentia archiepiscopi Rav. et prioris Cam., sicut continetur in arbitrio inter eos lato, scripto per manum Artusii not.[1]. Et dicti prepositus et presb. Albertus, auctoritate sibi ab archiep. predicto commissa, dicto abbate pos. in sede, sicut dictum est, solemniter post multa verba interposita restituerunt coram omnibus supradictis dicto priori predictum mon. Class. cum omnibus pertinentiis suis, et ipse prior eamdem restitutionem recepit. Çerbinus imperii sacri not.

Originale. Sta innanzi, nella stessa pergamena, al documento precedente. Mittarelli, IV, 321 cit. Cf. il reg. n. 1904 e sua annotazione.

[1] *Cf. il reg. n. 1949.*

1952. *Montedoglio, 2 Maggio 1231.*

A. MCCXXXI, VI non. mad., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. IIII^{a}, ad Dollium ante domum Ubaldini eiusdem loci. In presentia et testimonio de Buccaricca de Montedolio, Barfoli olim Canducii, Martini olim Iohannis de la Motana et Ubaldini de Dolio tt., Asta de Montedolio olim Maginardi f. et Ymilia dicti Aste uxor, consensu dicti Aste viri sui et mundualdi, et Iohannes dicti Aste f. omnes insimul cesserunt, concesserunt, mandaverunt, transegerunt, refutaverunt et penitus renuntiaverunt et per pactum de cetero non petendo remiserunt et fecerunt Rigolo converso Cam. et castaldo de la Motena, recipienti pro priore Cam. et suis successoribus in perpetuum, omne ius et actionem et omnem rationem et persecutionem, quod et quam ipsi habebant vel habere videbantur in tenimentis de Çanni de Liorleriis et petii et tenimento olim Laurentii pos. in lo Colle et ubicumque de dictis tenimentis reperitur cum fructibus eorum. Confessi sunt meritum secundum legem recepisse et habuisse, tres libr. Pis. et V operas boum et unam macinam et alias res, et unum star. frumenti pro V sol. et unum star. fabarum pro IIII sol. Pena: X libr. den. Pis. Guido imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. CXXIIII v., n. 2.

1953. *Arezzo, 8 Maggio 1231.*

A. MCCXXXI, pp. Gregorio residente, Fed(erico) imperante, VIII id. maii, ind. IIII^a^. Marcus de Foiano f. olim Talami de Oliveto simpliciter inter vivos et inrevocabiliter donavit, dedit et tra(didit) et con(cessit) et obtulit Deo et heremo Cam. et domui de Corteveckia de plano Aritii et Berardino castaldo dicte domus Curtisveckie, recipienti nomine heremi Cam. et domus de Curteveckia in infinitum, omnia sua bona mobilia et immobilia, et presentia et futura, et iura et actiones, ubicumque erant et inveniri possent, cum omnibus eorum iuribus, exceptis mobilibus, scilicet uno scrineo, denariis et pannis et lecto, q. uxor sua Adalascia habebat, et exceptis his, q. donavit ista die presenti, quibusdam de quibus apparent carte scripte manu Bene not. Pena: L libr. den. Pis.; recepto ab eo merito secundum legem, scilicet quod ipse et successores debeant eidem Marco et Adalascie uxori dare in vita eorum, in sanitate et infirmitate, victum et vestitum et omnia alia eis necessaria. Act. in civitate Ar(etina), in capitulo eccl. S. Michaelis. Testes: Sollicitus prior eccl. S. Michaelis, Godentius et Ildibrandinus conversi dicte eccl. S. Michaelis, Matheus f. Burnetti, Foiallus olim Bernardi et Loteringus Porcorum. Rickinorus not. f. Bene not., sicut invenit in autentica abreviatura manu Bene not.

Originale. Summaria, c. CLXIIII v., n. 2, data come carta manu Bene not.

1954. *14 Maggio 1231.*

« Nepoleone olim Sarraceni de Castellione Aret. per se suosque heredes in perpetuum dedit, causa permutationis, donno Leonardo priori mon. S. Quirici VIII petias terrarum pos. in territorio Fracte Guineldi: quarum prima est pos. iuxta dictum mon. et viam in capite et Benedictum; secunda est pos. iuxta vineam Orlandi Soffredi et terram dicti mon. et Negoçantem et Baldirarium; tercia est pos. iuxta rivum in l. d. Colle et terram dicti mon. et Savinum; quarta est pos. ibidem, iuxta dictam terram et terram predicti mon. in capite; quinta petia est pos. ad rivum, iuxta terram dicti mon. et Caçaguerram et Orlandum de Orna et rivum; VI^a^ est iuxta dictum mon. et rivum et Orlandinum de Melliore et eius fratrem et viam; due sequentes petie sunt pos. in l. d. Colle: prima est iuxta Orlandum Soffredi et Raynaldum olim Veçerii et viam in pede, secunda est pos. ibidem iuxta dictum mon. et Beçolinum et Gratianum et dictum Raynaldum. Pro qua permutatione predictus Nepoleone recepit a predicto priore duas petias terre pos. in Fracta Guineldi in S. Teuço: quarum prima

est pos. iuxta Nepoleonem et viam, secunda est pos. iuxta terram dicti Nepoleonis et Cellii et Arnolfi et eius fratris; item den. IIII^{or}, quos Bencivenne olim Bonacolti annuatim mon. S. Quirici in festo s. Iohannis reddebat uno anno, et spallam I porci alio anno reddendam. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, die XIIII° mensis maii. Carta manu Amadei not. ».

Summaria, c. CLXXV v., n. 4.

1955. *Bologna, 8 Giugno 1231.*

A. MCCXXXI, die octavo intr. iun., ind. quarta, in Bon(onia), in domo magistri Tancredi. Çagni f. qd. Albertini de Baçano de strata S. Vitalis vendit et tradit Ioseppo priori S. Marie de Cam., recipienti nomine et vice dicte eccl., quatuor torn. terre aratorie pos. « inter Villanova et Marano in l. q. d. Çançarella », cum omni iure et ratione ipsius rei, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in viam publicam. Confines: a sero et de subtus dicta eccl. S. Marie, a mane via publica. Pro pretio decem libr. Bon. pro qualibet torn., q. pretium capit in summa quadraginta libr. Bon., solutum de den. societatis scolarium ultramontis, tempore Roberti de Stanforte, Iohannis Petri, magistri Guilielmi de Monte Desiderii, magistri Çofredi Danger, Tebaldi de Pomorio et magistri Petri de Feria prepositorum dicte societatis. Pena: duplum. Item promisit quod faciet renuntiare omnes q. ius aliquod haberent in dicta terra, sub predicta pena; item quod dicta terra non est alicui vel aliquibus obligata aliqua occasione et, si esset, promisit quod faciet eum vel eos consentire dicte venditioni et renuntiare omni iuri, q. in ea haberent, sub predicta pena. De qua pecunia magister Guilielmus de Castro Lentonis solvit duodecim libr. Bon. nomine magistri Roberti Cornuti qd. prep. dicte societatis, presentibus Bonavintura Guidonis de Savignano, Nicolao fratre Viviani bannitoris, Guidotto Ubertini de Munçorgi, Rodulfino de Plancalduli, Iohanne de Monte Desiderio, Benenpara de Sena tt. Petriçolus Boni Iohannis not.

Originale.

1956. *22 Giugno 1231.*

« Compagnus et Orlandinus f. olim Torpini de Reginopol(is) fecerunt finem et perpetuam reffutationem Palmerio converso Cam., recipienti pro dicta heremo, de omnibus et singulis, q. petere poterant a domo Cam. Insuper, pro remedio animarum suarum, donaverunt eidem converso irrevocabiliter inter vivos pro eadem domo omnia sua iura et actiones, que et quas habebant in

quodam prato pos. in Partina l. d. Cortina, cui a tribus lateribus est terra Cam. heremi, ab alio silva, pro pretio libr. III. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, die X° kal. iul. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XVIII, n. 5.

1957. *Raginopoli, 22 Giugno 1231.*

A. MCCXXXI, ind. IIII, die X kal. iul. Datus f. qd. [Dadei, pro se][1] et Filippo fratre suo, pro remedio anime sue suorumque parentum, ex causa donationis, pure et simpliciter [inter vivos][1] dedit, tradidit atque in perpetuum concessit Palmerio converso Cam., recipienti [pro Cam. heremo][1], den. unum, q. annuatim recipere debebat a Cam. domo in prato, q. dicitur [Pratum S. Andree, et totum suum ius, q.][1] habebant vel habere debebant in dicto prato pro dicto den. vel eius occasione. Pena: duplum. Act. in eccl. de Roziropuli. Interfuerunt presb. Martinus rector eiusdem loci, Renoardus de Faba [.....], Wuidus tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XVIII v., n. 1.

[1] *Le lacune sono riempite secondo i Summaria e la notitia scritta sul verso della pergamena.*

1958. *Sparena, 23 Luglio 1231.*

A. MCCXXXI, ind. quarta, decimo kal. aug., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Vallinus qd. Rustikelli et ff. sui, scilicet Bentivollius, Collus et Iohanninus, consentiente patre filiis, pro anima sua et parentum suorum, dederunt, tradiderunt et concesserunt Marino vicecomiti Cam., pro dicta domo recipienti, suisque successoribus in perpetuum quandam petiam terre pos. in Casale: ab omnibus lateribus terra Cam., cum omni iure et actione. Pena: sol. centum Pis. Act. Sparene, in testimonio presb. Boninsegne de Pretale et Rustikelli de Moiona. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XXXIII, n. 4.

1959. *Monastero di S. Pietro in Mucchio, 28 Luglio 1231.*

Orlandus vicarius Cam. et Phylipus S. Zenonis de Pisis abbas, licet indigni visitatores et correctores constituti a priore Cam. in capitulo generali super quibusdam monasteriis ordinis Cam., accesserunt ad mon. S. Petri de Muchio, volentes visitationis officium adimplere, et ut rei veritas sibi plenius patefieret, priorem eiusdem loci eiusque fratres, monacos et conversos fecerunt iurare dicere veritatem de his omnibus undecumque fuerint interrogati. Maurus prior et rector eiusdem loci, Marinus q.,

cum sit senex et multum infirmus et vir bone fame, non iuravit, Pallia conversus, Martinellus conversus, Dietisalvi conversus, Ceppus conversus interrogati sunt. Act. in eccl. eiusdem mon. extra chorum. A. MCCXXXI, ind. IIII, V kal. aug. Macoczzus sacri imperii not.

Originale.

1960. *29 Luglio 1231.*

« Ugolinus olim Raynucii Petri Fantini et frater olim Bonosti per se suosque heredes in perpetuum dedit donno Basilio vicecomiti et sindico Cam., recipienti vice Cam. heremi, tenutam corporalem et possessionem VII petiarum terre, q. pos. sunt in plano civitatis Aret. prope civitatem et iuxta Benintendi vituralem et iuxta terram hominum de Marcena et iuxta Tavianum. Item supradictus Ugolinus dedit supradicto donno Basilio septem domorum tenutam et earum curcium et terreni ibi pos., q. res pos. sunt in Porta Fori Aret. civitatis iuxta murum veterem in capite et iuxta turrem donni Stephani et Ugolini predicti et Cam. heremi. Sub a. Donini M°CC°XXXI°, IIII° kal. aug. Carta manu Bene not. ».

Summaria, c. LXXXXIII, n. 2.

1961. *(Territorio Aretino), 8 Agosto 1231.*

A. MCCXXXI, Gregorio pp. residente, Frederico imperante, VI id. ag., ind. quarta. In presentia Ingi olim Ardicionis, Gerardi olim Berardi, Bonaiute Carnaioli de Aritio, Matheus Gianelli et Guiniçelli Corecti tt., Bruna uxor olim Iohannis Çaçi confessa fuit se recepisse et in veritate habuisse a Rigolo castaldo de Motena XXV libr. den. Pis. pro Guidone priore heremi Cam., quos dictus prior tenebatur dare eidem Brune pro pretio terreni seu poderis, q. ipsa vendidit dicto priori et suo mon., pos. in curte de Castillione de Cam. et in pleberio de Miciano, ut continetur in carta facta manu Bonavere not. infrascripti; et si quod ius habebat versus dictum priorem et sua bona vel versus Benguarnitum, suam recoltam, nomine vel occasione pene et dampnorum et expensarum, in totum sibi et suis successoribus refutavit et per pactum de cetero non petendo dimisit. Insuper absolvit dictum priorem et successores et bona sui mon. et Benguarnitum, suam recoltam et suos heredes ab omnibus promissionibus et obligationibus, quas ipsi fecerant ei occasione et nomine dictarum rerum, et promisit per stipulationem per se et suos heredes Rigolo castaldo de Motena, recipiendo nomine dicti prioris et suorum successorum et pro se, de cetero non petere ab eo nec a suis succes-

soribus nec a dicto Benguarnito nec a suis heredibus nec a dicto castaldo nec ab aliqua persona pro eo aliquid de predictis den., ullo modo vel causa, nec in totum nec indiviso, et quod non dedit nec fecit, nec in antea dabit vel faciet aliquid huic contractui nociturum. Pena: duplum. Act. in domo Ingi Ardicionis. Bonavere not.

Originale.

1962. *12 Settembre 1231.*

« Sinibaldus olim Ugheti de S. Agatha, q. postea vocatus est Anastarius, pro remedio anime sue donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Guidoni priori Cam. omnes suas possessiones, res et bona pos. in S. Agatha et eius curia et in Paritificiole et in Penna et in Billis et in Podiale et eorum curiis et districtibus et in comitatu Feretrano et Bobiensi seu alibi cum eorum iure et actione, et optulit se predicto priori et mon. Cam. pro monacho, et promisit obedientiam priori predicto secundum regulam s. Benedicti et consuetudinem Cam. ordinis. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, die XII^a mensis sept. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. CLXXXXI, n. 1. Mittarelli, IV, 322 cit.

1963. *Iesi, 1 Ottobre 1231.*

A. MCCXXXI, kal. oct., ind. IIII^a, tempore Gregorii pp. VIIII et Friderici Romanorum imp. secundi. Severinus Esinus ep. totum compromissum, laudum et arbitrium supradictum, fecit legi cum diligentia coram Thoma, Montanario, Ermanno, Bartholo, magistro Crescentio et Silvestro canonicis Esinis, q. omnes expresse dictum compromissum, laudum et arbitrium approbaverunt et laudaverunt, et omnibus, q. in ipso compromisso, laudo et arbitrio continentur, in omnibus et per omnia consenserunt. Act. in civitate Esina, in eccl. cathedrali, scilicet in episcopatu. In presentia Attonis capellani ep. dicti, Attonis sacriste et not. tt. Mattafellone tabellio.

Originale. Tien dietro, nella stessa pergamena, al documento di cui al reg. n. 1933. Summaria, c. CLXXXXVIIII, n. 3. Mittarelli, IV, 312 cit. Cf. i regg. nn. 1848, 1931, 1933 e 1941.

1964. *Foiano, 9 Ottobre 1231.*

A. MCCXXXI, ind. IIII, Friderico imperante imp., VII id. oct. Iohannettus Parençine vendit, tradit, dat, transfert atque inrevocabiliter concedit Bernardino castaldo de Cortevechia, reci-

pienti nomine eccl. de Cam. et Guidonis eiusdem loci prioris suorumque successorum, unam petiam terre vineatam et unam devineatam, idest non vineatam, cum omnibus earum finibus, pertinentiis, sit. in curte Foiani, quarum una, scilicet petia vineata, ad Sanmarco: ei undique Cam.; alia petia in eodem loco: ab uno latere Marianus de Cavalletti, ex alio et a pede Cam. et a capite via, et insuper omne ius et actionem. Confitetur iustum pretium recepisse, scilicet x libr. den. Pis., et si quid plus valet, ei simpliciter inter vivos donat pro legis merito accepto. Pena: duplum. Act. ad Guanciales, ante portam castri Foiani, scilicet portam de Mercatale. Testes: Gilius Pauli, Tieço Vivoli, Ugo Abbatis et Bernardinus Sabatine. Baldirarius not.

Originale. Summaria, c. CLXIIII v., n. 4, datato a. Domini M°CC°XXI°, VII° id. oct.

1965. *13 Ottobre 1231.*

« Bernardus olim Guiçi de Plano Mercurio per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit donno Guidoni priori Cam. omnia servitia, q. fecerunt Guido Çungi et Iohannes de Albania sibi et suis heredibus et eius antecessoribus pro tenimentis, q. tenebant in territorio Foropopuliensi et plebe S. Martini in Alpibus ab eo et antecessoribus suis, videlicet annuatim unam spallam et unum par focaciarum in Nativitate Domini et star. II grani et star. II annone, de mense sept. pro singulis, reservata sibi predictorum hominum proprietate et aliis servitiis. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, die XIII^a mensis oct. Carta manu Iohannis not. ».

Summaria, c. CLXXXXI, n. 2.

1966. *Camaldoli, 20 Ottobre 1231.*

A. MCCXXXI, die XIII kal. nov., ind. quarta. Guido prior Cam., cum consensu fratrum suorum, tam heremi quam Fontisboni, scilicet Pauli, Iohannis, Henrici, Lotaringi [1], Rainaldi et Iacobi fratrum inclusorum, nec non et Ugonis, Iacobi, Rainerii, Odonis, Iohannis, Bonacursi et Rainerii fratrum heremitarum et Michaelis, Philippi, Odonis, Gregorii, Benedicti, Mauri, Agustini, Nicolai et Benedicti fratrum Fontisboni, fecit et constituit seu creavit suum syndicum et procuratorem Benedictum monachum Cam. in causa, quam habet vel sperat habere cum Henrico olim priore S. Margarite coram abbatibus S. Marie de Florentia et de Aconeo Vult. dioc., pp. iudicibus delegatis, et coram Pilio plebano de Aliegre eorum subdelegato, et coram alio quolibet iud. delegato vel subdelegato seu ordinario, eo vero modo ut possit

agere et experire, se defendere et tueri, excipere et replicare et, si ei placuerit, appellare, testes inducere et reprobare, sententiam et sententias audire et omnia et singula agere et facere, q. verus sindicus facere potest, et promiserunt, tam dictus prior Cam. quam omnes et singuli fratres predicti, quod quicquid inde fecerit omni tempore ratum habebunt et retinebunt inconcussum. Act. Cam. Interfuerunt apud heremum Albertinus de Blanca et Pandegranus de Moiona, et apud Fontembonum Aldebrandinus Guerrucii et Thokie de Serravalle tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale.

[1] *Segue, espunto, il nome* Simonis

1967. *(Castel de' Britti), 22 Ottobre 1231.*

A. MCCXXXI, ind. quarta, die decimo ex. oct. Inquisitiones visitatorum locorum omnium Romaniole ordinis Cam. Ugiçionis abb. mon. Insulani et Iohannis heremite heremi Cam. super domo et personis et rebus omnibus mon. S. Micaelis de Castro Britonum, Bon. dioc. Ugiçio abbas dicti mon., presb. Aitarius de S. Laurentio in Maglano, presb. Guido de S. Iohanne in Insula, presb. Iacobus de S. Apolenaro, Guido Camançare, Beneincasa, Recordatus, Petrus Remonensis, Bonifatius, Bonagratia, frater Calvus[1], Guido de Burgo, Liardinus interrogati sunt. Rambertinus de Oçiano sacri imperii not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

[1] *Nell'orig.* Calvus *con segno d'abbreviazione sulla* u

1968. *(Castel de' Britti), 22 Ottobre 1231.*

A. MCCXXXI, ind. quarta, die decimo ex. oct. Inquisitiones visitatorum locorum omnium Romaniole ordinis Cam. Ugiçionis abb. mon. Insulani et Iohannis heremite heremi Cam. super domo et personis et rebus omnibus mon. S. Micaelis de Castro Britonum, Bon. dioc. Rodulfinus, Rodulfinus Tuscus, Dominicus de S. Dionisio, Albertus, Ugoçonellus, frater Tatobonus, Ribaldinus, Ugolinus de Lixano, presb. Iacobus, presb. Petrus de S. Iohanne in Fontana, Albertinus de Medicina, Olçanus conversus interrogati sunt. Rambertinus de Oçiano sacri imperii not.

Originale. Pergamena arrotolata dentro l'altra della stessa data : cf. il reg. precedente.

1969. *Borgo S. Sepolcro, 18 Novembre 1231.*

A. MCCXXXI, XIIII kal. dec., ind. IIII, Fred(erico) imperante. Semone et Guidottus ff. Guidonis Stephani de plebe Miciani renuntiant (et) refutant Rigolo castaldo de Motana, recipienti pro domo de Motana et pro Cam., omne ius et rationem, quod et quam habent et sibi pertinere possunt aliquo modo in quadam domo pos. in castro de Castilione, quam prenominatus Guido qd. pater habuit et tenuit, inter hos fines: ab una parte murus dicti castri, ab alia parte via, ab alia parte quedam domus de Cam. et ab alia parte terrenum Guilielmini de Aritio. Item renuntiant et refutant omne ius et rationem, quod et quam habent et sibi pertinere possunt in duabus petiis terre, quas prenominatus Guido pater habuit in advocabulo de Soletaia; una quarum iuxta terram Iohannis Orlandini ex una parte, ab alia parte terra plebis de Miciano, ab alia terra Guidonis Farine et ab alia parte strata; alia petia terre iuxta terram eccl. de la Torre ex una parte, ab alia terra Ubaldi Ugolini de Anfoscio, ex duabus partibus, et ab alia parte terra Mathei de Magistra. Item promittunt nullam litem vel questionem movere, vel ulterius facere ei vel successoribus eius de Motana, nec aliquid petere occasione rerum suarum seu sibi pertinentium, quas is actenus habuerit vel ad eum pervenissent, vel ea occasione quod sibi damnum actenus dederit vel dari fecisset, salvo sibi iure versus Cam. Item finiunt et pacem reddunt prenominato Rigolo castaldo de Motena et omnibus personis, q. pro eo se offendissent in dicto seu facto, et nominatim Baldo de Castilionkio; et profitentur se recepisse ab eo nomine pretii centum sol. den. Pis. et funtionem et pacem de offensis, si quas ei fecerunt, et de guasto et de incendio, si quid personaliter per eum adversus se dicere vel causari poterat. Item promittunt se facturos et curaturos quod frater suus Iohannes tacitus et contentus stabit et nullam litem vel molestiam ei seu successoribus eius faciet aliquo tempore, et donec facient fieri similem cartam renuntiationis, refutationis et pacis ab eo et heredibus, se suosque successores suis expensis conservabunt indempnes. Pena: XX libr. den. Pis. Prenominatus Semone specialiter et in solidum, renuntiando nove constitutionis beneficio, ex certa scientia sciens se non teneri, renuntiando exceptioni doli, conditioni sine causa in factum subsidiarie et omnibus legum auxiliis, promittit, si prenominatus frater suus Guidottus, pretextu minoris etatis, adversus ea q. supra promissa sunt vel adversus aliquod predictorum attemptaverit contravenire, conservare indempnes, sub obligatione suorum bonorum et sub pena XX libr. den. Act. in Burgo S. Sepulcri, in eccl. S. Iacobi. In presentia presb. Orlandi de Monte

Dulio, Astancolli Aliotti, Baratucii de plebe Miciani et Rubini, q. serviens est Ugonis Montis Dulii, tt. Guarnerius iud. ord. et not.

Originale. Summaria, c. CXXIIII v., n. 3.

1970. *Foiano, 30 Novembre 1231.*

A. MCCXXXI, Gregorio pp. residente, Frederigo imp. imperante, ind. quarta, II kal. dec. Berradinus vilicus Corteveckie de Foiano pro se, idest pro dicta domo Corteveckie et etiam pro priore de Cam., accepit et intravit in tenutam de quadam domo pos. in burgo Foiani, iuxta domum Detaiuti Catarnelli et vias, ant(eriore) latere et retro — q. domus fuit de Marco da Sanmarco — et tunc aperuit pro se ostia et clausit et accepit Adelasciam uxorem dicti Marci per manum et misit foras de domo predicta et eam tunc remisit pro se, idest pro dicto Berradino vilico, ut dictum est, et ipsa tunc promisit stare pro eo, idest pro dicto Berradino tunc vilico, et tenere et possidere pro eo. Act. in burgo Foiani, ante domum predictam, presentibus Alberto qd. Rodolfini, Arpino qd. Foianese, Vercognoso fratre dicti Alberti, Bonaveture, filio Vergognoso[1] et Rainaldo Berradini Cavalcantis. Rainaldus Buosi not.

Originale. Nello Spoglio: 1231, Agosto 31, n. 2. *Summaria, c. CLXIIII v., n. 3.*

[1] *Nell'orig.* ugogso *con una* o *soprascritta sulla seconda* g

1971. *Dicembre 1231.*

« Iallus olim Pregiani[1] et Iunta eius f. et Guillelmus olim Petri de Pregnanis et Iacobus olim Guidonis cum ceteris vendiderunt Montanino converso, castaldo curie Cam. de Bucena, unam petiam terre in Bucena, infra terras heremi prefate. Sub a. Domini M°CC°XXXI°, mense dec. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXIIII, n. 5.

[1] Pregiani *corretto, sembra, da* Pregiatii

1972. *(Territorio di Bologna), 21 Gennaio 1232.*

A. MCCXXXII, die undecimo ex. ian., ind. quinta, in domo « Ugonis pater Iacobini », in presentia Bonifacii de S. Damiano, Useppi de Stupha, Gerardelli Scarlate, Folle beccarius et Benecapti de Gleula tt. Magister Rainaldus qd. nuntius scolarium, sciens se iamdudum testamentum fecisse et in eo preordinasse omnia sua bona, idcirco dictum testamentum et omnia, q. in eo continentur, confirmat et nomine codicilli vult quod « predictas quatuor torn. terre vineate relicte a Rainaldo a predicta eccl. (Cam.)

habeat iuxta vineam dicte eccl. a latere inferiori ». Bonifacius Henrici qd. imp. tabellio.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, al doc. 21 Dicembre 1230: cf. il reg. n. 1934.

1973. *Arezzo, 28 Gennaio 1232.*

A. MCCXXXII, ind. quinta, regnante Frederigo Romanorum imp. imperante, quinto kal. febr. In presentia Donati[1] sartoris et magistri Gualfredi iud. tt., Guido prior Cam. libellario iure concedit Gualterio f. Cornani eiusque heredibus masculis et feminis legitimis ex eo descendentibus in perpetuum plateam unam pos. prope portam de Finicula, iuxta domum et plateam Boni, iuxta terrenum Cam., iuxta murum veterem com. Aret. et iuxta viam publicam. Pro ea omni anno in festo s. Stephani reddat pensionem, viginti unum den. universaliter expendibiles in civitate Aret.; et si ius huius rei vendere voluerit, ter infra XXX dies prius inquiret se, sol. duobus minus quam alteri sine asto sibi dare debeat, si emere voluerit, et si noluerit, tunc liceat ei vel heredibus dare cui voluerit, salvo iure suo; (tamen) non det suis paribus nec servo nec ecclesie, sed tali persone q. serviat sibi et successoribus, sicuti servire is debet, et nichil aliud ei superimponatur. Pena: III libr. den. Pis. Act. in civitate Ar(etina), in porta Burgii, in eccl. S. Michaelis. Guido f. Rainerii Maççe not.

Copia 1267 Luglio 6 di Pierus not. f. qd. Paganelli de Campilliano. *Cf. il reg. seguente.*

[1] *Nella copia* Donati *con segno d'abbreviazione su* na *espunto.*

1974. *(Arezzo), 28 Gennaio 1232.*

« Gualterius olim Cornai per se suosque heredes in perpetuum tenetur solvere Cam. heremo den. XXI expendibiles in civitate Aret(ina) in festo s. Stephani pro annua pensione pro locatione sibi facta libellario iure a predicto priore de una platea pos. prope portam de Finicula, iuxta domum et plateam Boni et iuxta terrenum Cam. et iuxta murum veterem com. Aret. et iuxta viam publicam. Sub a. Domini M°CC°XXXII°, V° kal.[1] febr. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. LXXXXIII, n. 3. Cf. il reg. precedente.

[1] *Nel ms. segue* decembre *espunto.*

1975. *Arezzo, 2 Marzo 1232.*

A. MCCXXXII, ind. quinta, Fede(rico) imperante, Gregorio pp. residente, sexto non. mar. Orlandinus et Albericulus fratres qd. * * * * de Valençano vendunt, dant, tradunt et ad

proprium concedunt Orlando sindico eccl. S. Clementis, recipienti nomine dicte eccl. et pro dicta eccl., terrenum unius domus et platee et retro ipsam pos. in civitate Aretina prope eccl. S. Iuliani, iuxta viam a duabus partibus et filios Ugulini de Basciano et domum Aldibrandini de Saturno, et censum q. redditur a Calbo de dicto terreno. Confitentur se in veritate recepisse et habuisse iustum pretium, scilicet quattuor libr. den. Pis., et si plus valet, inter vivos donant, accepto iusto merito secundum legem. Pena: duplum. Act. in civitate Aretina, presentibus Bonavere de Petrongnano, Saulo de Saturno et Uberto et aliis multis. Pedone not. f. Boni.

Originale. Mittarelli, IV, 325 cit.

1976. *Rieti, 10 Marzo 1232.*

« Gregorius pp. VIIII^us^ mandat electo Massan(ensi) ut fratres Cam. ordinis inducat in mon. Montis Christi, Massan(ensis) dyoc., ad refformationem ipsius. Dat. Reate, VI° id. mar., pont. eius a. V° ».

Summaria, c. CCXXX v., n. 2. Cf. i regg. nn. 1977 e 1981.

1977. *Rieti, 27 Aprile 1232.*

Gregorius pp. .. priori Cam. Sicut accepit, mon. Montis Christi, Massan(ensis) dioc., q. ad R. E. dicitur nullo medio pertinere, in spiritualibus et temporalibus, propter malitiam habitantium in eodem, adeo est collapsum quod nulla spes est de cetero quod resurgere in ordine suo possit; nuper enim C. abbatem eiusdem mon., pro eo quod ipsos ad regularem observantiam inducebat, famis inedia et aliis cruciatibus corporis, cedere compulerunt. Et licet visitationem et reformationem ipsius mon. .. abbati S. Pauli de ripa Arni Pis. et .. priori S. Donati Luc. duxerit committendam, nullus tamen per eos, sicut intellexit, habitus est processus. Quare sibi [1] fuit humiliter supplicatum ut, cum dictum mon. credatur posse per fratres Cam. ordinis reformari, faceret in ipsum mon. predictum ordinem introduci; unde .. electo Massan(ensi) districte precipiendo mandavit ut prefato abbate ad dictum mon., non obstante cessione huiusmodi, primitus restituto ac monachis et conversis eiusdem mon. nolentibus ordinem Cam. assumere, auctoritate sua [2] in aliis mon. sui ordinis collocatis, inducat Cam. ordinem in mon. memoratum. Sed cum, conventu eiusdem mon. per procuratorem proprium se suscepturum quem mallet ordinem postmodum offerente, Cam. ordinem preceperit in eodem mon. perpetuo firmiter observari, ei eiusque successoribus [3] corrigendi et reformandi, instituendi et destituendi, tam in capite quam in

membris, in eodem mon. perpetuam concedit plenarie potestatem; ideoque per apostolica scripta districte precipiendo mandat, quatinus, receptis presentibus, personaliter ad mon. ipsum accedens illudque cum obedientiis et pertinentiis suis recipiens, incorporare studeat ordini supradicto, corrigendo et reformando ibidem, tam in capite quam in membris, iuxta eiusdem ordinis instituta. Si aliqui monachorum vel conversorum sepefati mon. dictum ordinem assumere forte voluerint in aliis mon. eiusdem[4] ordinis, eos non differat collocare, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Dat. Reate, v kal. maii, pont. a. sexto.

Originale; sigillo plumbeo perduto. Summaria, c. CCXXVI v., n. 2. Fortunius, II, 196 cit., datato a. pont. v. *Mittarelli, IV, App. 503, n. CCCXI. Potthast, n. 8921. Cf. i regg. nn. 1976 e 1981.*

1 *Nell' orig.* nobis 2 *Nell'orig.* nostra 3 *Nell' orig.* tibi tuisque successoribus 4 *Nell'orig.* tui

1978. *Premilcore, 2 Maggio 1232.*

A. MCCXXXII, ind. quinta, tempore Gregorii pp. et Federici imp., die IIª intr. mad., in castro Plamercorii. Coram Deodato, Brunamonte, Meliorato, Iohanne de Fontanella et multis aliis tt., Rigus et Fantolinus qd. ff. Guiçi de Plamercorio pro se suisque heredibus dant, tradunt atque transferunt et pure et inter vivos in perpetuum donant Nicholao monaco heremi seu mon. Cam., recipienti nomine ipsius mon. eiusque prioris suique collegii, et eius successoribus, scilicet servicia, debita, q. fecerunt vel facere debuerunt Guido Çungni et Salimbene et facere tenentur ipsi cum suis heredibus pro suis tenimentis, q. habent in territorio Populiensi, plebe S. Martini in Alp(e), a se vel a suis antecessoribus, videlicet Guido Çungni, omni secundo anno, I spallam et unam foc(acciam) in Nativitate Domini et duo star. grani et duo annone in mense sept., et Salimbene, omni anno, I foc(acciam) et unam gallinam in Nativitate Domini et duo star. grani et duo annone in mense sept. Pena: XX libr. Rav. Guido Çungni et Salimbene interfuerunt et predicta servicia pro se suisque heredibus dicto Nicholao, recipienti pro dicto priore suisque successoribus, et dicto mon. de cetero, ut dictum est, dare per stipulationem promiserunt. Ugolinus de Mandriola not.

Originale. Summaria, c. XII, n. 1.

1979. *Castelvecchio di Foiano, 18 Maggio 1232.*

A. MCCXXXII, Gregorio pp. residente, Friderico imp. imperante, ind. v, XVº kal. iun. In presentia presb. Ranucii, Cortesonni et Ranucii f. Guidonis olim Capellani tt., Berradinus Sabatine,

Ranucius et Rainerius ff. dicti Berradini, quilibet eorum in solidum, vendit, dat, tradit et ad proprium in perpetuum concedit Bernardino castaldo de Cortevecchia, recipiendo pro se suisque successoribus, petiam unam terre cum omni iure suo, finibus et pertinentiis « pos. in curia Foiani[1], iuxta Ugolinum Talie et Rustikellum, et ab alio latere Piero qd. Acorsi et dicto Bernardinum, et a capite et a pede la Stradella ». Pro pretio x libr. et x sol. den. Pis., q. totum in veritate se confitentur recepisse et habuisse. Pena: duplum. Act. ante domum eccl. S. Angeli de Castro vetero. Rainaldus not.

Originale. Summaria, c. CLXV, n. 1.

[1] *L'orig. ha* Fani *col segno d'abbreviazione.*

1980. *(Territorio di Bologna), 11 Giugno 1232.*

A. MCCXXXII, die undecimo intr. iun., ind. quinta, in strata S. Stephani, sub porticu Grimaldi Rubei. Vivelenda uxor qd. Verardi de Strata maiori dedit licentiam et potestatem et parabulam f. suo Iuliano, q. d. Agnellus, vendendi infrascriptam petiam, ideoque vendidit et tradidit Mainito priori S. Marie de Cam. et Petro de Losoviis et Odoni de Lupidonibus, ministralibus societatis ultramontaneorum, recipientibus nomine et vice dicte eccl. et societatis scolarium ultramontaneorum, q. societas est facta et ordinata ad onorem et utilitatem predicte eccl., quandam petiam terre aratorie pos. in pertinentia Villenove et in eius curia in l. q. d. la Lama de Gallina, cum ingressu et egressu suo usque in viam publicam. Confines: a mane et a meridie Cam., a sero Garisindi, ab aquilone strata. Pro pretio novem libr. et quinque sol. (pro) qualibet torn. — quam (petiam) asseruit dictus venditor esse tres torn. et tertiam partem alterius et quinque tab. —, q. pretium capit in summa triginta et unam libr. et tres sol. et tres den. Bon., et ipsum habuit et recepit. Pena dupli. Dicta mulier, amonita bona dicti f. sui sibi fore obligata ob dotem suam et ob legatum sibi relictum in testamento viri sui, dicte venditioni consensit et omni iuri suo renuntiavit, remisit et refutavit, sub pena pretii dicte rei. Ugolinus Mussollini socer dicti Çuliani, q. d. Iulianus Agnellus, amonitus bona ipsius Iuliani sibi esse obligata occasione dotis filie suc uxoris dicti Iuliani, remisit et refutavit ipsis emptoribus ius q. haberet in bonis dicti Çuliani, scilicet in dicta re, sub pena dupli pretii dicte rei. Richildina uxor predicti venditoris, certiorata a not. de omni suo iuri ypothecarum, renuntiavit dicto iuri et promisit contra dictam venditionem non venire, sub pena dupli. Iulianus iuravit predicta observare. Testes: Iacopus de Frata, Bene f. Michaelis Malcanini, Grimaldus iud.,

Guiçus, q. fuit de Ymola et moratur in domo cum Grimaldo, Çagne butrigarius de Ponticlo et Ubaldinus faber de burgo Strate maioris. Michael Petri Marchixii not.

Originale. Hessel, Geschichte der Stadt Bologna, p. 417, nota 9.

1981. *Pisa, 12 Luglio 1232.*

Guido prior Cam., cum accessisset ad mon. Montis Christi personaliter, ut intraret (in) corporalem possessionem de eodem (et) pro dicto mon. et omnibus membris suis intraverit, ut ei a summo pontifice Gregorio nono firmiter mandabatur, q. suis litteris sibi suisque successoribus dictum mon. cum suis pertinentiis in perpetuum commisit, — monachi et conversi dicti mon. quia ei suisque monachis et conversis iniuriosi et rebelles in rebus et personis plurimum extiterunt et impedierunt ne dictus prior exequeretur mandatum pp. et unus de dictis monachis fecit ei auferri litteras pp. et habuit — hos omnes, auctoritate pp. qua fungebatur, excomunicationis vinculo innodavit et omnes q. eis dederunt vel dabunt auxilium, favorem et iuvamen. Item excomunicavit Similiantem, Iacobinum, Tedicem, Gusmarem, Callarensem, Gualteroctum, Guillelmum, Mergot, Quatromani, Vernaccium, Martinum, Bonardum, homines de Gilio, q. contra eum, armata manu, suos monachos et familiam venerunt ad mon. pretaxatum et spoliaverunt eum suosque monachos et conversos rebus suis et litteras pp. eidem fecerunt auferri, et habuit eas unus eorum q. dicitur Similiante, et omnes etiam excomunicavit, q. dederunt vel dabunt eis auxilium, consilium et iuvamen. Act. in eccl. S. Fridiani, Pis(is), coram Ugolino not. et Bartholomeo qd. Martignani et Ruberto et Turchio de Casalei et Pepo monacho Montis Christi et Bene priore S. Fridiani Pis. tt. A. MCCXXXIII, ind. quinta[1], quarto id. iul. Ugolinus qd. Guidonis Frederici Romanorum imp. et regis Sicilie not.

Originale. Nello Spoglio: 1233, Luglio 12. *Mittarelli, IV, 323 cit. Cf. i regg. nn. 1976 e 1977.*

[1] *È usato il computo pisano.*

1982. *Micciano, 6 Ottobre 1232.*

A. MCCXXXII, II non. oct., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. V[a], ad plebem de Miçano. In presentia Dominici olim Valentini, Baldi de Castiliunkio et Bruni tt., Rigolus castaldus Motane dat, tradit et libellario iure concedit Matheo Ugolini et filiis et nepotibus tres petias terre pos. in curte Castilionis, una quarum in Stregaio, alia in Lilacora et alia in Caffagio, — illa de Caffagio: iuxta terram Baratutii de Valle et a tribus partibus ipse Matheus; in Lilacora: iuxta ipsum Matheum a tribus partibus et

ab alia parte filius olim Lantugni et regla; in Stregaio: iuxta filios olim Pascii et iuxta ipsum Matheum et iuxta Ugolinum Girardi — cum introitu et exitu earum omnique iure suo et cum pertinentiis, ut habeat et teneat in tertiam generationem et, transacta tertia generatione, debeat innovari, pro XL sol. Pis. Confitetur se nomine pretii recepisse, in una parte, quinquaginta sol. Pis., quos solvit Rosane f. olim Guidonis pro terra de la Duça et, in alia parte, quattuor libr. Pis. minus quinque sol., quos solvit Orlando de Castro in uno bove. Per supradictum Dominicum eum investit. Nomine pensionis, omni anno, in mense aug. in festo s. Bartholomei sex den. de Pisis is et filii et nepotes et decimationem dictarum terrarum persolvant. Pena dupli. Iamdictus Matheus conductor omnia, sub simili pena promissa, promittit servare. Guido imperialis aule not.

Originale.

1983. *Castiglione Aretino, 15 Ottobre 1232.*

Cum Maurus sindicus Cam. heremi et Nicolaus eiusdem heremi nuntius, ut dicebat se esse nuntium, forent cum Pançio de Giordoni coram Uberto iud. comitatuum Aret(ii) et Castell(ionis) pro Geuheardo comite de Arnesten imperialis aule Ytalie legato, tunc sedente pro tribunali, et peterent ab ipso Uberto iud. ut ipse cogeret Berardinum de Montecclo desistere ab inquietatione et gravamine, quam et quod ipse Berardinus faciebat eidem Pançio homini Cam. eccl., ut ipsi Maurus et Nicolaus dicebant, dictus Pamçus coram dicto Uberto iud., tunc sedente pro tribunali, infrascriptorum testium presentia, fuit confessus tunc se esse hominem Cam. eccl. et solemniter confessus fuit ipsi sindico se esse hominem predicte eccl. Cam. Act. in Castill(ione) Aret., ante domum Boninsingne olim Pepi, presentibus Boncompangno iud., Ubertino Iohannis Blanci iud., Rainerio Godoli de Aretio, Rainerio Macalde de Aretio et Compluto de Castill(ione), tunc ballitore Vallis de Kio tt. A. MCCXXXII, ind. quinta, Friderico imp. imperante, quintodecimo die oct. intr. Leonardus not.

Originale. Summaria, c. XII, n. 2.

1984. *Concordia, 1 Novembre 1232.*

A. MCCXXXII, ind. V^a^, die primo nov. Fredericus Concordiensis eccl. ep., de consensu et voluntate capituli Concordiensis et fratrum, « videlicet domno Marco decano Concordiensi, domno Ionathe[1] archidiac. eiusdem eccl., domno Wecelone, presb. Iohanni, domno Hengelmaria, domno Artiuche[2] Musio, domno Çilio, presb. Martino canonicis Concord. », dat et concedit locum et

eccl. S. Martini sit. « inter castra Prate et Medune supra flumina Livvencie et Medune, supra ubi iuguntur, et hoc ab orientali parte s. heremo Cam. », recipienti fratri Iacobo priori eiusdem loci, nomine et vice Widonis prioris Cam. et successorum suorum, ab omni diocisiano iure et iurisdictionis liberam et absolutam, excepto quod s. eccl. Concordiensi, nomine census, dabit annuatim in inventione s. corporis protomartiris Stephani, VIII dies ante vel postea, libr. unam incensii, sub pena dupli, et quod idem prior frater Iacobus et eius successores semel in anno, si vocati fuerint, ad capitulum Concordiense venire debeant, nisi iustum habuerint impedimentum, nullum tamen ecclesiasticum preceptum ibi recipiendo vel gravamen nec aliquam correctionem. Pena: x libr. auri. Testes: Wdelricus diac. capellanus dicti ep., presb. Iohannes Bulçinianus, presb. Venerius, Supretus plebanus de Latisava, Warnerius de Concordia, Oto eius f., Reinardus Crusio, Conradinus de Concordia, Dominicus monacus, Muletus de Concordia, Fredericus celerarius ep. et alii quam plures. Act. in Concordia, in choro eccl. S. Stephani. Otolinus Vicentinus sacri pal. not.

Originale: sigillo conservato a parte. Summaria, c. CLXXXXVIIII v., n. 2. Fortunius, II, 196 cit. Mittarelli, IV, App. 507, n. CCCXIV.

[1] *Nell'orig.* Ionathe *col segno d'abbreviazione sulla* h [2] *L'orig. ha* Artiuche *col segno d'abbreviazione sulla* h

1985. *24 Novembre 1232.*

« Donnus Rigo olim Vicedomini de Porta Fori de Aretio per se suosque heredes in perpetuum donavit pure et irrevocabiliter inter vivos, pro remedio anime sue suorumque parentum, donno Guidoni priori Cam. totum podere, q. tenuit Boncompagnus olim Ugolini, pos. in villa de Tarchie in terris, vineis, silvis, pascuis et aquis et cum toto affictu, q. de ipso exit annuatim, videlicet star. VII grani et star. VII segalis ad legittimum star. Aret. Item similiter donavit omnes possessiones ville predicte: in primis unam petiam unius castagneti, quam Iunta de Rancho et Ghisla de le Tarcle tenet; item unam silvam, q. dividitur per medium cum dicto Iunta, quam tenet Ghisla predicta, pos. in l. q. d. Scalele iuxta viam; item unam petiam sciamareti pos. in l. q. d. Montemagio; item unam aliam petiam sciamareti pos. iuxta filios Maturnini Sobilie de Veraçano; item unam petiam terre in l. q. d. Aquebone; item unam petiam sciamareti et castagneti in l. d. Bancho novo, iuxta fossatum; item quartam partem pro indiviso unius sciamareti, quam tenet dicta Ghisla cum dicto Iunta et aliis, pos. in l. d. Selio; item quartam partem pro indiviso unius po-

deris, q. olim fuit Pischi; item unam petiam terre, pro parte vineate, pos. in l. d. Vallebona; item unum sciamaretum pos. iuxta Bernardum; item unum castagnetum pos. in l. d. Novelleto; item sciamaretum pos. in l. d. al Aquevalle; item unam petiam sciamareti et aliam castagneti pos. in l. d. le Valcelle; item unam petiam terre pos. in l. d. de Valle; item unum campum, in quo est pirus regia, iuxta dictam Ghislam; item unum campum terre de l Orte, iuxta Fortem de Roncho; item unum campum, in quo sunt nospoli, iuxta viam; que predicta pos. sunt in capella eccl. de le Tarcle; item ius patronatus eccl. et hospitalis de Potia, pro pretio sol. L. Sub a. Domini M°CC°XXXII°, VIII° kal. dec. Carta manu Bene not. ».

Summaria, c. LXXXXIII, n. 4. Mittarelli, IV, 325 cit. Cf. il reg. seguente.

1986. *Arezzo, 25 Novembre 1232.*

A. MCCXXXII, ind. Va, VII° kal. dec., Gregorio pp. residente, Federico imp. Guido prior Cam., per hoc scriptum perpetue locationis, renovationis causa, libellario iure, consensu et voluntate Benedicti vicarii et Mauri vicecomitis dicte eccl. Cam. atque Rigi qd. Vicedomini de Aritio eiusdem eccl. conversi, q. dicto loco tenimentum infrascriptum in sua conversione concessit et dedit loco et libellario iure, dat, tradit et concedit per se suosque successores, nomine dicte eccl., Kisle qd. uxori Bonisotii de Monte, nomine suo et filiorum et heredum utriusque sexus recipienti, totum et integrum tenimentum sive podere, q. prius ea et vir predictus detinebant a dicto Rigone ad libellum, terras videlicet laboratorias et non laboratorias, sive cultas et incultas, silvas, domos, vineas, stirpetum, pascaia, aquas ceteraque alia omnia generaliter, q. de ipso predicto tenimento sunt vel esse videntur, et nominatim et specialiter ea q. infrascripta sunt et specificata cum omni iure et pertinentiis et aiacentiis, infra hos confines: a Castagno de Malconvento iusum, ab aqua, q. d. Classis, sursum, et a Cerro Scarnatoio infra, scilicet in capella de Letarki, ubicumque et quecumque sunt vel invenire et sciri possunt. Cuius tenimenti supradicti (est) una petia unius castagneti, q. habet simul cum Gionta de Ranco pos. iuxta fossatum, q. d. Pogio Micianensis, iuxta Berardum parte superiori, iuxta dictam aquam, q. d. Classis, parte inferiori, et iuxta filios olim Salomonis ab alia parte. Item (dat, tradit et concedit) unam silvam, q. dividitur per medium, quam simul habet cum dicto Iuncta, pos. in l. u. d. Scalelle: ab uno latere via, secundo latere Berardus Salomonis, ab alio latere, scilicet a capite, ff. Iohannis Peturtini de Veraçano;

item unam petiam sciamareti pos. in l. u. d. Montemagio: iuxta Caphum ab uno latere et iuxta filios Peturtini[1] ab alio latere, ab alio latere, scilicet inferiori, via; item unam petiam sciamareti: a capite ff. Maturtini[2] et Sobiliae de Veraçano; item unam petiam terre pos. in l. u. d. Aquabona: iuxta Caphum ab uno latere, scilicet a capite, ab alio latere, scilicet a pedibus, ipsa conductrix, ab alio latere presb. Rigo de Scuiano, ab alio latere sciamaretum Kisle[3]; item unam petiam unius castagneti et sciamareti pos. in l. u. d. Roncus novus: ab uno latere fossatus quidam, ab alio latere ff. Salomonis, q. conductrix habet[4] cum dicto Iuncta de Ranco, superiori latere Berardus et Bona, et inferiori parte coadunant se quedam aque; item quartam partem pro indiviso unius sciamareti, q. habet cum dicto Iuncta de Ranco et cum filiis Salomonis et cum Berardo, pos. in l. u. d. Sollio; item quartam partem pro diviso cuiusdam poderis, q. olim fuit Piski, q. dividitur cum podere Iuncte de Ranco; item unam petiam terre, in qua partim est vinea, pos. in l. u. d. Valcoboçi iuxta Berardum, Caphum et Pedone; item unum sciamaretum pos. iuxta Berardum a parte inferiori, ab alio latere quedam aqua; item unum castagnetum pos. in l. u. d. Novelletto iuxta Caphum et Pedonem et iuxta quamdam aquam; item unum sciamaretum pos. in l. u. d. a la Querciole[5] iuxta quamdam aquam, iuxta viam et iuxta Caphum; item unam petiam sciamareti et unam aliam petiam castagneti pos. in l. u. d. Le Vancelle de Nuce: iuxta Bonam uxorem olim Giraldelli, iuxta Berardum et Caphum parte inferiori et iuxta Caphum et Pedone parte superiori; item unam petiam terre pos. in l. u. d. Orto de Valle, in qua sunt pirus et malus: ab uno latere aqua, ab alio latere Caphus, a pedibus Berardus, de super ipsa conductrix; item unum campum terre, in quo est pirus rogio: ab uno latere domus Kisle et eius[6] convicinorum, ab alio latere ipsa conductrix, a pedibus Bona, prope campum q. d. Campus subto l aia, infra campum de l aia et iuxta Giontam; item campum terre de Orto: ab uno latere Fortis de Ranco, ab alio Berardus, ab alio latere via q. venit a casis, a capite domus Kisle et ortus eius[7] et * * *; item campum pos. in Casolini: ab uno latere Berardus, ab alio latere Caphus, a pedibus Bona uxor olim Girardi, a capite via; item alium campum terre, in quo sunt nespuli: ab uno latere Bona, ab alio latere Berardus[8], ab alio Berardus, ab alio latere Capho, a pedibus via. Annualiter per totum mensem set. XIIII star. blade, scilicet medietatem frumenti et aliam medietatem segalis ad star. venalem communiter per civitatem Ar. pro tempore currentem, fictus nomine, et apud mon. S. Michaelis, constructum in dicta civitate Ar., pro dicta eccl. Cam. propriis expensis dare,

reddere et deferre debeat. Ius, aliquando vendere volens q. habet in supradictis, nulli persone vendere debeat, quin se vel successores ter infra XXX dies inquirat et II sol. minus quam alteri sine asto dare et vendere debeat sibi illud emere volenti; quod si emere noluerit, liceat ei et heredibus dare et vendere illud cui voluerit, non tamen servo alterius nec loco religioso, vel pari suo, salvo semper dicte eccl. iure dominii, proprietatis et possessionis, et nichil aliud petatur nec superimponatur. Investitorem dedit Maium qd. Balbi de S. Severo, q. eam de predictis in tenimentum mitteret et iure libellario inde investiret. Pena: C sol. Act. in civitate Ar(etina), in claustro dicti mon. Dictus investitor, Girarducius olim Girardi Sitii, Monvolbe, Marsopinus olim Rodolfi, Palmerius scutifer dicti prioris et alii tt. Artinus not.

Originale. Cf. il reg. precedente.

1 *Nell'orig.* Pettini *con segno d'abbreviazione sul gruppo* tt 2 *Nell'orig.* Mattini *con segno d'abbreviazione su* at 3 *Nell'orig.* tuum 4 *L'orig. ha* tu habes 5 *Nell'orig.* qciole *col segno d'abbreviazione sul* q 6 *Nell'orig.* domus tue tuorumque 7 *L'orig. ha* tue et ortus tuus 8 *L'orig. ha* Berardus *con segno d'abbreviazione su* ra

1987. *Anghiari, 26 Novembre 1232.*

Corbellus, Gallus, Cungietus, Martinus, Riminaldus, Pugnetus, Marius, Sofia, testes introducti a Benigno priore Anglaris, asserunt, suo sacramento, quod tempore Henrici imp., patris Federici nunc imperantis, Baruntius de Griciniano, baylitor in Anglare pro Henrico Faffo, q. dominabatur in comitatu Castelli pro dicto imperatore, et Cappellutius et Germanus nec non Ugolinus et Caciatus fratres, baylitores omnes in Anglare, dabant priori S. Bartholomei de Anglare tertiam partem omnium introituum iurisdictionis castri Anglaris et curie, excepto de homicidio et sanguine. Publicate hec atestationes in claustro mon. S. Bartholomei Anglaris, presentibus Alberto f. Pugneti, Prova, Orlandino Ranucini, Adalmerio et Maginardo tt. A. MCCXXXII, VI kal. dec., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. V^a^. Guido imperialis aule not. ex precepto Uberti iud. in comitatu Aritii et Castelli pro Gaboardo legato totius Ytalie pro Federico imp.

Originale. Mittarelli, IV, 325 cit. Cf. il reg. seguente.

1988. *Anghiari, 16 Dicembre 1232.*

Ugitio, Raninaldus, Martinus, Ugolinus, Iacobus, Blondonensis, Georgius, Guineldus, Anfoscius, testes iurati, asserunt quod viderunt consules, potestates, baylitores castri Anglaris[1] dare priori S. Bartholomei Anglaris tertiam partem om-

nium introituum iurisdictionis dicti castri et curie et facere placita dicti prioris sine salario. Publicate hec atestationes in claustro S. Bartholomei Anglaris, in presentia Finiguerre not., Prove, Leoli, Guidonis, Orlandini f. Ranucini, Bone Fidei, Adalmerii et aliorum plurium tt. A. MCCXXXII, XVII kal. ian., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. V^a^. Guido imperialis aule not. *etc., come nel reg. precedente.*

Originale. Cf. il reg. precedente.

[1] *Si tratta di un periodo di tempo che va dai 40 ai 60 anni.*

1989. *Anghiari, 21 Dicembre 1232.*

A. MCCXXXII, XII kal. ian., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. V^a^, in Anglare, in mon. S. Bartholomei eiusdem castri. In presentia Broçardi de Anglare, Iacobi sartoris, Mathei Ubaldi et Leonardi olim Iohannis tt., Benignus prior mon. S. Bartholomei Anglaris una cum fratribus suis Michaele et Gislerio monacis dicti mon. et presb. Iohanne capellano et cum conversis Guidolo, Raynaldo et Clerico, et Henricus plebanus plebis Miçani faciunt, nomine predictarum eccl. et pro qualibet ipsarum eccl. in solidum, Placidum monachum predicti mon. de Anglare suum syndicum et procuratorem in causa, quam habent vel habere sperant cum Nigro sartore cive Aretino et cum omnibus aliis hominibus et locis et singulis habentibus de rebus et bonis qd. Iohannis Donisie coram Benedicto a M. ep. Aretino iud. delegato et coram quocumque alio iud. tam ecclesiastico quam seculari. Guido imperialis aule not.

Originale.

1990. *Eremo di Camaldoli, 5 e 7 Gennaio 1233.*

A. MCCXXXIII, ind. sexta, die quinto intr. ian. Iohannes f. qd. Michaelis de Biblena, pro remedio anime sue suorumque parentum, dedit, tradidit, donavit atque in eternum cum omni iure et actione sibi pertinente concessit Guidoni priori Cam., recipienti vice et nomine Cam. heremi, domum unam cum area et capana pos. in Biblena: ab uno latere via publica, ab alio vinea dicti Iohannis, a tertio heredum Teuzi qd. fratris sui, a quarto Boccoli; et petiam unam terre et vinee pos. ibidem: ab uno latere dicta domus, ab alio terra Boccoli, a tertio vinea Cam., quam emit Panzus, a quarto Iacobi de Berardo, et infrascriptas petias terre pos. in terratorio Biblene, quarum prima ad Arnum: a duobus lateribus terra Mazi de Lontrina, a tertio Mafei de Ianellino, a quarto via publica; secunda iuxta Montemcalvum: ab uno latere via, ab alio dictus mons, a tertio heredum Lontrine; tertia ibidem: ab uno latere via, ab alio Ricevuti de Mandaciano,

a tertio Ricevuti de Corsellone, a quarto rivus; quarta in Arcena u. d. in Petreta: a tribus lateribus terra Vivoli del Forte; quinta ibidem: ab uno latere terra Baldi de Campi, ab alio via, a tertio Vivoli, a quarto heredum Iohannis de Sancto; sexta u. d. ad Lavakium: a duobus lateribus terra heredum Corbizi, ab aliis duobus Viventii de Podio; septima u. d. ad Vesam: a duobus lateribus terra Ugolini de Luliolo, a tertio Vesa, a quarto podium; et medietatem pro indiviso unius petie terre pos. in monte Arcene: ab uno latere terra Ugolini de Rubulino, ab alio fossatum, a tertio via, a quarto Saracini; et medietatem pro indiviso alterius petie terre pos. in eodem monte: ab uno latere terra Berardi de Ranucino, ab alio fossatum, a tertio via publica, et quicquid ipse habebat et tenebat vel habere seu tenere debebat a Cam. heremo in toto episcopatu Aret., cum solis et edifitiis predictarum rerum omnium et singularum, introitu et egressu et cum omni iure et actione. De predictis rebus omnibus retinuit sibi usumfructum in vita sua et uxoris sue Bone. Pena: duplum. Act. in dicta heremo, in cella dicti prioris. Interfuerunt Panindiscus f. qd. Martinelli, Mafeus f. qd. Petri et magister Vivolus tt. Item eodem anno et ind., die VII intr. ian., in Biblena, in presentia presb. Butie, Rainaldi Maritati et Ugetti de Luciano, dictus Iohannes, ratificans omnia predicta, prefatum priorem in corporalem possessionem dicte domus, vinee et aree introduxit, et Bona eius uxor, de consensu ipsius viri sui, omnibus predictis et singulis consensit et omni iuri et actioni, quod et quam habebat in eis, renuntiavit et omnia predicta et singula perpetuo rata et firma habere et tenere promisit. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. LXXXIII v., n. 2.

1991. *Moggiona, 6 Gennaio 1233.*

A. MCCXXXIII, ind. VI, die VI intr. ian. Imeldina f. qd. Rusticelli fuit confessa se pro pretio recepisse et habuisse a magistro Vanga converso Cam., dante et solvente vice et nomine Cam. heremi, sol. XXX den. Pis., pro quo pretio dedit, tradidit, vendidit atque in eternum concessit eidem Vange, recipienti pro Cam. heremo, petiam unam terre et prati, quam tenebat a Cam. heremo, pos. in Absque u. d. Pratum de Lepore: ab uno latere via, a duobus terra Cam., cum introitu et egressu et cum omni iure et actione; et sciens eam pluris pretii esse, totum id q. pluris erat, pro remedio anime sue, inter vivos ei donavit. Pena: duplum. Act. in Moiona. Interfuerunt Talentus f. qd. Ugolini, Martinus Bentevolii, Manente de Pelliciariis et Ricourus Pan-

degrani tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XVIII v., n. 2.

1992. *13 Gennaio 1233.*

« Brancha f. olim Ubertini per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Guidoni priori Cam., recipienti pro ipsa domo, medietatem pro indiviso unius spalle carnis, quam recipiebat annuatim pro pensione a curia Cam. de Soci, pro pretio sol. xxv. Sub a. Domini M°CC°XXXIII°, die XIII^a ian. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. LXVII, n. 3.

1993. *(Presso Bibbiena), 20 Gennaio 1233.*

A. MCCXXXIII, die duodecima ex. ian., ind. sexta. Porrus f. qd. Bruneti de Salutio et eius uxor Agentina, de consensu eius, acceperunt pro pretio a Palmerio converso Cam., dante pro Cam. heremo, sol. XII den. Pis., unde, tum pro ipso pretio tum pro remedio animarum suarum, dederunt, tradiderunt, [ven]diderunt, inter vivos donaverunt atque in perpetuum quilibet eorum in solidum concesserunt dicto Palmerio, recipienti pro Cam. heremo, quartam partem pro indiviso unius spalle carnis, quam debebant annuatim recipere pro pensione a curia Cam. de Soci, et omnia et singula iura et actiones, eis vel alteri eorum competentes vel pertinentes seu competituras adversus ministros predicte curie de Soci et adversus res et bona ipsius curie vel q. detinentur per ministros ipsius curie pro dicta pensione. Pena: sol. centum den. Pis. Act. in domo, quam habitabat dictus Porrus, q. parum distabat a mer[ca]tali de Biblena. Interfuerunt Rainerius f. Rainerii de Banzena et Guido de Memennano[1] tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. LXVII, n. 2, colla data XII^a die ian.

[1] *Nome d' incerta lettura.*

1994. *1 Febbraio 1233.*

« Ildebrandus conversus et sindicus Cam., nomine Cam. heremi, et Ianni de Marciano et Iohannes eius f. compromisserunt in donnum Sollicitum priorem S. Michaelis de Aretio et Iohannem Varchaquam de questione, quam habebant inter se occasione quarumdam terrarum, quas predictus sindicus, nomine Cam. heremi, a predictis Ianne et Iohanne petebat; q. carta in contractu

scripto manu Raynerii not. continetur. Sub a. Domini M°CC°XXXIII°, kal. febr. Carta manu Rubei not. ».

Summaria, c. CXLV, n. 1. Cf. il reg. n. 1998.

1995. *Anagni, 21 Febbraio 1233.*

Sinibandus tituli S. Laurentii in Lucina presb. card. universis presentes litteras inspecturis. Constitutis in presentia sua fratre Maineto .. prioris et conventus Cam. et magistro Acurri Henrici plebani de Pomino procuratoribus, dictus Ma(inetus) libellum porrexit in hunc modum: cum Henricus plebanus de Pomino questionem moveret .. priori Cam. coram .. plebano de Legri, q. se dicebat subdelegatum a S. Marie Flor. et de Coneo Vult. dioc. abbatibus ab apostolica Sede, ut dicebat, iudicibus delegatis, quia dictus plebanus de Legri copiam rescripti apostolici et subdelegationis sibi facte requisitus humiliter a procuratore ipsius prioris facere denegavit, idem procurator ad Sedem apostolicam appellavit; unde petit pronuntiari appellationem iustam et retractari ac in irritum deduci, si quid post ipsam attemptatum est in preiuditium ipsius prioris; item petit expensas factas et faciendas. Cui libello sic fuit ex adversa parte responsum: negat magister Acurri, procurator supradictus litem contestando, quod dictus subdelegatus fuerit humiliter requisitus ut ostenderet ei rescriptum iurisdictionis, licet dictus subdelegatus paratus fuisset ei ostendere dictum rescriptum, nec credit eum appellasse, set si appellaverit, non credit eum iuste appellasse. Visis et auditis que utraque pars de iure suo proposuit et inspectis instrumentis publicis hinc inde productis et deliberatione prehabita diligenti, pronuntiat appellationem nomine dictorum prioris et conventus factam legittimam extitisse et, si quid post dictam appellationem factum est, irritum nuntiat. Dat. Anagnie, nono kal. mar., pont. Gregorii pp. VIIII a. sexto.

Originale: sigillo perduto.

1996. *Monastero di S. Michele di Castel de' Britti, 1 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, die primo intr. mar., Frederico Romanorum imp. regnante, ind. sexta, in claustro mon. S. Micchaelis de Castro Brittonum. Presentibus Petro Guirardi de dicto Castro, Iacobo not. castaldo, Iosep de Stupha, Arcyrolo de Casalecclo, Iohannes Boccaiusta beccario, Çaccharia Leonardi beccarii, Bonaiuncta Guirardelli Ytte et presb. Guidone de Vignale et Iacobino Alberti Pappatortellis tt., cum lis et controversia verteretur seu verti speraretur inter presb. Aldrevandum syndicum et actorem et procu-

ratorem capituli canonicorum eccl. S. Petri Bon., nomine et vice ipsius eccl. et capituli, ex parte una, et Blaxium syndicum et actorem seu procuratorem mon. S. Micchaelis de Castro Brittonum, nomine et vice dicti mon., ex parte altera, — petebat dictus presb. Aldrevandus syndicus canonicorum, nomine dicti capituli, a syndico prefati mon., vice dicti mon., omnes decimationes terrarum et possessionum, quas dictum mon. et eccl. S. Damiani sit. in civitate Bon. iuxta pontem ferri et eccl. S. Laurentii de Mallano habent nunc et possident et tenent in plebatu prefate eccl. S. Petri Bon. et in plebatu plebis Medicine, quas dicebat ad dictum capitulum pertinere, partim iure communi, partim per privilegia et concessiones episcoporum Bon. et Romanorum pontificum; item petebat a syndico dicti mon., vice ipsius mon., quod dimittant archidiaconum, archipresbiterum et capitulum Bon. eccl. instituere eccl. S. Iohannis de Fontana et eccl. S. Marie in Garda, pos. in dicto plebatu Medicine, tam in spiritualibus quam in temporalibus, nec inquietarent dictum capitulum in possessione vel quasi possessione dictarum eccl. S. Marie et S. Iohannis, et si quam possessionem vel quasi possessionem habet iamdictum mon. in dictis eccl., ipsam libere ac quiete dimittat dicto syndico et capitulo Bon. eccl., quia non est ius abbati vel conventui dicti mon. aliquid in dictis eccl. ordinare vel disponere — pro bono pacis et concordie et ut parcatur laboribus et expensis, (predicti presb. Aldrevandus et Blaxius) ad talem concordiam devenerunt et amicabilem compositionem, quod prefatus Blaxius syndicus et Bonifatius eiusdem mon. abbas, presentibus et consentientibus monachis et fratribus dicti mon., videlicet Petro priore claustri, Iohanne administratore mon. S. Damiani, Mattheo, Bono, Benencasa, Gratiadeo et presb. Iacobo converso dicti mon., vice et nomine dicti mon., promiserunt magistro Tancredo archidiac. Bon., stipulanti vice et nomine capituli Bon. eccl., dare et solvere annuatim de cetero ipsis canonacis et capitulo pro decimis terrarum, vinearum et possessionum predictarum omni anno octo corbes frumenti et facere deferri ad claustrum ipsorum canonicorum infra octavam s. Marie de mense aug., et ipse archidiac., nomine suo et capituli Bon. eccl., remisit et donavit dicto abb. et eius syndico predicto, recipientibus nomine et vice pro ipso mon., si quid ultra dictam quantitatem de fructibus predictarum terrarum et possessionum habere seu percipere deberet occasione dictarum decimarum sibi debitarum, et de olim retentis remisit in Deum et mundo in totum; de eccl. predictis, scilicet S. Marie in Garda et S. Iohannis de Fontana, taliter convenerunt et talem com[posit]ionem et concordiam [inter] se fecerunt et pervenerunt, quod omnia temporalia

dictarum eccl. p[ertineant ad] prefatum mon. [S. Michaelis] predicti et instit[utio *etc.*][1]

Originale. *Mittarelli, IV, App. 510, n. CCCXVII,* ex exemplo codicis vulgo delle Asse capituli Bon., p. 152; *pubblicato per intiero.*

[1] *Per esser la pergamena lacera e mutila il doc. rimane così incompleto.*

1997. *Soci, 7 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, ind. VI, die VII intr. mar. Guido prior Cam. concessit in perpetuum, vice et nomine Cam. heremi, Iohanni et Fideli ff. Merli de Casalegio, recipientibus pro se et Azone et Baldicione fratribus eorum et pro suis et eorum heredibus, q. firmiter asserebant se et fratres suos esse homines solius dicte heremi Cam. et non alterius loci vel persone, et hoc coram Iuliano iud. ord. fuerunt confessi, medietatem pro indiviso unius platee pos. in Casalegio ubi fuit curia Cam.: ab uno latere Parifini, ab alio eccl. de Casalegio, a tertio Casalekiorum, a quarto via; et petiam unam terre et vinee pos. in Casalekio u. d. in Clusella: ab uno latere terra Rodulfi, ab alio filiorum Merli predicti, a duobus vie, cum earum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Promiserunt dare et solvere annuatim, per totum mensem sept., star. quatuor grani ad rectum star. de Aritio, in villa de Casalegio conductum, scilicet star. unum nomine pensionis pro platea et alia tria pro dicta terra et vinea in eadem villa de Casalegio nuntiis Cam. fideliter assignatum, et quotienscumque distulerint solvere dictum granum per duos menses ultra terminum, tunc promiserunt solvere et dare, pro pena, libr. tres den. Pis. Pena: libr. viginti den. Pis. Act. in castro Soci. Interfuerunt Orlandinus Ubertini, Mafeus Agine, Azo Guilielmini, Truffa Agineti et Petrus Novetti tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. *Summaria, c. LXVII, n. 4.*

1998. *11 Marzo 1233.*

« Donnus Sollicitus prior S. Mich(aelis) de Aritio et Guido Varchalaqua, constituti arbitri ab Ildebrandino converso et sindico Cam., nomine Cam. heremi, et a Ianni f. suo Marciano super questione quarumdam terrarum, quas predictus sindicus pro Cam. heremo pettebat a predictis, suo arbitrio predictam questionem taliter finierunt, videlicet quod predicti Ianni et Iohannes[1] et eorum heredes in perpetuum habeant totam illam terram questionis, XL^a^ videlicet star., pos. in plebeio de Ficareto, in curte de Marciano, in sex locis, cum ipsarum finibus, quam Marisinus et Iohannes f. olim Iohannis et Subilia eorum mater, pro remedio

animarum suarum et suorum parentum, obtulerunt Cam. heremo. Et predicti Ianni et Iohannes per se suosque heredes in perpetuum solvant annuatim pro dicta terra, nomine pensionis, in festo s. Stephani priori de Cur(te) Lup(onis), recipienti pro Cam. heremo, sol. IIII^{or} den. bon. et spend. Sub a. Domini M^{o}CC^{o}XXXIII°, V^{o} id. mar. Carta manu Rubei not. ».

Summaria, c. CXLV, n. 2. Cf. il reg. n. 1994.

[1] *Già ricordati nel reg. n. 1994, che nei Summaria sta innanzi a questo.*

1999. *Eremo Camaldolese di Bologna, 17 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, tempore Gregorii pp. et Federici imp., die XV ex. mar., ind. VI, in heremo S. Marie Cam. Bon., in capitulo. Presentibus Aimerigo abb. S. Politi Fan., Iohanne priore heremi nove, Palmerio converso et aliis, G(uido) prior Cam. elegit Bonum tunc maiorem claustri Fontis boni in maiorem rectorem prefate heremi Bon. et ipsi electo [li]brum regule cum clavibus commisit et dedit administrationem spiritualem et temporalem heremi memorate; Bonus administrationem recepit et promisit obedientiam et reverentiam secundum regulam b. Benedicti et consuetudinem Cam. Petrus imperialis not.

Originale. Precede, nella stessa pergamena, il documento seguente. Mittarelli, IV, 328 cit.

2000. *S. Michele di Castel de' Britti, 19 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, tempore Gregorii pp. et Federici imp., die XIII ex. mar., ind. VI, in capitulo S. Micahelis Castri Brictonum. Presentibus Aimerigo abb. S. Politi, Iohanne priore heremi nove, Bono maiore heremi Cam. Bon., Palmerio converso et aliis, G(uido) prior Cam., quia intellexerat ab Henrigo ep. Bon. et magistro Tancredo archidiac. suo, quod ipsi volebant et aspirabant iura heremi Cam. impedire et dicto priori auferre q. habet in mon. suis, in dioc. Bon. sit., videlicet in mon. S. Cristine, in heremo S. Marie Cam. et in hospitali S. Marie de Ravona et mon. S. Marie de Behtleem, appellavit ad pp., inhibendo eis et contradicendo ne ipsi per se ipsos vel per alios occupent dicta mon. vel loca, nec eis in spiritualibus vel in temporalibus aliqua gravamina vel iniurias inferre presumant. Petrus imperialis not.

Originale. Segue, nella stessa pergamena, il documento precedente. Cf. il reg. n. 2004.

2001. *Eremo Camaldolese di Bologna, 23 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, die nono ex. mar., ind. sexta, in contrata heremi Cam. de Bononia, prope ipsam heremum, in ped(e) bosschi

q. d. Burelli, iuxta viam. Presentibus Bono priore ipsius heremi Cam., Iohanne priore heremi nove et Palmerio serviente prioris Cam. maioris et Iacobo not. de Castro Britonum, Bonifatius abb. mon. S. Michaelis de Castro Britonum confitetur et confessus fuit priori Guidoni maioris heremi Cam., quod Girardus qd. abbas dicti mon. monachavit eum et quod ipse obedientiam ipsi abb. promisit et quod usque nunc portavit habitum monachalem secundum congregationem et consuetudinem Cam. Item confitetur ei quod ipse prior heremi maioris elegit eum in abb. dicti mon. de voluntate suorum fratrum et ex sua auctoritate ipsum Bonifatium in abb. confirmavit et administrationem dicti mon. de spiritualibus et temporalibus sibi dedit et quod ipse abbas obedientiam ipsi priori promisit. Item confitetur et promisit eum pro domino et patre spirituale habere et tenere secundum quod actenus, cum factus fuit abbas, tenuit et secundum quod Ugo et Girardus et alii sui antecessores tenuerunt eum pro domino et spirituale patre. Item corporaliter iuravit et promisit rationes suas et sue heremi, quas habet in dicto mon., salvare et non diminuere et confiteri bona fide sine omni fraude et non contravenire, nisi dictus prior eas per sententiam amitteret. Postea statim, die eadem, pervenerunt ad eccl., q. est iuxta hospitale dicte heremi Cam. Bon., et ibi in dicta eccl., presentibus dictis prioribus et dicto Palmerio et Iacobo not. et Girardello Silvestri, dictus prior maioris heremi, solemniter dicendo « Miserere mei Deus », et alii dicti priores cum virgis ipsum abb. verberando et cum orationibus faciendo et dicendo, extraxit ipsum Bonifatium abb. de excomunicatione et eum ab omni vinculo excomunicationis liberavit et absolvit; item promisit ipsi abb., osculo pacis interveniente, ipsum abb. manutenere in honore et statu donec viveret, in omni modo quod potuerit, cum Deo et cum iustitia. Hoc facto dictus abbas confirmavit et approbavit omnia et singula, q. supra confitetur et promisit dicto priori. Recordatus similiter et eodem modo iuravit et confitetur ut dictus abbas et similiter et eodem modo liberatus et absolutus fuit a dicto priore Cam. maioris ab omni vinculo excomunicationis et incontinenti dictus prior recomendavit eum Recordatum ipsi abb. pro suo modo et misit eum in manu sua. Iacobus not. de Castro Britonum.

Originale. *Mittarelli, IV, 328 cit., datato* die nono mar.

2002. *Presso l'eremo Camaldolese di Bologna, 26 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, tempore Gregorii pp. et Federici imp., die VI ex. mar., ind. VI, apud heremum S. Marie Cam. Bon. Presentibus Iohanne priore heremi nove, Bono maiore Fontisboni, Pal-

merio converso et Bencevenne converso, Bonifatius abbas mon. S. Michaelis Castri Brictonum, Iohannes et Blasius monachi dicti mon. iurati dixerunt coram Guidone priore Cam. et confessi sunt quod prefatum mon. subest in omnibus, spiritualiter et temporaliter, priori Cam.; in institutione et destitutione abb. et monachorum et conversorum dicti mon., in obedientia quantum abbas prefati mon. quam omnes monachi et conversi eiusdem, tam in capite quam in membris, exibent et debent exibere dicto priori Cam.; et dictus prior dat administrationem spiritualem et temporalem abbatibus et ipsos instituit et confirmat et recipit obedientiam ab eis et visitat per se atque suos visitatores dictum mon. sicuti alia mon. sui ordinis, et prefata omnia fecit et recepit sine contradictione. Petrus imperialis not.

Originale. *Mittarelli, IV, 328 cit., datato* die sexta mar.

2003. *Foiano, 27 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, Gregorio pp. residente, Frederico imp. imperante, ind. VI, sexto kal. apr. Ugolinus et Pierus olim Marini, pro redentione animarum eorum et hominibus eorum domorum, promiserunt dare et solvere et dare voluerunt et promiserunt solvere gastaldo de Corte vecchia, Bernardino castaldo, recipiendo pro abb. de Cam., in quolibet anno, continue sine ullo intervallo, in estivo tempore, decimam de quadam petia terre pos. in curia Foiani a Fonte quarata, iuxta Gratianum et eos Pierum et Ugolinum, de illo fructu q. esset in terra predicta et ad voluntatem predictorum promittentium. Act. in burgo Foiani, ante domum Pieri et Ugolini, « presentibus Ruberti castaldo S. Tiçi, Brenchi, Grescii et aliorum ». Rainaldus Busi not.

Originale. *Summaria, c. CLXV, n. 2.*

2004. *Bologna, 28 Marzo 1233.*

A. MCCXXXIII, die quarto ex. mar., ind. sexta, Bon(onie), in sala Bon. ep. « Nos Bencevenne sindicus Cam. eremi, generale habens sindicatus offitium et mandatum a vobis, domne Henrice Bon. ep., appello ad domnum pp. quia mittitis et misistis falcem in alienam messem, occupando iura, possessionem vel quasi possessionem in mon. Castri Britonum et in S. Damiano, quia sollicitastis cum magistro Tancredo Bonifatium et quosdam alios monachos, conludendo cum eis in preiuditium eremi memorati, quia vultis, immo presumpsistis iam vexare et perturbare in iure suo, in possesione vel quasi possesione, eremum memoratum, usurpando vobis et vendicare volendo legem iurisdictionis vel diacesianam in mon. Castri Britonum, in mon. S. Damiani, in mon.

S. Cristine, S. Marie Beleem et in eccl. S. Marie de Ravone, q. mon., sicut patet per multa privilegia Romanorum pontificum, spectant ad predictum eremum pleno iure. Ne igitur vobis latius pateat facultas vel desiderium occupandi predicta, omnia predicta mon. et iura etiam eorumdem apostolice protectioni supponens propter predicta gravamina et alia suo loco et tempore proponenda, appello ad domnum pp., prohibens ex parte domini Iesu Christi, ut pro reverentia R. E., ut iura predicta non occupetis, vexando eremum memoratum vel mon. antedicta, quorum iura, possesiones, monachos et conversos generaliter et spetialiter apostolice protectioni suppono, dicens ea ad R. E. nullo, nisi Cam. eremo, medio pertinere, unde omnia mon., domos et hospitalia, q. Cam. heremus habet in episcopatu Bon., apostolice protectioni suppono ». Presentibus magistro Amico dicti ep. magistro, Sigicello iud. de Unçola card. dicti ep. suscalco et Iohanne f. Martini dicti ep. not. tt. Petriçolus Boni Iohannis not.

Originale. Mittarelli, IV, 328 cit., datato die quarta mar. *Cf. il reg. n. 2000.*

2005. *Marzo 1233.*

« Divicia f. olim Ubertini Caçoli de plebe Micciani promisit in perpetuum solvere donno Guidoni priori Cam., recipienti pro Cam. heremo, star. VI boni grani et star. II spelte, ad legittimum star. contracte, nomine fictus, pro locatione sibi facta a predicto priore unius poderis, q. olim fuit Petrucioli de plebe Miciani conversi dicte eccl. Cam., cum domibus, terris, silvis, vineis, pasturis et stirpetis poderis predicti. Sub a. Domini M°CC°XXXIII, * * mense mar. Carta manu Salomonis not. ».

Summaria, c. CXXV, n. 3.

2006. *Castiglione di Fatalbecco, 17 Aprile 1233.*

A. MCCXXXIII, mense apr., XV kal. mad., ind. VI, Fred(erico) imp. Presb. Melior eccl. de Castilione Fatalbeco, cum esset dictum a pluribus dictum presb. fecisse comburi palearium heremi Cam., q. erat apud metitum, et fecisse fieri alias ofensas in rebus et personis loci predicti et spetialiter Rigoni castaldo et converso ipsius, promisit Benedicto vicario dicte heremi, nomine ipsius loci stipulanti, omnia damna et ofensas, q. viderentur eidem vicario dictum presb. fecisse vel fecisse fieri vel dedisse aliquo modo, emendare et satisfacere prout idem vicarius dixerit vel preceperit seu arbitratus fuerit per se vel per alium. Pena: X libr. den. Pis. Item Picarinus et Detefeci promiserunt stipulanti dicto vicario, intrando in recoltam pro dicto presb. Meliori, dare

x libr. den. Pys. vel pingnora mobilia pro x libr. den. — quando ipse vel alius pro eo petierit ab eis vel ab aliquo eorum et uno eorum solvere, alius liberetur — et omne damnum et expensas restituere; et dictus presb. dedit ei licentiam faciendi de dictis pingnoribus suam voluntatem vel dictis x libr., si non observaverit omnia predicta. Act. in eccl. dicti castri, presentibus Iustino, Çanne fabro, Vivolo Albiani et Brunetti Menge. Plantanellus iud. et not.

Originale.

2007. *Foiano, 27 Aprile 1233.*

A. MCCXXXIII, ind. sesta, Gregorio pp. residente, Frederico imp., quinto kal. mad. Bernardinus olim Giliot et ff. eius Ranucius et Ranerius vendiderunt et tradiderunt Bernardino vilico Curtis vekie de plano Aritii, recipienti pro eremo de Cam. et pro iamdicta Curte vekia suisque successoribus, quamdam petiam terre pos. in curia Foiani ad Gionchetum, iusta viam a tribus lateribus et iusta Gratianum, Paulum Mencucii, Ranerium olim Foialli et iusta terram dicte Curtis vekie, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas, omnique iure et actione. Pro pretio viginti et octo libr. den. Pis., q. confessi fuerunt sibi fore solutum; et quod plus erat vel plus valebat, eidem simpliciter inter vivos donaverunt pro merito legis ab eo recepto. Pena: duplum. Act. in castro Foiani, in platea Orlandi olim Sofredi. Interfuerunt Rubertus vilicus de S. Tieçi, Brachius Savie et Benevegniate olim Sanese tt. Ranerius not.

Originale. Summaria, c. CLXV, n. 3.

2008. *Arezzo, 8 Giugno 1233.*

Bernardinus vilicus et rector hospitalis de Cortevechia per se suosque successores, ante solutionem sibi factam, vendidit, dedit, cessit, concessit atque mandavit Manvolbe olim Amati et suis heredibus, aut cui ius suum dederit, omnia nomina et omne ius, actionem, rationem, petitionem, persecutionem utilem, directam, realem, personalem, quod et quam habebat et habere poterat sive habere sperabat adversus abbatiam S. Quirici et eius res et bona in undecim libr. den. Pis. sortis.[1] et in pena, damnis et expensis, q. sibi solvere tenebatur dum Piero olim prior dicte abbatie, nomine ipsius abbatie et etiam pro ipsa abbatia, pro frumento, sicut dicebant hec omnia contineri in publico instrumento manu Guidonis not. confecto, et omne ius, q. habebat adversus

dictam abbatiam nomine ipsius frumenti, eidem concessit, constituens eum inde procuratorem tamquam in rem suam, et confessus fuit post hanc venditionem sive iuris cessionem iustum pretium et meritum recepisse ab eodem, scilicet undecim libr. den. Pis. sort.[1] et quinquaginta sol. pro damnis et expensis. Pena: duplum. Act. in civitate Art(ina)[2], ante plebem S. Marie, coram Ruberto vilico de S. Tieço, Bonacurso Boncompagni et Bonacurso qd. Fabbri tt. A. MCCXXXIII, ind. sexta, Gregorio pp. residente, Fred(erico) imp., sexto id. iun. Ballione f. Gianelli iud. ord. atque not.

Originale.

[1] *Così nell' orig. con segno d'abbreviazione.* [2] *Nell'orig.* Art *con segno d'abbreviazione.*

2009. *Castiglione, 9 Giugno 1233.*

A. MCCXXXIII, V id. iun., tempore Federici imp., ind. VI[a], in mercato Castilionis. In presentia Bonensegne Guidonis, Canbii olim Martii, Barfoli olim Candutii et Ugonis olim Ubertini tt. Fumasius et Guido fratres ff. olim Çanni de Liorleriis promiserunt dare et solvere annuatim, nomine census, Rigolo castaldo Motane et eius successoribus in perpetuum septem sol. Pis., in festo s. Stephani de mense dec., nomine et occasione duodecim operum manualium et unius opere boum in semente, q. ei annuatim facere tenebantur pro quibusdam terris, quas a dicto Rigolo castaldo tenent in feudum; et in alia parte eidem Rigolo castaldo dare promiserunt, similiter nomine census et in dicto termino, unam gallinam et unum den.; pro quibus omnibus supradictis dictus Rigolus eos absolvit a prestatione supradictorum operum. Pena: sexaginta sol. Pis. Guido imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. CXXV, n. 1.

2010. *Borgo S. Sepolcro, 12 Giugno 1233.*

A. MCCXXXIII, die XII intr. iun., ind. VI, tempore Gregorii pp. noni et Feder(ici) imp. Barfolus olim Canducii fuit confessus recepisse in livellum, in vita sua suorumque filiorum et nepotum legitimorum masculinorum et feminarum, ab Herrigo castaldo de Motana pro Cam. petiam unam terre sit. in parochia S. Crescentini: a duabus partibus regla, ab alia presb. Vivolus et ab altera ff. Çanni Giraldi, et est in Dividitoia. De qua terra tenetur annualiter, usque ad dictum constitutum expletum, dare, nomine census, dec., IIII den. Pys., ita tamen quod ille q. portaverit censum habeat tunc a castaldo expensas, quando portaverit censum et, salvo si castaldus vel eius successores aliquo tempore vellent in dicta terra facere reglam, quod libere facere possit, re-

salvando dictum Barfolum et eius heredes de ipsa quantitate terre quam acceperit ad dictum duorum amicorum communalium sine malitia, et teneatur de ipsa terra decimam dare annualiter. Habuit castaldus dictus de dicta concessione LV sol. den. Pys. Pena: duplum. Act. in burgo S. Sepulcri, in presentia Cacie testoris, Albertini Lastai et Girardi Rubei de Corçano tt. Marcus not.

Originale. Summaria, c. CXXV, n. 2.

2011. *Fontebuono, 14 Luglio 1233.*

A. MCCXXXIII, die XIIII intr. iul., ind. VI. Bonifatius abbas S. Michaelis de Castro Britonum, tactis sacris evangeliis corporaliter, iuravit per s. Dei evangelia quod non dedit nec dabit instrumenta vel ius aliquod, que vel quod spectarent ad mon. S. Michaelis predicti et Cam. heremum, ep. Bon. vel alicui alteri in ipsius mon. et dictē heremi preiuditium et gravamen, et si aliqua fecit contra ipsum mon. vel dictam heremum cum ep. Bon. vel cum aliquibus aliis, in irritum revocabit et revocare bona fide promisit, et de cetero nec cum ipso ep. nec cum aliqua persona contra ipsum mon. S. Michaelis et eius et consuetudinem prioris Cam. eiusdem heremi [facie]t; set pro ipso mon. S. Michaelis et heremo Cam. tam predicto ep. quam omni alii persone contra domum [Cam.] agentibus, tam in expensis causando quam in aliis oportunis, pro suo posse resistet, nec dicto ep. vel [alii] persone contra priorem Cam. auxilium, consilium vel favorem dabit, et priori Cam. et suis catholicis [succ]essoribus per omnia obediet secundum regulam b. Benedicti et consuetudinem Cam., iura et consuetudines et usus, que et quos prior et domus Cam. habebat vel habuit in ipso mon. S. Michaelis, bona fide et posse suo ipsi priori et suis successoribus conservabit illesa. Guido prior Cam. remisit eidem abb. iniurias et offensas, quas intulit sibi dictus abbas cum ipso ep. vel aliis personis, per se vel per alios, dignitatem et administrationem seu abbatatum et prelaturam sibi per omnia confirmando et occasione ipsarum iniuriarum vel offensarum contra dictum abb. vel suam dignitatem vel administrationem aliquam non sumere ultionem. Act. in camera dicti prioris de Fonte bono, presentibus et consentientibus eidem priori Ugone maiore heremi, Iosep maiore Fontis boni, Benedicto sacrista et Martino, Massaio, Petro, Iunta et Iohanne fratribus Fontis boni. Interfuerunt Aimericus abbas S. Ypoliti Faventini, Consilius et Placitus tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Mittarelli, IV, 328 cit., colla data die decima tertia iul.

2012. *Poppi, 21 Settembre 1233.*

A. MCCXXXIII, ind. VI, die XI kal. oct. Bonacursus, Bonizo et Lanbertus pro se et Aldebrandino et Rolandino fratribus eorum, pro remedio anime patris eorum Ugolini de Guidingo et pro remedio animarum eorum et parentum eorum, dederunt, tradiderunt, donaverunt atque in eternum concesserunt Placito camerario Cam., recipienti vice et nomine Cam. heremi, petiam unam terre pos. in Bucena, in clusa q. d. de Terrio[1]: ab uno latere terra Cam. heremi, ab alio fossatum, a tertio Manelli, a quarto Guidonis de Gianutio, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Promiserunt predictam petiam terre defendere et auctorizare et se ita facturos et curaturos quod dicti Aldebrandinus et Orlandinus omni tempore predicta omnia et singula rata et firma habebunt et tenebunt, nec contra aliquo ingenio venient. Pena: duplum. Act. in Popio, in porticu presb. de S. Marco. Interfuerunt Bonavolia de Popio, Rodulfus f. qd. Rigetti et Mafeus f. Orlandini de Camprena tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale.

[1] *L'orig. ha* trio *con segno d'abbreviazione.*

2013. *Soci, 27 Settembre 1233.*

A. MCCXXXIII, die quinto kal. oct., ind. VI. Bonasor uxor Orlandini Guilielmi de Soci, de consensu ipsius viri sui, et ipse Orlandinus, uterque in solidum, confessi se in veritate pro pretio recepisse ab Ugolino de Amico libr. quatuor et dim. den. Pis., pro quo pretio, uterque in solidum, vendiderunt, tradiderunt, dederunt atque in eternum concesserunt eidem Ugolino petiam unam terre pos. in terratorio de Soci u. d. in Podiale: ab uno latere via, ab alio Berignum, a tertio emptor, a quarto vinea Iuliani not., cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena: duplum. Act. in castro Soci; hoc tamen fuit actum quod ita serviat eam Cam., sicut ipsi faciebant. Interfuerunt Orlandinus Cabukius, Buccarone et Gerardus ff. Ianelli tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale.

2014. *Presso Anghiari, 11 Ottobre 1233.*

A. MCCXXXIII, V id. oct., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. VI^{a}, prope castrum Anglaris, in harea Iohannis Guilielmi. In presentia Dominici olim Valentini, Ugonis de Miçano et Guelfolini de Miçano tt., Rigolus conversus Cam. et castaldus domus Motane pro Cam., consensu, voluntate et presentia Ia-

cobi de Çanello, dat, tradit atque libellario iure concedit Guidoni de Boseco de Luçano et filiis et nepotibus in tertiam generationem unam petiam terre pos. ad plebem Miçani in l. q. d. Filinti[1], q. est LXX tab. ad perticam legitimam XII pedum: ab una parte Dominicus olim Valentini, ab alia parte Çanni, ab alia parte Detesalvi de Casole et iuxta viam. Quam terram dictus Iacobus Çanelli a dicta domo Motane habuerat ad libellum, et per supradictum eum investit una cum dicto Iacobo. Confitetur se ab eo recepisse XLV sol. Pis., et dictus Iacobus confessus est ab eo similiter recepisse pro qualibet tab. quattuor sol. Pis. minus IIII den. Pro hac libellaria, nomine pensionis, omni anno in mense aug. tres den. de Pisis is et filii et nepotes persolvant cum decimatione dicte terre; et quando censum reduxerit, (Rigolus) teneatur ei vel eius nuncio dare commestionem de duobus annis semel. Pena: centum sol. Pis. Guido imperialis aule not.

Originale.

[1] *Nome di lettura incerta.*

2015. *Cella, 6 Novembre 1233.*

A. MCCXXXIII, tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. VI^{a}, die VI intr. nov. Bonus prior Celle inter Ambas Paras, presentibus et consentientibus fratribus suis, scilicet Benedicto, Machario, Guidone, Iohanne monachis, dat et concedit in emphyteosyn Çanni Folli eiusque heredibus, in tertia herede expleta ad renovandum, X petias terre pos. in plebe Vignolis, q. sunt XV turn., et territorio dicte plebis. Confines: a primo latere prime petie terre, pos. in l. q. d. Argine, via, a II° Tiber et ospitale Nastelli, a III° Leto; a primo latere secunde petie terre, pos. in d. l., via, a II° ospitale, ab aliis Leto; a primo latere tertie petie terre, pos. in l. q. d. Salaiolo, Çovanellus, a II° latere Leto, a III° Rupine, a IIII° Marochi; a primo latere quarte petie terre, pos. [ad] summum Ragum de Argine, Servolus, a II° Condofarellus, a III° via, a IIII° Rupine; a primo latere quinte petie terre, pos. in l. q. d. Fileino, Rofolani, a secundo plebis de Vignole, a III° Marochi, a IIII° Piçoka; a primo latere sexte petie terre, pos. in l. q. d. Rattornari, Brunelli de Cotolo, a II° Marochi, a III° Albrigones, a IIII° Iohannes Villanus; a primo latere septime petie terre, pos. in d. l., Barfolus, a II° Çovanne de Rainerio, a III° Maii et Benecasa, a IIII° Rupina; a primo latere octave petie terre, pos. in l. q. d. Piçolo, Çovanne de Rainerio de Vicino, a II° Rupine de Massanis, ab aliis Baldolus; a primo latere none petie terre, pos. in l. q. d. Valdetito, Auliverus, a II° Finiguerra, a III° et IIII° fossata; a primo latere X^{e} petie terre, pos. in l. q. d. Raiçanuei,

Rainerius, a II° Albrigones de Fonteclusa, ab aliis Fuscherius et Albrigones de Casaldice, cum superioribus et inferioribus finibus, accessibus et egressibus suis usque in vias publicas. Pro pretio C sol. Rav., [q]uos confitetur se ab eo fore bene solutos. Per Barfolum suum castaldum eum investit, dando omni anno unum den. pro pensione et in Nadale I spallam et II focatias et VI operas boum et I operam ad segere et I ad metem et I cum sapa et I star. grani in area ad star. currentem usque in eius tertiam heredem expletam; quarta novum emphyteosyn instrumentum hoc ordine renovetur, dato simili pretio. Pena dupli. Act. ad dictam Cellam. Testes: Benecasa de Coloreo, Iacobus de Frageto, Petus [..]ulcus et Novelone. Iohannes imperialis not.

Originale.

2016. *Paganico, 7 Novembre 1233.*

A. MCCXXXIII, ind. VI, die VII intr. nov., tempore Gregorii pp. et Federici imp. Paganuçius de Corçano per se suosque heredes ac successores dat et donat inter vivos Iohanni priori heremi nove eiusque fratribus et successoribus duas petias terre pos. in Paganico; prima l. q. d. al Mormoreto, iuxta heremum novam[1] [a] tribus lateribus, a quarto Orlandinus; secunda pos. ad Pirum Strangolabicci, iuxta heremum novam[1] ex omni latere; tamen pro illa dal Mormoreto habuit antiquitus XX sol. Rav. Item donat omne ius et actionem, quod et quam habet vel habere sperat in residio et circuitu domus de Paganico, cum introitibus et exitibus suis. Pena: X libr. Rav. Act. in Paganico, in domo conversorum, coram Pritello, Pace et Poço de Paganico tt. Clarmons not.

Originale.

[1] *Nell'orig.* iuxta vos

2017. *9 Novembre 1233.*

« Sinibaldus olim de Castillione per se suosque heredes in perpetuum promisit solvere Cam. heremo annuatim star. IIII^or^ boni grani et star. IIII^or^ bone blade, milii vel panici, annuatim de mense aug., apud hospitale de Cagiolo, pro fictu occasione unius poderis pos. in curia de Cagiolo et de Cesa, q. emit a Baroncello de Cagiolo, salvo dominio et proprietate Cam. heremi et fictu predicto star. VIII grani et blade. Quod podere sic decernitur: prima petia est pos. ad Quercietum Bonsaveris, iuxta predictum Bonsavere et Guidonem Panfilie et Bonagratiam olim Guidonis Venne; secunda petia pos. est ibidem, iuxta viam et Gerardum Crudelem et dictum Guidonem; tercia pos. est ibidem, prope dic-

tam viam et iuxta Benencasam, pro indiviso, et iuxta Bonsavere et Adactum; quarta petia pos. est in l. d. al Terme, iuxta Beccum et Ondedeum Iunete et Uguitionem fabrum de Cesa; alia est pos. in Ronchora Piscaiolis, iuxta silvam mon. Cam. et Benencasam Crudelem et Marianam Cotti; alia est pos. ad Pusinellum, iuxta Vivolum Albertinelli et Ugonem olim Guillelmini; alia est pos. ad Perellum, iuxta dictum Beccum et filios olim Davançi et dictum Ugonem; alia est pos. in Tesole, iuxta Donçellam et dictum Gerardum et dictum conductorem; alia est pos. in curte Cagioli vel Cesa, iuxta Vepres vel Lothoringum et Bonagratiam Guidonis Venne et Brunettum et Dominicum Brusciati; alia est pos. in curia Cese in Capitella, iuxta Martinum Cocci et Parentem et Biasium Porci; alia est pos. in dicta curia, prope Querciam Yseppi et viam, Perullum et Scionem et Orlandum Iseppi. Pro pretio sol. XL^{a}. Sub a. Domini M^{o}CC^{o}XXX°III°, V^{o} id. nov. Carta manu Boncompagni not. ».

Summaria, c. CXLV, n. 3.

2018. *Monastero di Castel de' Britti, 13 Dicembre 1233.*

A. MCCXXXIII, die tertia decima intr. dec., ind. sexta, in capitulo mon. Castri Britonum. Presentibus Bono priore eremi Cam. de Bononia, Ugone S. Marie de Ravone, Rodolfino converso Cam. et Ugolino Tedhelaxie et toto capitulo dicti mon., Benedictus vicarius Cam., cum dedisset difinitivam sententiam depositionis sive remotionis pro suis excessibus contra Bonifatium qd. abb. mon. S. Michaelis dicti castri, ut apparet per publicum instrumentum ab infrascripto not. confectum, cum dictus Bonifatius sederet in capitulo dicti mon. iusta prefatum vicarium in scanna q. est in capitulo, in qua abbates dicti mon. in capitulo, secundum ordinem Cam., sedere solent et de consuetudine dicti mon., statim dixit dicto Bonifatio ut descenderet de dicta scanna et sederet inferius in banco alio, in quo sedebant alii fratres. Qui statim surrexit de dicta scanna sine aliqua reclamatione et sedit in dicto banco, q. erat inferius, cum aliis fratribus et postea appellavit. Çangni de Castro Britonum Ottonis qd. imp. not.

Originale. Nello Spoglio: 1233, Dicembre 13, n. 1. *Mittarelli, IV, 328 cit. Cf. i regg. nn. 2019-2021.*

2019. *Monastero di Castel de' Britti, 13 Dicembre 1233.*

A. MCCXXXIII, die tertio decimo intr. dec., ind. sexta, in capitulo mon. S. Michaelis Castri Britonum. Presentibus Bono priore eremi Cam. de Bononia, Ugone priore S. Marie de Ravone, Ugiptione, Recordato et toto capitulo dicti mon., Benedictus

vicarius Cam. interrogavit Bonifatium qd. abb. mon. predicti, si ipse tulerat turibulum argenteum et crucem argenteam et pluvialem dicti mon.; qui, respondens, confessus fuit quod ipse tulerat in proxima nocte preterita pro suis necessariis. Dictus vicarius precepit ei, sub debito iuramenti, q. sibi fecerat infrascripto[1] presente not., ut apparet per publicum instrumentum ab infrascripto[1] not. confectum, quod redderet sive restitueret predicta in presenti; qui, respondens, dixit quod non restitueret, sed vellet adhuc habere centum libr. de bonis mon. Et prius data sententia contra eum, preceperat ei dictus vicarius, sub debito sacramenti et sub pena excomunicationis, quod redderet et restitueret dicto mon. thesaurum, instrumenta et si alias res haberet dicti mon. per totam diem illam, et excomunicavit eum, anathematiçavit, si non faceret predicta. Cuius precepto contempto et excomunicatione, thesaurum et alia predicta non restituit dicto mon., ut preceptum fuit. Çangni de Castro Britonum Ottonis qd. imp. not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1233, Dicembre 13, n. 2. *Cf. i regg. nn. 2018, 2020-2022.*

[1] *Nell'orig.* me

2020. *Monastero di Castel de' Britti, 13 Dicembre 1233.*

A. MCCXXXIII, die tertio decimo intr. dec., ind. sexta, in capitulo mon. S. Michaelis Castri Britonum. Testes: Bonus prior heremi Cam. de Bononia, Ugo prior S. Marie de Ravone, Rodolfinus scutiferus Benedicti vicarii Cam., Ugolinus Tedhelaxie. Ugiptio, Petrus, Iohannes, Bonnus, Recordatus, Gratiadeus monaci dicti mon., presb. Iacobus, presb. Petrus, presb. Enricus, Liardinus, Guido Burgi, Iohannes Rofene, Baldoinus, Rubaldinus, Sigiçus, Vivianus, Guiducius, Albertinus monachi et conversi dicti mon. Castri Britonum promiserunt et compromiserunt in Benedictum vicarium Cam. et vices suas dederunt et iurisdictionem suam, quam habebant in eligendo abb., ut ipse eligeret abb. quem vellet in dicto mon. Castri Britonum et, si eligeret aliquem in abb. q. non reciperet, dederunt sibi potestatem quod posset eligere alium, et promiserunt sub pena sui ordinis recipere et tenere pro abb. illum, quem dictus vicarius eligeret. Çangni de Castro Britonum Ottonis qd. imp. not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1233, Dicembre 13, n. 3. *Cf. i regg. n. 2018, 2019-2021 e 2022.*

2021. *Monastero di Castel de' Britti, 13 Dicembre 1233.*

Benedictus vicarius Cam., de consensu et voluntate monacorum et conversorum mon. S. Michaelis Castri Britonum, scili-

cet Ugitionis, Petri, Iohannis, Boni, Recordati, Gratiadei monaci dicti mon., presb. Iacobi, presb. Petri, presb. Henrici conversi, et voluntate et consensu omnium aliorum conversorum dicti mon. et ex suo offitio, elegit in abb. dicti mon. S. Michaelis castri predicti Henricum abb. mon. S. Michaelis de Pisis Cam. ordinis. Act. in capitulo iamdicti mon. S. Michaelis Castri Britonum, a. MCCXXXIII, die tertio decimo intr. dec., ind. sexta. Interfuerunt Bonus prior heremi Cam. de Bononia, Ugo prior S. Marie de Ravone, Rodolfinus scutiferus predicti vicarii et Ugolinus Tedhelaxie et Frassetus tt. Çangni de Castro Britonum Ottonis qd. not.

Originale. Nello Spoglio: 1233, Dicembre 13, n. 4. *Mittarelli, IV, 328 cit. Cf. i regg. nn. 2018-2020 e 2022.*

2022. *Monastero di Castel de' Britti, 18 Dicembre 1233.*

A. MCCXXXIII, die quarto decimo ex. dec., ind. sexta. In eccl. mon. S. Michaelis Castri Britonum, congregato ibi populo dicti castri ad audiendam missam, Benedictus vicarius Cam., cum ipse excomunicasset Bonifatium qd. abb. dicti mon. die tertio decimo intr. dec. pro eo quod furatus fuerat thesaurum dicti mon., scilicet turibulum argenteum, crucem argenteam et pluvialem, et non reddidit, et quia rebellis et contumax existebat dicto vicario et pro aliis suis excessibus, denuntiavit ipsum excomunicatum solemniter, candelis accensis et extinctis et campanis pulsatis, usque ad satisfationem condingnam, et excomunicavit omnes dantes adiutorium et iuvamen ad permanendum in sua contumacia et contra vicarium pre[ta]xatum. Act. in eccl. dicti mon. Interfuerunt Bonusromeus castaldus, Rubeus Giçardini, Piçanus, Girardictus Osbergi, Guirardictus Algardine, Bertolus Arardoli, Gaioçus, Ervaxinus, Ugiptus, Caxanellus, Ansaldinus, Çotolus, Albertus castaldi, Albertinus Ugonis et alii quam plures tt. Çangni de Castro Britonum Ottonis qd. imp. not.

Originale. Nello Spoglio: 1233, Dicembre 17. *Cf. i regg. nn. 2018-2021.*

2023. *Monastero di Castel de' Britti, 24 Dicembre 1233.*

A. MCCXXXIII, die octavo ex. dec., ind. sesta. Super balconem claustri mon. S. Michaelis de Castro Britonum, presentibus Iacobo not., Laçaro et Braço nunciis communis Bon. tt., Recordatus monachus dicti mon. renunciavit omne ius et actionem, quod et quam habebat in mon. pretaxato vel in eius membris et locis, in manibus Benedicti vicarii Cam., et promisit et corporaliter iuravit quod deinceps per se vel alium vel alios non offenderet nec offendi faciet dictum Beneditum vicarium Cam. et domum Cam. et abbatem et fratres mon. memorati et res dicti

mon., nec consiliabit nec favorem dabit Bonifacio vel alicui vel aliquibus contra predictas personas vel res. Et insuper dictus vicarius eum excomunicavit, si predicta omnia et singula integre non servaret, et hoc presentibus Ugipcione, Petro de Cremona, Petro de Nunantola et Viçencio et Bono monachis mon. predicti. Gerardellus Caxanelli de Castro Britonum not.

Originale.

2024. *26 Dicembre 1233.*

« Aldebrandus Balduini de Mogiona pro remedio anime sue suorumque parentum donavit pure et irrevocabiliter inter vivos magistro Vange converso Cam., recipienti pro Cam. heremo, infrascriptas terras pos. in territorio de Mogiona: prima est in l. u. d. Tega, iuxta terras heredum Rustichelli et magistri Leonis; alia est in l. u. d. Ortomaço, iuxta terras Cam. heremi, et terminatur via et fossato; alia est in l. u. d. In pratis, iuxta terras heredum Rustichelli et terras Cam. heremi; alia petia est pratum de Lepore. Sub a. Domini M°CC°XXXIII°, die VII° kal. ian. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXIIII, n. 6.

2025. *Monastero di Castel de' Britti, 4 Gennaio 1234.*

A. MCCXXXIV, die quarto intr. ian., ind. septima, in capitulo mon. S. Michaelis de Castro Britonum. Presentibus Adelgerio can. eccl. S. Petri de Bononia, Guidone Buciàlelli, Matheo Samaritane et Benvenuto Çançi Fabri iud. et multis aliis tt., Beneditus vicarius Cam. duxit Henricum abb. mon. S. Michaelis de Pisis, quem dictus vicarius elegerat, de consensu omnium fratrum infrascripti mon., in abb. mon. S. Michaelis de Castro Britonum, ut apparet scriptum per manum Çagni not. de eodem castro, solemniter cantando « Te Deum laudamus » in coro eccl. prefati mon., campanis pulsatis, et posuit eum in sede abb.; et postea duxit ipsum coram altari maiori dicti mon., dicendo cum fratribus dicti mon. « Miserere mei, Deus » et dicendo super ipsum orationem et omnia ibi faciendo, q. ordo Cam. in talibus requirit. Postea duxit eum in capitulum prefatum et dictus Henricus abbas recepit abbatiam prefatam et promisit dicto vicario, recipienti nomine et vice prioris Cam., intuitu abbatie sive officii sibi commissi obedientiam cum libro regule s. Benediti, et ipse dictum Henricum in abb. dicti mon. confirmavit, eumdem cum dicto libro et clavibus dicti mon. de spiritualibus et temporalibus investiendo, et bailitores dicti mon. claves, quas habebant, in manibus dicti

abb. umiliter assignarunt, et tam ipsi quam alii monachi et conversi predicti mon. cum libro eidem abb. obedientiam promiserunt, venientes omnes cum reverentia ad pacis osculum cum eodem; et omnia ibi facta sunt, q. in talibus Cam. ordo requirere consuevit. Nomina monachorum et conversorum: Ugipcio, Iohannes, Guido, Viçençius, Iacobus, Petrus, Bonus, Graciadeus, presb. Henricus, presb. Aiturius, Ulçanus conversus, Ribaldinus, Liardinus, Teuçulinus, Rodulfinus, Antonius, Ugipcio, Rainicinus, Iacobinus, Berardus et Albertucius monachi et conversi dicti mon. Gerardellus Caxanelli de Castro Britonum not.

Ortginale. Cf. il reg. seguente.

2026. *Monastero di Castel de' Britti, 17 Gennaio 1234.*

A. MCCXXXIV, die quintadecima ex. ian., ind. septima, in capitulo mon. S. Michaelis Castri Britonum. Presentibus Henrico abb. dicti mon., Guidone, Vicencio, Ugiptione, Petro, Iacobo, Bono monacis dicti mon., Petro, Rainaldo monacis Cam., Iohanne monaco dicti mon., presb. Ugone et presb. Petro Uçano, Rubaldino, Ugolino, Augustino, Ugolinello, Ugone, Guidone, Guiducio, Liardino, Viviano, Rodolfino, Rainucino, Guirardello, Dominico conversis dicti mon., Benedictus vicarius Cam. excomunicavit et solemniter anathematiçavit, candelis accensis et extinctis, Henricum abb. dicti mon. Castri Britonum et omnes in dicto mon. futuros abb., si aliquo modo vel ingenio cum aliquo ep. Bon. vel cum aliqua alia persona tractaverit vel tractari fecerit ad hoc, ut a plena iurisdictione heremi Cam. et ordine et consuetudinibus, quas in dicto mon. Cam. heremus habuit de iure vel facto vel habet vel habiturus est, dictum mon. subtrahatur, et eosdem remotos a prelatione pretaxati mon. esse censuit ipso iure; et eodem modo excomunicavit et removit non solum a mon., set ex toto ordine monacos et conversos nunc dicti mon. etiam et futuros, si fecerint supradictas (res); et eodem modo excomunicavit et removit omnes abbates, priores, abbatissas, et excomunicavit et removit monacos, muniales et conversos, q. sunt vel futuri sunt in mon. Cam. ordinis sive domibus in Romaniola constitutis, si cum episcopis vel cum aliqua persona aliquo modo tractaverint, ut prefata mon. et prefate domus a plena iurisdictione Cam. heremi et ab aliis, ut superius dictum est, ingenio aliquo subtrahatur vel subtrahantur, vel ipsi possent dare occasionem vel dari possit dicta mon. sive[1] domos a supradictis iurisdictionibus aliqua occasio subtrahendi. Interfuerunt Lanbertinus f. Ierardi de strata S. Donati Bon., Vivianus f. Alidoxi de Moxello, Calvanus de Burgo Panigali, Ugo-

linus Tedelaxie tt. Çangni de Castro Britonum Ottonis qd. imp. not.

Originale. Mittarelli, IV, 328 cit., datato die quartadecima ian. *Cf. il reg. precedente.*

[1] *Nell'orig.* ne

2027. *Laterano, 21 Gennaio 1234.*

Gregorius pp. .. priori Cam. Exhibita sibi eius[1] petitio continebat quod nunnulli eccl. Cam.[2] monachi et conversi pro violenta iniectione manuum in se ipsos, quidam pro detentione proprii, alii pro negata ei[3] et predecessoribus obedientia seu conspirationis offensa in excommunicationis laqueum inciderunt, et quidam ingressum habuerunt in dictam eccl. per vitium symonie, quorum quidam receperunt ordines et divina celebrarunt officia sic ligati; quare postulavit ut super hiis eorum saluti providere dignaretur. Discretioni eius[2], presentium auctoritate, committit ut eisdem excommunicatis hac vice iuxta formam Eccl. beneficium absolutionis impendat, proviso quod manuum iniectores passis iniuriam satisfaciant competenter et, si aliquorum fuerit gravis et enormis excessus, illos mittat ad Sedem apostolicam absolvendos; illis q., absolutionis beneficio non obtento, per simplicitatem et iuris ignorantiam receperunt ordines et divina officia celebrarunt, iniuncta penitentia competenti, ea peracta, liceat ei[3] cum eis de misericordia dispensare; si scienter prefati excommunicati talia presumpserunt, eis per biennium ab ordinum executione suspensis et iniuncta ipsis penitentia salutari, eos postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, ad gratiam dispensationis admittat, processurus circa symoniacos secundum statutum concilii generalis; proviso quod proprium, si quod habent dicti monachi et conversi, faciat in suis[4] manibus resignari, in utilitatem supradicte eccl. convertendum. Dat. Laterani, XII kal. febr., pont. a. septimo.

Originale; sigillo plumbeo perduto. Mittarelli, IV, App. 522, n. CCCXXVI. Potthast, n. 9372.

[1] *Nell'orig.* nobis tua [2] *Nell' orig.* tue [3] *Nell' orig.* tibi [4] *Nell' orig.* tuis

2028. *Laterano, 28 Gennaio 1234.*

Gregorius pp. .. priori Cam. Presentium ei[1] auctoritate concedit ut omnibus mon. ordinis Cam. heremo pleno iure subiectis possit per se[2] vel per alios, quos ad hoc providerit deputandos, sicut ad eum[3] pertinet, visitationis officium impertiri; districtius inhibens ne archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum pre-

lati, in quorum diocesibus et parrochiis mon. ipsa consistunt, eius[4] regularem correctionem ibidem audeant impedire. Dat. Laterani, v kal. febr., pont. a. septimo.

Originale; sigillo plumbeo perduto. *Nello Spoglio:* 1234, Gennaio 28, n. 1.
Mittarelli, IV, App. 523, n. CCCXXVII. *Potthast, n. 9381.*

[1] *Nell'orig.* tibi [2] *Nell'orig.* per te [3] *Nell'orig.* ad te [4] *Nell'orig.* tuam

2029. *Laterano, 28 Gennaio 1234.*

Gregorius pp. abbatibus et prioribus monasterio Cam. immediate subiectis. Decet eos[1] ad Cam. eccl. matrem, depressam, ut dicitur, onere debitorum, habere compassionis affectum et eidem aperire viscera caritatis; quocirca universitatem eorum[2] rogat, monet et hortatur attente per apostolica scripta mandans, quatinus ei pro divina et pp.[3] reverentia taliter in hac parte subvenire curent, quod per auxilium eorum[4] et aliorum membrorum suorum a debitorum sarcina valeat liberari. Dat. Laterani, v kal. febr., pont. a. septimo.

Originale; sigillo plumbeo perduto. *Nello Spoglio:* 1234, Gennaio 28, n. 2.
Mittarelli, IV, App. 524, n. CCCXXVIII. *Potthast, n. 9382.*

[1] *Nell'orig.* vos [2] *Nell'orig.* vestram [3] *Nell'orig.* nostra [4] *Nell'orig.* vestrum

2030. *Soci, 24 Febbraio 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. VII, die VI kal. mar. Ianni f. qd. Rodulfi, Iani f. qd. Gerardini et Martinus f. qd. Homodei, eorum vice et nomine et Ugolini et Restori et Amadoris filiorum qd. Scolai et Viviani f. qd. Martini Ciolle et Scolai f. qd. Homodei, q. eis super hoc dederant plenam licentiam et potestatem, ut dicebant, fuerunt confessi se in veritate recepisse et habuisse a Mafeo castaldo de Soci, dante pro ipsa curia, sol. viginti octo den. Pis., pro quo pretio, eorum nomine et omnium aliorum predictorum, quilibet eorum in solidum, vendiderunt, dederunt, tradiderunt atque in eternum concesserunt ei, recipienti pro ipsa curia, petiam unam terre, ubi erat pratum, pos. in plebeio Partine u. d. in Porcinaglis: ab uno latere pratum curie predicte de Soci, ab alio Albertini Tokie et curie Cam. de Monte, a tertio et a quarto Alpes, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione; et scientes dictam petiam terre pluris pretii esse, tamen quantumcumque pluris erat, totum inter vivos ei donaverunt. Promiserunt dictam petiam terre legittime defendere et auctorizare, et se ita fac[turos] et curaturos quod predicti Ugolinus, Restorus, Amador, Vivianus et Scolaius et eorum heredes omni tempore omnia predicta et singula rata et firma habebunt et tenebunt; et si placuerit eidem

castaldo, ei inde facient similem cartam de predictis. Pena: duplum. Act. Soci. Interfuerunt Zuncus Veciosi, Nicola Ubertini et Maffutius Benaie tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1234, Marzo 24. *Summaria, c. LXVII v., n. 1, datato* die VI maii.

2031. *Abbazia di Selvamonda, 18 Marzo 1234.*

M. maior Fontis boni et visitator, auctoritate prioris Cam., ad mon. Silvemunde, ut apparebat per litteras iamdicti prioris sigillo munitas, elegit Grigorium cellalarium Cam. et monachum Fontis boni in abb. mon. Silvemunde. Act. apud abbaçiam Silvemunde, in testimonio Errici, Gilii, Affalti et Alberti de Talla, a. MCCXXXIV, ind. VII, XV kal. apr., Gregorio pp. residente, Federigo regnante. Paganus not.

Originale. Mittarelli, IV, 335 cit.

2032. *Borgo S. Sepolcro, 15 Aprile 1234.*

A. MCCXXXIV, XV die intr. apr., ind. VII, Fred(erico) imperante. Corbucius f. qd. Ciore de Montedulio vendit et tradit Rigolo castaldioni domus de Motena, q. est de Cam., pro ipsa domo recipienti, medietatem pro indiviso cuiusdam petie terre sit. in advocabulo de Candetevere, — et est inter totam predicta petia XL tab. et V ped. — inter hos fines: ab una parte Tyber, ab alia parte via, ab alia parte terra suprascripti venditoris et Santade Gripholi de Montedulio et ab alia parte terra suprascripte domus de Motena, cum omnibus pertinentiis suis et cum accessibus et egressibus suis et cum iure, usu et requisitione sibi ex dicta re pertinente. Eum per Ugonem de Miciano investit et licentiam apprehendendi possessionem ei concedit sine vinculo legum et nuntio potestatis. Confitetur se recepisse, nomine pretii, triginta novem den. de Pisis pro unaquaque tab., et quod melius valet res, ei donat inter vivos, profitens se recepisse meritum pro donatione. Pena: duplum. Insuper concedit ei salvum cambium in aliis suis bonis, ubi voluerit accipere, si de iure ibi amiserit, et pro salvo cambio et pro pena ei obligat sua bona. Alphania uxor suprascripti venditoris, ipsius viri et mundualdi sui licentia, secundum legem inquisita et de iure ipothecario certiorata, renuntiat et refutat prenominato emptori, pro suprascripta domo de Motena recipienti, omne ius et rationem, quod et quam in predicta re vendita habet et sibi pertinet vel pertinere potest, ratione dotis vel donationis propter nuptias, mephii et morgincap vel quolibet alio iure, profitens se dictum pretium una cum su-

prascripto viro suo recepisse. Act. in Burgo S. Sepulcri, in presentia Leonardi Finis et Onfredi Gerardini fabri et suprascripti investitoris tt. Guarnerius iud. ord. et not.

Originale. Summaria, c. CXXV, n. 4.

2033. *Bologna, 18 Aprile 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. septima, die tertiodecimo ex. apr., tempore Gregorii pp. noni et Fid(erici) secundi Romanorum imp. Ildebrandinus Pizoli de Ugiano vendidit Bono priori eccl. et conventus S. Marie Cam. Bon. dioc. et Iohanni de Lens scolari Bon., procuratori confratrie scolarium ultramuntanorum Bon(onie) commorantium, quam habent in eccl. supradicta, ementibus nomine et vice dicte eccl. et ad usus eius, in perpetuum petiam unam terre aratorie pos. in curte Villenove in l. u. d. Bellasium, infra hos confines: a mane Uguicio de Pizolis, a sero Faber de Lambertaciis, a meridie via publica, ab aquilone ipsa eccl. Quam petiam dixit esse duas torn. et quinquaginta septem tab., et vendidit in integrum pro pretio duodecim libr. et decem sol. Bon., q. pretium dicti emptores solverunt ipsi venditori coram testibus et not. infrascripto. Pena: dupli. Testes: Michilettus de Culforatis, Albergittus de Peppulis, Ugolinus Azonis de Varegnana et Bonawisa Zanni qd. Sarli. Act. Bon(onie), in statione Nicholai Bonicambii. Iulianus Leonardi imperialis aule ord. iud. atque not.

Originale. A. Hessel, Geschichte der Stadt Bologna, 417, nota 9, cit.

2034. *Bologna, 28 Aprile 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. VII, imperante Federico secundo Romanorum imp., die tertio ex. apr. Presentibus Piçolo f. Arduini de Caselle, Albino fabro de Caselle, Girardino f. Iohannis Calandrelli de Brocalindoso et Barone de Carfagnana tt., Bon(onie), in domo infrascripti Iacobi[1] et Iustuli, Iacobinus et Iustulus fratres ff. qd. Ugicionis, q. fuerunt de Caselle, vendiderunt et tradiderunt Bono priori eccl. S. Marie de Cam., recipienti pro ipsa eccl., petiam unam terre aratorie pos. in Villanova: a mane Antolinus et via publica, a meridie via publica, a sero dictus emptor et de subtus Ugolinus Marci et eccl. S. Iohannis Pauli et Faber de Lanbertacis, cum accessibus et egressibus suis usque in viam publicam omnique iure et actione et usu, pro pretio VII libr. Bon. quamlibet torn., de quo pretio, presentibus testibus suprascriptis et not. ibide[m] present[e... solv]it et tradidit atque dedit XXII libr. Bon.; residuum confessi fuerunt se ab eo accepisse et eis integre satisfactum esse. Pena dupli. Gasdia uxor dicti Iacobini

venditoris eidem venditioni consensit et renuntiavit penitus omni suo iuri ypotecarum et cuilibet alii iuri et actioni, sub predicta pena. Dictus Iustulus venditor promisit se facturum et curaturum quod uxor sua Imila huic venditioni consentiet et renuntiabit omni suo iuri ypotecarum et cuilibet alii iuri et actioni, et promittet ac faciet adsensum sapientis dicti emptoris infra xv dies postquam sibi vel eius heredibus vel eius domui sive familie per se vel per suum nuntium fuerit denuntiatum vel dictum, sub pena x libr. Bon. Summa dicte terre est reperta vii torn. et iii partes alterius torn. et iii tab. et xx ped.; summa pretii capit in totum lv libr. et x sol. et iiii Bon. ad rationem vii libr. et iii sol. pro qualibet torn. Bonaventura de Pupli not. atque iud.

Originale.

[1] *Così nell'orig.*

2035. *3 Maggio 1234.*

« Orlandus et Raynucius f. olim Orlandi Çibelli per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Matheo castaldo curie Cam. de Soci, recipienti vice dicte curie Cam., unam petiam terre et prati pos. in l. d. Peragal(is), iuxta terram heredum Scolai et Viviani, Martini Çolli et Ianni f. Gerardi et iuxta terram curie Cam. de Monte et iuxta Alpes, pro pretio sol. xxviii. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, die III^a maii. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. LXVII, n. 5.

2036. *7 Maggio 1234.*

« Imeldina f. olim Rustichelli vendidit donno Iunte, recipienti pro Cam. heremo, unam petiam terre pos. in territorio Mogione u. d. in Tega, pro pretio libr. IIII^or. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, die VII° mensis maii. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. XXIIII v., n. 2.

2037. *Pianettole, 22 Maggio 1234.*

A. MCCXXXIV, tempore Gregorii pp. et Federigo imp. imperante, ind. setima, XI kal. iun. In presentia Griffi de Carciano, Venture qd. Boni Gianni, Rigi qd. Rigoli et Ubertelli tt., Donapace olim uxor Girardini simul cum filio suo inter vivos donaverunt simpliciter et pure Benedicto vicario Cam.[1], recipienti pro eccl. Cam.[1], dederunt, tradiderunt et concesserunt ei unam petiam terre pos. « a molendini Ubertelli »: iuxta ortum dicti molendini, terram filiorum qd. Giliocti, terram mon. de Planettolo, et per eam currit fluvium Soare; et insuper cesserunt omne eidem ius et actionem et usum remiserunt et pactum fecerunt,

quilibet pro se et pro fratribus suis, scilicet pro Uberto, Bosino, Novelone et Benecevenne, de non petendo ulterius q. habent[2] et habere possent et debent in dicta re. Pena: c sol. den. Pis. Act. in eccl. castri Planetoli. Ugolinus de Planetolo not.

Originale. Summaria, c. CXIII, n. 5.

[1] *Nell' orig.* Callm *con segno d'abbreviazione.* [2] *Nell' orig.* si usa il singolare.

2038. *3 Giugno 1234.*

« Brunettus olim Çoris et Massaria uxor eius per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Rigolo castaldo, pro Cam. heremo recipienti, unam petiam terre pos. in Canditibore, iuxta terram filiorum olim Pandegrani et heremi Cam. et stratam et reglam, pro pretio sol. III et den. I pro unaquaque tab. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII[a], die III[a] iun. Carta manu Raynerii not. ».

Summaria, c. CXXV v., n. 1.

2039. *Monastero di S. Frediano in Pisa, 3 Giugno 1234.*

Cum Guido prior. Kam. cum abbatibus S. Savini et Michaelis de Burgo et S. Marie de Morrona et aliis esset in capitulo mon. S. Fridiani de Pisis, tunc pastore vacantis, elegit Simonem monacum huius mon. in pastorem et priorem huius mon. S. Fridiani *Segue la descrizione dell' insediamento.* Hec acta sunt presentibus et consentientibus Sismundo qd. Guinithi, Bonacorso qd. Henrici de Cane, Tegrimo et Gaio ff. Ugonis Gaii, Sismundasco qd. Gaii, Ranuccino qd. Guinithelli, Gerardo qd. dicti Guinithelli, Ferrante qd. Benecti, Iacobo qd. Vernaccii et Ildebrandino dicto priore de Kinthica et quibusdam aliis de domo Sismundorum patronis dicti mon. S. Fridiani, et presentibus presb. Alberto cappellano eccl. S. Simonis Porte maris et Dodone qd. Bonelli et aliis testibus et presente Ghello not. A. MCCXXXV, ind. septima[1], tertio non. iun. Guido Ramundi qd. f. Frederici Romanorum imp. et Ierusalem et Sicilie regis not. predicta omnia, sicut in scedis Ghelli not. invenit, ipsius parabola et mandato, fideliter scripsit et firmavit. Ghellus f. qd. Ascianensis iud. et not. imperialis aule not. hanc cartam subscribendo confirmavit.

Originale. Mittarelli, IV, 337 cit., sotto l'anno 1235.

[1] *È usato il computo pisano.*

2040. *Pieve di Micciano, 18 Giugno 1234.*

A. MCCXXXIV, die XIII ex. iun., ind. VII, tempore Gregorii pp. noni et Feder(ici) imp. Iohannes comes inter vivos de-

dit et donavit Herrigo castaldo de Motana pro Cam. petiam unam terre silvatam sit. in Ripe, iuxta duas vias et ab alia Acattabene[1], q. fuit de Moturcli; item duas partes pro indiviso unius silve in dictis ripis sit., iuxta duas vias et fossatum et ab alia Acattabene[1]; item unum vepre sit. in pertinentiis Montori, iuxta duas vias et ab alia parte Iacobus Çanelli; item petiam unam terre silvatam in pertinentiis Montori sit., iuxta fossatum et a duabus partibus Boninsengna Guidonis Fresonis; item duas partes pro indiviso unius silve sit. in Rancora, iuxta viam et ab alia Iohannes Conte, ab alia Redera et ab alia Piarus et Buiamonte; item petiam I terre in Rancora, iuxta viam et terram Pecorarii et Redaram; item petiam I terre al Petreto, iuxta viam et terram Iuncte et terram Guelfulini; item duas partes pro indiviso unius petie terre in Creta, iuxta viam et fossatum et terram Agatole; item medietatem pro indiviso unius petie terre sit. al Prato dal Frasino, iuxta terram Donneencase et terram Cam. et reglam; item al Prato de Lameta petiam I terre q. est quinque prese, iuxta terram Viviani Rigetti, fossato mediante, et ab inferiori parte Aliottus de Motana, fossato mediante; item petiam unam terre al Albareto, subtus clausuram Iacobi Bracci et fossatum et terram filiorum Iohannis Gaibelli et viam; item unum sodum sit. in Cavortoli, iuxta viam et terram Iustini et terram Iohannis Orlandini. Per Guidonem Çirpum eum investivit. Pena: C sol. den. Pys. Act. in pleberio plebis Miçani, al Prato da Lameta, in presentia Guidonis Çirpi, presb. Bene S. Crescentini, presb. Ugonis de Viaio et Ranerii Simeonis tt. Marcus not.

Originale. *Summaria, c. CXXV v., n. 2, in data* XIIIª die iun.

[1] *Nell'orig.* a Cattabene

2041. *Presso Motena (Anghiari), 30 Giugno 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. septima, Gregorio pp. residente et Frederigo imp. imperante, pridie kal. iul., apud la Motinam, in aera Rigoli castaldi eiusdem loci. Presentibus Rigone plebano plebis Miciani, Albergotto qd. Ianni, Matheo Ubaldi, Ugone de Miciano, Dominico Valentini et pluribus aliis tt., Guido prior Cam. ordinis dedit et concessit in emphiteosim Acatabene qd. Iacobi de Castilione, recipienti pro se et presb. Ricco eccl. de Turri, petiam unam terre, q. nunc Clausura appellatur, sit. in territorio plebis Miciani in l. q. d. Ripa, iuxta viam a tribus partibus et iuxta Blanciam f. Guelfolini, cum accessibus et egressibus suis usque ad vias publicas omnique iure et actione. Pro XXV sol. Pis., quos confessus fuit, presentibus testibus suprascriptis et not., se ab eo accepisse. Quam accipiendi et retinendi licentiam omni-

modam contulit atque dedit, solvendo dictus emphiteotecarius vel eius heredes ipsi dicto priori vel eius successori vel Rigolo castaldioni Motine vel successori eiusdem loci singulis annis in festo s. Stephani de Natale, nomine pensionis, XII den. Pis. usque in sui Acatabene tertiam generationem, in quarta novum emphiteoticum instrumentum hoc ordine innovetur, dando tunc pro renovatione X sol. den. Pis.; ius suum nemini vendere debeat, quin prius ipsum priorem vel Rigolum castaldionem prefati loci Motine vel eorum successorum ter infra XXX dies inquireret, minus eis emere volentibus II sol. quam alteri sine absto daturus; quod si noluerint, alteri cui voluerit vendat, salvo iure Cam., attamen non alteri eccl., loco religioso vel pari suo nec alterius servo, sed tali persone q. pacifice sibi et suis successoribus observet. Pena: X libr. den. Pis. Munaldus not.

Originale. Cf. il reg. seguente.

2042. *(Presso Motena), 30 Giugno 1234.*

« Acatabene olim Iacobi de Castellione, pro se et presb. Richo eccl. de Turri et suis heredibus usque in terciam generationem, promisit annuatim solvere in festo s. Stephani priori Cam. den. XII bon. et spend. pro locatione sibi facta a donno Guidone priore Cam., pro Cam. heremo, unius petie terre, q. Clausura appellatur, pos. in territorio plebis de Miciano l. d. Ripa iuxta viam a tribus partibus et Blanchiam f. Guelfolini; pro qua etiam locatione solvit predictus conductor predicto locatori sol. XXV, et promisit pro renovatione predicta contractus renovandi in quarta generatione solvere sol. X, predicto modo. Sub a. Domini M°CCXXXIIII°, pridie kal. iul. Carta manu Munaldi not. ».

Summaria, c. CXXV v., n. 3. Cf. il reg. precedente.

2043. *Soci, 3 Luglio 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. VII, die III intr. iul. Guido prior Cam., cum recepisset ab Imeldina f. Rusticelli et Benvenuto eius viro pro investitura petiam unam terre pos. in terratorio Moione u. d. in le Prata, investivit ipsum Benvenutum pro dote eiusdem Imeldine et ei concessit integre totum tenimentum, q. pertinebat eidem Imeldine ex successione matris vel patris sui seu sororum suarum, in Soci et in Moiona et in eorum curiis, cum solis et edifitiis, cum domibus, capanis, arcis, vineis, ortis et cum omnibus terris, cultis et incultis, cum pensionibus et servitiis, cum omnibus q. supra se et infra se habent et cum omni iure et actione eorum et cum omnibus et singulis, q. eidem Imeldine competebant aliquo iure vel modo, excepto tamen eas res, quas ipsa

seu pater eius vel mater seu sorores vendiderant seu dederant domui Cam. vel alii persone. Eo modo fecit prefatam investituram et concessionem, ut ipse Benvenutus et Imeldina et eorum heredes ex eis communiter descendentes habeant et teneant omnia predicta et singula et utantur et fruantur, serviendo tamen et faciendo illa servitia eidem priori et suis successoribus q. consueverunt inde fieri, et fuit hoc actum expresse de consensu utriusque partis, quod, si contigerit ipsam Imeldinam decedere non relictis heredibus legittimis ex ea descendentibus, omnia predicta et singula libere et expedite revertantur et perveniant ad domum Cam., habendo tamen dictus Benvenutus fructus predictarum rerum omnium in vita sua et, eo mortuo, predicta omnia et eorum fructus libere et expedite revertantur et deveniant ad Cam. domum. Et si dictus Benvenutus renueret tenere ipsam Imeldinam pro uxore et affectu maritali tractare, cadat ab omni iure suo. Pena: libr. xxv den. Pis. Predictus prior promisit omnia predicta non tollere nec minuere, set legittime defendere et auctorizare, excepto tamen ab illis de Serravelle, q. habuerunt sorores sive sororem dicte pro uxore sive pro uxoribus, et ab uxore qd. Rusticelli, a quibus non teneantur eis de defensione seu de evictione. Pena: duplum. Duo instrumenta unius tenoris scribi rogaverunt. Act. ante partem castaldi de Soci. Interfuerunt: presb. Paulus de Soci, Paganellus de la Data et Bonamicus eius f. tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XXIIII v., n. 3.

2044. *9 Luglio 1234.*

« Aldebrandinus de Iunta pro remedio anime sue et suorum parentum donavit pure et irrevocabiliter inter vivos donno Guidoni priori Cam., recipienti pro Cam. heremo, unam petiam prati in plano Partine l. d. in costis de Façolo, iuxta pratum Cam. heremi et curiam Cam. de Bucena et iuxta terram Iacobi Ricii et Bartholi. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, VII° id. iul. Carta manu Iuliani not ».

Summaria, c. XVIII v., n. 3.

2045. *Bibbiena, 21 Luglio 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. septima, Frederico imp. imperante et pp. Gregorio residente, die XI ex. iul. In presentia Pauncini Baffonis, Guidikini, Porcelli fratris Frederici de Biblena, Rainaldi qd. Rain(erii) de castro Focognano et aliorum tt., magister Iulianus not. de Soci per se suosque heredes vendidit, dedit, tradidit

et concessit in perpetuum Guidoni priori heremi Cam., stipulanti et recipienti pro se et successoribus, nomine ipsius heremi, aut cui dare et concedere suum ius voluerit, totam unam clausuram terre pos. in pleberio de Partena in l. q. d. Casale, iuxta terram dicti heremi a quattuor partibus, quam idem Iulianus emit a filiis Ugolini Guidenki, prout continetur in carta facta manu Andree not. vel alterius not.; item omne ius, actionem, rationem, petitionem et persecutionem, quod vel quam habebat seu habiturus erat in dicta re vel pro ea. Accepto, nomine pretii, quadraginta et quinque libr. den. Pis., quos sibi solutum fore confessus est; sciens rem maioris pretii esse, quicquid pluris erat, donavit eidem inter vivos et confessus est se ab eo iustum meritum secundum legem recepisse. Pena: duplum. Act. in commitatu Ar., in castro de Biblena, in palatio ep. Guilielmus not. qd. Iacopi Barfoli.

Originale. Summaria, c. XXXIII, n. 5.

2046. *Chiesa di S. Savino di Chio, 23 Luglio 1234.*

A. MCCXXXIV, die VIIII ex. iul., Gregorio pp. existente, Federico imp. imperante, ind. VII. Filippus de Plano, Pepo olim Ugolini, Iovanellus et Venci f. olim Bastardini de S. Savino inter vivos dant, donant duos den. Pis., quos Bonesengna olim Salemi[1] sibi annuatim die s. Ebifanie dare tenetur, Benedicto priori eccl. S. Savini de Kio, recipienti pro dicta eccl., et omne ius omnemque actionem et rationem; item petitionem et persecutionem realem et personalem, quod et quam habent vel habere possunt versus dictum Bonesengnam et in bonis q. habet et tenet et habiturus est occasione dictorum den., ut (dictus prior) possit agere et experiri utiliter et directo in iudicio stare et excipere et replicare et omnia facere q. ipsi facere possunt. Confitentur se recepisse iustum meritum. Pena: III libr. den. Pis. Act. in domo eccl. S. Savini de Kio, in presentia Gianne Gionte olim Berçelli, Detesalvi de Oliveto et Guidonis barbieri Vive et aliorum tt. Iacobus f. olim Blasii de Castell(ione) not.

Originale. Nello Spoglio: 1234, Giugno 24.

[1] *L'orig. ha* Salemi *con segno d'abbreviazione.*

2047. *Borgo S. Sepolcro, 19 Agosto 1234.*

A. MCCXXXIV, die XIII ex. aug., ind. VII, tempore Gregorii pp. noni et Feder(ici) imp. Brunettus frater Corbucii de Monte Dullio vendidit, dedit et tradidit per allodium in perpetuum Herrigo castaldo de Motana pro Cam. tab. unam terre sit. in Candetevare: iuxta Tiberim et stradam et a duabus emptor,

cum introitibus et exitibus suis et cum omnibus suis pertinentiis. Per Anfuscium eum investivit. Confessus est se ab eo recepisse, nomine iusti pretii, VIII sol. den. Pys.; et si plus valet, inter vivos ei donavit, recepto merito secundum legem. Pena: duplum. Act. in Burgo, in presentia Anfuscii, Alberti Ugonis et Filippi not. de Baldignano tt. Marcus not.

Originale. Summaria, c. CXXVI, n. 1, colla data die XIIIª aug.

2048. *20 Agosto 1234.*

« Donnus Ternus de Busto pro tunc temporis potestas Angl(aris), visa longa consuetudine et probationibus donni Benigni prioris mon. S. Barth(olomei) Angl(aris) de percipienda tercia parte totius introitus castri Angl(aris) et eius curie, nomine ipsius mon., precepit per sacramentum Anfoscio, tunc camerario castri eiusdem, quod terciam partem totius introitus castri Anglar(is) et eius curie, devenientis ad eius manus, daret priori mon. supradicti. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, XIII° kal. sept. Carta manu Munaldi not. ».

Summaria, c. CXVIIII, n. 2.

2049. *31 Agosto 1234.*

« Donnus Martinus Ar. ep. per se suosque successores in perpetuum dedit donno Massario monacho Cam., vice Cam. heremi, omnia novalia et terras, noviter redactas ad culturam et in posterum redigendas, in villa de Largnano et territorio eiusdem ville; insuper supradicto modo dedit eidem donno M(assario) omne ius et actionem in predictis. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, die IIª kal. sept. Carta manu Aretini not. ».

Summaria, c. LXXXXIII v., n. 1.

2050. *11 Settembre 1234.*

« Iunta olim Rigonis de S. Mamma et Congius eius f. per se suosque heredes in perpetuum tenentur solvere Cam. heremo annuatim in mense aug. apud eccl. S. Mamassi de S. Mamma star. x grani ad star. ven. tempore contractus in civitate Ar. pro locatione eis facta a donno Guidone priore Cam., vice Cam. heremi, cuiusdam poderis et tenimenti, q. olim tenuit Melior de Lorençan(a) pos. in Lorençan(a) et eius curia per loca diversa. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, die XIª sept. Carta manu Boni not. ».

Summaria, c. LXXXVIII v., n. 3.

2051. *Fontebuono, 14 Settembre 1234.*

A. MCCXXXIV, ind. VII, octava decima kal. oct., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Renoardus f. qd. Renoardi et Arnoldus f. eius, consentiente patre filio, et Aringerius qd. Mussetti per se suosque heredes vendiderunt, tradiderunt et concesserunt Palmerio converso Cam., recipienti pro Guidone priore Cam. suisque successoribus in perpetuum, unam petiam terre pos. in Sparena: a primo latere terra Mathei, a secundo Leoli, a tertio fossato, a quarto via, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Confessi sunt pro pretio recepisse a prefato Palmerio libr. duodecim Pis.; scientes predictas res multo pluris pretii esse, tamen quantocumque pluris sunt, totum dicto Palmerio, pro dicto mon. recipienti, inrevocabiliter inter vivos donaverunt, confitendo se meritum recepisse secundum legem. Pena: viginti libr. Pis. Act. apud Fontem bonum, in testimonio Mogione qd. Castelli, Iuncte f. Rebertoli et Orlandini f. Dominici. Postea sub a. MCCXXXV, ind. VIII, XV kal. oct., apud Ragiropolim, presentibus Renoardo et Baldinetto qd. Vivençi, Donnisia uxor dicti Aringerii, dicti viri sui consensu, prefate venditioni consensit et omni iuri sibi competenti in predictis renuntiavit. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XXXIII, n. 6.

2052. *Monastero d'Urano, 17 Settembre 1234.*

A. MCCXXXIV, die quarto decimo ex. set., tempore Gregorii pp. et Friderici imp., ind. septima. Cum Guido prior Cam. esset in capitulo mon. Uranensis vacantis abbate et una cum eo Benedictus vicarius suus, Mas(sarius)[1] monachus Cam., Palmerius, Brunectus[2] et Gualterius conversi similiter Cam. essentque ibidem fratres ipsius mon., scilicet Ugo olim abbas eiusdem, Iohannes prior claustri, Petrus, Rainaldus, Paulus, Rodulfus, Iohannes de Glaçolo, Bonifacius camerarius, Rainerius celerarius, Tuscus, Soperclus, Dominicus, Bencivenne et Guido conversi mon. memorati, Spiritus s. gratia invocata, (predictus Guido prior) talia verba dixit: Ad honorem omnipotentis Dei, B. Marie semper virginis et s. Benedicti et omnium sanctorum et sanctarum Dei, ad honorem heremi Cam. et totius congregationis eiusdem, ad honorem fratrum istius domus, ad honorem domni archiep. Rav. et omnium amicorum fidelium huius domus eligimus, vocamus venerabilem fratrem nostrum domnum Benedictum vicarium Cam. in abb. et rectorem et pastorem ipsius mon.; et ipsum Benedictum electioni dicte consentientem cepit per pannos et duxit eum in eccl. cum « Te Deum laudamus » et, pulsatis maioribus et minoribus cam-

panis, duxit eum ante altare cum quinquagesimo salmo et ibi tam diu prostratus iacuit dictus electus abbas, quamdiu dictus salmus cum quibusdam capitulis et una oratione ab ipso priore et fratribus insimul fuit dictus; postea data sibi benedictione et incenso simul cum aqua sancta reduxit eum in capitulum antedictum et per librum regule et claves officialium mon. sibi commisit administrationem eiusdem mon. spiritualem et temporalem. Qui dictus abbas, obtemptu aministrationis assumpte, ipsi Guidoni priori Cam. suisque catholicis successoribus promisit obedientiam et reverentiam per librum et pacis osculum secundum regulam s. Benedicti et consuetudinem Cam.; et confestim surrexit idem abbas et ibi super sestorio, in pavimento capituli, aliquot metanas fecit, petens a dictis priore et fratribus Deum pro se rogari ut commissum officium peroraret inreprehensibiliter et honeste, et statim sigillum et officium vicarie in manibus dicti prioris humiliter renuntiavit. Act. in capitulo mon. Urani. Testes: Matheus abbas S. Rofilli, Iohannes monacus S. Roffilli et Flos archipresb. plebis de Colina. Guido not. imperialis et Bret(inoriensis)[3].

Originale. Nello Spoglio: 1234, Settembre 27. *Mittarelli, IV, 335 cit., colla data* die decima quarta sept.

[1] *Nell'orig.* Mas *col segno d'abbreviazione sulla* s [2] *L'orig. ha* Bruntus *con una* c *soprascritta alla* n [3] *L'orig. ha* bret *col segno di abbreviazione sulla* b

2053. *Anghiari, 24 ottobre 1234.*

A. MCCXXXIV, VIIII kal. nov., ind. VII, Frederico imp. Herricus plebanus plebis de Miciano representavit et dedit consiliariis com. castri de Anglare, recipientibus pro se et nomine dicti com., litteras Iohannis S. Germani capellani pp. citatorias, quas prefati consiliarii susceperunt et eas toti populo predicti castri representaverunt. Tenor talis est: Plebano de Miciano I(ohannes) de S. Germano pp. capellanus. « Prior et conventus S. Bartholomei de Amglara sua conquestione monstrarunt quod homines de Anglare redditus sibi debitos detinent et reddere contradicunt, alias sibi iniuriosi plurimum existentes. Quare tibi, auctoritate q. fumgimus[1] in hac parte, mandamus, quatinus ipsis hominibus pro tribus edictis peremptorium assingnes, ut duodecimo post citationem tuam per procuratorem ydoneum compareant coram nobis facturi et recepturi quod posstulat ordo iuris, aliquim[1] in causa procedemus eadem, sicut de iure fuerit procedendum, et quicquid inde feceritis, nobis cum presentium tenore transmittas ». Act. in castro Anglaris, in eccl. et mon. S. Bartholomei, presentibus Ugolino Ra-

nuccini, Orlandino fratre dicti Ugolini, Perso et Adalmeri tt. Bencius not.

Originale.

[1] *Così nell'orig.*

2054. *30 Ottobre 1234.*

« Donnus Benignus prior mon. de Anglare, ad honorem Dei et b. Marie et s. Barth(olomei) et ad honorem et bonum statum mon. supradicti et omnium hominum maiorum et minoris com. castri Anglaris et eius curie elegit donnum Ildebrandinum de Petramala in potestatem et rectorem com. castri predicti a proximo festo s. Martini ad unum annum. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, III° kal. nov. Carta manu Ugolini not. ».

Summaria, c. CXVIIII, n. 3. Mittarelli, IV, 335 cit.

2055. *14 Novembre 1234.*

« Donnus Renoardus olim donni Renoardi et Arengerius olim Mussetti per se suosque heredes in perpetuum vendiderunt Ferreto converso Cam., recipienti vice donni Guidonis prioris Cam. pro curia de Monte, unam petiam terre pos. l. d. Laivaletti, iuxta terram Aldibrandini et terras Cam., pro pretio libr. trium Pis. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, XVIII° kal. dec. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XLVI v., n. 1.

2056. *18 Novembre 1234.*

« Musserinus olim Gondofori pro se et fratre suo Tribaldo obligando se suosque heredes in perpetuum, vendidit Ferreto converso Cam., vice donni Guidonis prioris Cam. pro curia de Monte, unam petiam terre pos. in clausura prefate curie, iuxta viam publicam et terras Cam., pro pretio sol. XIIII. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, XIIII° kal. dec. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XLVI v., n. 2.

2057. *27 Novembre 1234.*

« Ildebrandus olim Martini de Vepra vendidit in perpetuum Mafeo castaldo de Soci, recipienti vice Cam. heremi, unam petiam prati l. d. Gavina de Cottoço, iuxta terram Ianne Lanfredi et Guillelmi de Crastriciani et Guidi de Castriciani, pro indiviso, pro pretio libr. IIII°r. Sub a. Domini M°CC°XXXIIII°, die IIII° ex. nov. Carta manu Iacobi not. ».

Summaria, c. XVIII v., n. 4.

2058. *Perugia, 13 Gennaio 1235.*

Gregorius ep. .. prep. de Prato, Pistoriensis dioc. Significantibus .. priore ac conventu heremi Cam., sibi[1] innotuit quod, cum nuper mandaverit abbatibus, prioribus et aliis ecclesiarum prelatis civitatis et dioc. Pis. ut .. archiepiscopo Pis. porrigerent manum auxilii pro debitis persolvendis, q. contraxit apud Sedem apostolicam pro expensis, idem hac occasione, ad S. Savini, S. Zenonis, S. Michaelis de Burgo, S. Fridiani et S. Stephani de Cintoria mon. eiusdem ordinis predictarum civitatis et dioc. manus extendens, illorum abbates et priores, in quibus nullam iurisdictionem optinet, cum E. R. sint immediate subiecta, ad id, tamquam alios sibi subiectos, pro sue compellit arbitrio voluntatis; cum autem intentionis sue[2] non fuerit quod predicta mon. tali pretextu super hoc molestare deberet, eidem archiep. suis[3] dat litteris in mandatis ut, ab huiusmodi monasteriorum molestia conquiescens, si quas propter hoc excomunicationis vel interdicti sententias in eosdem abbates, priores vel monasteria seu parrochias eorum protulit, studeat revocare. Quocirca per apostolica scripta mandat, quatinus, dicto archiep. in executione mandati cessante, relaxet sententias memoratas; contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus litteris nomine abbatum et priorum ipsorum super hiis a se[5] ad .. Pistoriensem ep. impetratis. Dat. Perusii, id. ian., pont. a. oct.

Originale: sigillo plumbeo perduto. Summaria, c. CCXXX, n. 5. Mittarelli, IV, App. 535, n. CCCXXXV. Potthast, n. 9823.

[1] *L'orig. ha* nobis [2] *Nell'orig.* nostre [3] *Nell'orig.* nostris [4] *L'orig. ha* tu [5] *Nell'orig.* a nobis

2059. *(Presso Contra), 25 Febbraio 1235.*

A. MCCXXXV, VIII[a] ind., Gregorio pp. residente, Frederico Romanorum imp. imperante, quarta die ex. febr. Presentibus Pero Spinelli, Rodulfo Martini et Castelluço olim Recopari tt., Rigo Visdomini nunc vicecomes Cam. locavit, dedit, cessit et concessit in perpetuum per (se) suosque successores in iustum et rectum feudum Iohanni Fuski de Marciano et suis heredibus masculis et feminis ex eo descendentibus totum podere seu tenimentum, q. olim fuit Martinelli de Lignario, pos. in curia de Marciano in d. l. de Lignaio et ubicumque de dicto podere reperiretur, et dedit ei in tenutam et misit pro dicto podere toto de una petia terre pos. a Lingnario, iuxta Iohannem Magioli a duabus partibus, confitendo recepisse et habuisse pro intramento dicti poderis sol. x den. Pis.

Pena: c sol. den. Pis. Act. a Lignaio supra Contram. Iacobus not.

Copia sincrona di Brunus not. *Sul verso, di mano del sec. XV, si legge:* in queste do carte sive quaterno se contiene la raione che a l eremo di Ca. a Soci.

2060. *15 Marzo 1235.*

« Salimbene olim Iohannelli et Adalasia uxor eius vendiderunt in perpetuum donno Basilio, recipienti vice Cam. heremi, unam petiam terre pos. in valle Gisolli, iuxta terram Cam. heremi et fossatum et sumitatem montis, pro sol. XL. Sub a. Domini M°CC°XXXV, id. mar. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XXXIII v., n. 1.

2061. *(Territorio di Galeata), 29 Marzo 1235.*

A. MCCXXXV, ind. VIII, quarto kal. apr., tempore Gregorii pp. et Friderici imp. Hugo de Valgalçosa, presente et consentiente Gasdia coniuge sua, vendit, tradit atque perpetualiter concedit Guidoni monacho S. Marie de Cella Rigrausii et successoribus, nomine ipsius eccl., tres petias terre aratorie pos. territorio plebis Galliate, curte Valgalçose, quarum una est in l. q. d. la Sellvareça, cuius petie terre alienationi Hugolinus Romengarde pro se et fratre suo consensit: a duobus lateribus terra Guidonis[1], a tertio latere ragium, a quarto latere iuxta quamdam pirum, inter ipsam pirum et nucem; alia petia in l. q. d. Aquasalsa: rivus a primo latere, a secundo terra Guicçoli et Sperclì, a tertio terra Guidonis[1] et terra Guarnerii de Rocketta et a quarto latere similiter; alia petia in l. q. d. Monte de le vigne: iuxta terram Guidonis[2] et Tiberti et iuxta Guicçolum et iuxta ragium, cum superioribus et inferioribus finibus, cum introitu et exitu suo usque in viam publicam et cum omni iure et actione. Pro pretio sol. c Rav., quos sibi dedit. Pena: duplum. Act. in castro Valgalçosa. Interfuerunt: Bernaducius Orlandini, Guido Matelde, Hugulinellus, magister Gualtirottus tt. Item eodem anno, die et ind. predicta, et eodem castro, presentibus Riccomartino, Sperclo et Bernaducio Orlandini, Tibertus, presente et consentiente uxore sua, vendit et tradit et perpetualiter concedit Guidoni monacho S. Marie de Cella Rigrausii et successoribus omne ius, actionem, usum, requisitionem et petitionem, q. habet vel sibi pertinent quocumque modo in una petia terre pos. territorio Galliate, curte Valgalçose in l. q. d. Aquasalsa *(si descrive nei confini, come sopra)*; item dat et donat pro anima Gualagine qd. uxoris sue predicto Guidoni octavam partem unius petie terre aratorie pro indiviso pos. eodem

territorio et curte in l. q. d. Valmagium: a primo latere rivus, a secundo terra Spercli, a tertio Guidonis[1] terra, cum introitu et exitu suo, cum omni iure et actione, pro eo quod dedit et solvit sol. xx Rav. pro pretio. Pena: duplum. Dominicus iud. et not.

Originale.

[1] *Nell'orig.* tua [2] *Nell'orig.* tuam

2062. *2 Aprile 1235.*

« Ubertinus de Campalla assignavit Rigolo castaldo domus Motine, recipienti pro Cam. heremo, infrascriptas terras, quas tenebat in feudum a predicta heremo, et totum tenimentum, q. fuit olim Ugolini de Gialo, cuius proprietas est Cam. heremi. In primis unam petiam terre pos. ad Rivum Magnum, iuxta filium Iohannis Villani et iuxta viam; aliam pos. ad Quercus Anfoscii et iuxta filios olim Baratucii et filios olim Mathei et terram Ubaldi et Guidonis Çirpi; item aliam petiam pos. ad Lucinellum, iuxta Guidonem Çirpum et terram Broçardi et Gerardi et viam; item aliam petiam pos. in Bagnaia, iuxta dictum Ubertinum et filios olim Mathei; item aliam petiam pos. in Plano Montorii, iuxta viam et Orlandinum de Campalla et Mellioratum; item aliam petiam cum silva in Rupina, iuxta fossatum et Orlandinum et Dominicum et Ubertinum; item quartam partem unius petie terre pos. ibidem et fossatum et terram Maffucii, per quam vadit via; item aliam petiam terre pos. in Laterina, iuxta dictum Ubertinum et Dominicum et Brunum et fossatum; item aliam petiam terre pos. iuxta terram olim Salomonis et filiorum olim Mathei et terram Ugonis Lamberti; item aliam petiam terre pos. iuxta terram olim filiorum Villani et Ranucilini Banduli; item aliam petiam terre pos. ad Tuoro, iuxta dictum Ubertinum et viam et Orlandinum Bonfilii et fontem de Campalla; item aliam petiam terre, q. est clausura et fuit olim Ugolini de Çallo, pos. iuxta viam et filios olim Mathei, Brunum, Dominicum et Vivolum, in qua est domus et area, de qua dictus Ubertinus annuatim solvit Cam. heremo, nomine census, den. xiiii. Sub a. Domini M°CC°XXXV, IIII° non. apr. Carta manu Guidi not. ».

Summaria, c. CXVIIII, n. 4.

2063. *Abbadia di Cantignano, 14 Aprile 1235.*

A. MCCXXXVI, ind. octava[1], octavo decimo kal. mad. Cum mon. S. Salvatoris de Cantignano Luc. dioc. pastore vacaret, Guido prior Cam., vocatus a fratribus ipsius mon., ad illud personaliter accessit et existens in capitulo mon. memorati requisivit

vota fratrum. Benincasa prior claustri, interrogatus a dicto priore quis sibi videretur melior pro abb. de Cantignano, dixit de abb. de Cerreto; Benedictus camerarius dixit de Bene abb. de Cintoria; Guido cellerarius dixit de abb. de Cerreto et, si non poterit eum habere, dixit de Benincasa priore claustri de Cantignano et, si non poterit eum habere, dixit de Mainetto monacho maiori Fontisboni; Paulus sacrista dixit de Benedicto camerario prememorati mon. de Cantignano; Iacobus, Gregorius et Iohannes monachus dixerunt de Mainetto predicto et, si non poterit eum habere, de Benedicto predicto. Intellectis et auditis predictorum fratrum votis et patronorum mon. iamdicti requisito consensu, videlicet Bonacorsi de Vurno, Rustichelli Rodelaffi, Soffreduccii, Ranuccii et Gualandi f. dicti Bonacorsi, salva tamen pro mon. de Cantignano sententia cuiusdam contumacie, quam tulit prep. de S. Geminiano, prior Cam. elegit Benedictum monachum istius mon. in abb. mon. S. Salvatoris de Cantignano, cui commisit et dedit amministrationem spiritualem et temporalem mon. memorati. *Si descrive la cerimonia.* Act. in capitulo et eccl. prememorati mon., presentibus Rolando abb. de Potheolo, Bene abb. de Cintoria, Iacobo abb. de Cerreto, Ioseppo abb. de S. Iocunda et aliis pluribus tt. Albertus qd. Guiduccii de Buiti imperialis aule not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1236, Aprile 14, n. 2. *Cf. il doc. seguente.*

[1] *È usato il computo pisano.*

2064. *Abbadia di Cantignano, 14 Aprile 1235.*

A. MCCXXXVI, ind. octava[1], octavo decimo kal. mad. Guido prior Cam. in capitulo de Cantignano, pro electione facienda de abb. mon. memorati, quesivit consensum ipsius cenobii patronorum, quorum unus pro omnibus sic respondit: « Bene placet nobis, ex quo placet vobis, quod donnus Benedictus sit abbas istius mon. et consentimus in eum et eligimus eum ». Super quo verbo, videlicet « eligimus eum », sic fuit ex parte prioris Cam. responsum: « Non pertinet ad vos eligere ». Et ille respondit: « Domne, ego nescio licteras, vos intelligatis verbum, sicut placet vobis ». Et taliter Albertum not. qd. Guiduccii de Buiti hec scribere rogaverunt. Act. in capitulo predicto, *presenti gli stessi testimoni del doc. precedente.* Arpinellus f. Alberti not. de Buiti Federici Romanorum imp., Ierusalem et Sicilie regis not. hec a suprascripto Alberto not. rogata, ipsius quoque mandato et vice, scripsit et firmavit ideoque complevit.

Originale. *Nello Spoglio:* 1236, Aprile 14, n. 1. *Cf. il doc. precedente.*

[1] *È usato il computo pisano.*

2065. *Freggina, 23 Aprile 1235.*

A. MCCXXXV, ind. VIII, die VIIII kal. mad. Mugnaius f. qd. Viviani de Frezena, nomine suo et tutorio nomine pro Conpagno et Guidone nepotibus suis, filiis qd. Martini fratris sui, fuit confessus se in veritate nomine pretii recepisse a Bencivene cellerario Cam., dante pro Cam. heremo, libr. tres den. Pis., pro quo pretio dedit, tradidit, vendidit atque in eternum concessit eidem Bencivene, recipienti pro dicta heremo, medietatem pro indiviso unius prati pos. u. d. ad Sambuketa: a duobus lateribus pratum dicte heremi, ab aliis alpes; et petiam unam terre pos. ad Voltam Fornelli: a duobus lateribus terra Iohannis de Romano, a tertio via, a quarto flumen; et generaliter omnia et singula, q. ipse, vel nepotes eius predicti, habebat vel habere debebat vel habuit Vivianus pater eius u. d. ad Tanellas et u. d. ad Voltam Fornelli, in omnibus et per omnia et singula, ubicumque sit vel inveniri poterit per loca et vocabula, cum introitu et egressu predictarum rerum et cum omni iure et actione; et sciens predicta multo pluris pretii esse, tamen totum inter vivos, pro remedio anime sue et Martini fratris sui suorumque parentum, donavit inrevocabiliter et fuit confessus se secundum legem meritum recepisse. Pena: duplum. Hoc fuit expresse actum in dicto contractu quod, quamvis supra promiserit defendere predicta ab omni persona, non tamen teneantur ipse vel sui nepotes vel sui heredes seu eorum predicta vel aliquod predictorum dicte heremo defendere seu auctorizare ab abb. seu mon. de Pratallia. Imilia mater dicti Mugnai et Imeldina eius uxor et Berta eius cognata, de consensu ipsius Mugnai, omnibus predictis et singulis consenserunt et omnia predicta, sub pena dupli, rata et firma habere et tenere promiserunt, renuntiantes iuri ypothecarum. Act. in eccl. de Frezena. Interfuerunt presb. Curte minister eiusdem eccl., Mafeus Agine et Ristorus f. qd. Teuzeti tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Aprile 23, n. 1. *Summaria, c. XVIII v., n. 5.*

2066. *Freggina, 23 Aprile 1235.*

A. MCCXXXV, ind. VIII, die VIIII kal. mad. Iohannes f. Romani de Frezena, pro remedio anime sue suorumque parentum, inter vivos dedit, tradidit, donavit atque concessit Bencivene cellerario Cam., recipienti pro Cam. heremo, unam commestionem, quam dicebat se annuatim recipere debere a Cam. heremo seu mon., et omnia et singula et generaliter quicquid ipse vel alius sive alii pro eo habebant vel habere debebant in Gavina de Ta-

nellis et ab ipsa Gavina sursum versus Cam., cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena: duplum. Brunisenda eius uxor, de consensu viri sui, omnibus predictis et singulis consensit et omni iuri et actioni ei competenti in predictis renuntiavit. Act. in eccl. de Frezena, *presenti gli stessi testimoni del doc. precedente.* Iulianus sacri pal. not. et F(riderici) Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Aprile 23, n. 2. *Summaria, c. XII, n. 4.*

2067. *23 Aprile 1235.*

« Scravus f. olim Valentini de Lierna et Mengarda f. olim Palmerii de Alisco, presente et consentiente Ranutio f. olim Orlandi Çibelli, a quo dicebant se infrascriptam terram tenere, donaverunt pure et irrevocabiliter inter vivos, pro remedio animarum suarum et suorum parentum, Bencivenne cellerario Cam., recipienti vice dicte domus, unam petiam terre pos. in Metalleto, iuxta fossatum et terram heremi Cam. Sub a. Domini M°CC°XXXV°, non. kal. maii. Carta manu Iuliani ».

Summaria, c. XVIIII, n. 1

2068. *Foiano, 10 Maggio 1235.*

A. MCCXXXV, Gregorio pp. residente, Frederico imp. imperante, ind. VIII, VI id. mad. Gionta olim Bernardi Baldovini vendit, dat, tradit et ad proprium in perpetuum concedit Bernardino castaldo de Corteveckia, recipiendo pro dicta casa de Cortevecchia, unum petium prati cum omni iure suo, finibus et pertinentiis, pos. in curia Foiani, « iuxta predicto castaldo enptore, filios Girardi viri de Lesolina et dicto Gionta, ut designaretur et diffiniretur per Salimbene de Aretio et per Mateum tt. ». Pro pretio VIIII libr. et X sol. den. Pis., q. ab eo confitetur recepisse et habuisse; et si plus valens, ei pure inter vivos donat, dat et mandat; profitetur se inde ab eo iustum meritum recepisse. Pena: duplum. Act. in burgo Foiani, ante domum Arpini, « presentibus Salimbene de Aretio, Bunome, Martini Arekiri et aliorum ». Rainaldus Busi not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Maggio 10, n. 1. *Summaria, c. CLXVIIII, n. 5.*

2069. *(Bibbiena?), 10 Maggio 1235.*

A. MCCXXXV, ind. VIII, die X intr. mad. Cristoforus f. qd. Taviani de Biblena, pro remedio anime sue suorumque parentum, dedit, tradidit, obtulit, donavit atque in eternum iure proprii concessit Guidoni priori Cam., recipienti vice et nomine

Cam. heremi, petiam unam terre pos. in terratorio Biblene u. d. in Fonte Mendicula: ab uno latere terra Cam. heremi, ab alio Ugolini de Rubulino, a tertio fossatum, a quarto via, cum eius introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena: duplum. Orlandinus, Lescolus et Barille ff. qd. Ottonelli fratris dicti Cristofori omnibus predictis et singulis consenserunt et predictam donationem ratam et firmam habere promiserunt. Pena: duplum. Interfuerunt Benaduce f. Martini Pelati, Vivolus f. qd. Martini Menkarini et Iohannes de Merlo tt. Iulianus sacri pal. not. et F(riderici) Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Maggio 10, n. 2. *Summaria, c. LXXXIII v., n. 3.*

2070. *Pisa, 14 Maggio 1235.*

Cum hospitale pos. Pisis prope mon. S. Fridiani vacaret hospitalario seu rectore et Guido prior Kam. venisset illuc ad eligendum et instituendum ibidem hospitalarium vel rectorem, tunc Dignus, q. morabatur in hospitali predicto, coram Ghello not. et subscriptis testibus, presentavit et dedit claves dicti hospitalis dicto Guidoni priori Kam., quas dictus prior suscepit et in continenti dixit: « Erro qd. Ugonis Erri et Guidoni Crivellarii et Burgundio qd. Conecti et Alfeo et Iacobo qd. Tanfi et Ranuccino germano ipsius Iacobi patronis dicti hospitalis presentibus, nos volumus ponere dictum donnum Dignum hic pro hospitalario et rectore; unde petimus vestrum consensum », et ipsi statim, habito consilio inter se, dixerunt ei: « Nos consentimus, ex quo placet vobis, ut donnus Dignus sit hospitalarius dicti hospitalis ». Et statim dictus Guido elegit dictum Dignum in hospitalarium et rectorem dicti hospitalis et sic commisit ei administrationem dicti hospitalis spiritualem et temporalem. Qui Dignus recepit dictam administrationem et statim promisit dicto priori et suis successoribus catholicis obedientiam secundum regulam b. Benedicti et consuetudinem Kam., obtentu administrationis dicti hospitalis sibi commisse, et tunc dictus prior Cam. posuit eum in sede dicti hospitalis pro hospitalario. Act. in dicto hospitali, presentibus Urbano abb. mon. S. Savini, Simone priore mon. S. Fridiani et Iacobo monaco dicti mon. S. Fridiani et aliis pluribus. A. MCCXXXVI, ind. octava[1], pridie id. mad. Guido Ramundi qd. f., Frederici Romanorum imp., Ierusalem et Sicilie regis not., predicta omnia, sicut in scedis Ghelli not. invenit, ipsius parabola et mandato, fideliter scripsit et firmavit.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Maggio 14.

[1] *È usato il computo pisano.*

2071. *Borgo S. Sepolcro, 7 Luglio 1235.*

A. MCCXXXV, iul. VII die intr., ind. VIII, Frederigo imp. Rigus conversus, procurator et syndicus eccl. Cam., ut asserebat, procuratorio nomine dicte eccl., ex parte una, et Donnaincasa f. olim Çani Vilani de plebe Miciani, uxor Guidonis f. qd. Ranuciali de Papiano, de licentia ipsius viri et mundualdi sui, una cum eo et ipse una cum ea, ex altera, compromiserunt in Albertum qd. Rodolfi et in Braimençone olim de Citerna tamquam in comunes arbitros et amicos de omni lite seu litibus, rekesta seu rekestis, quas aliquis predictorum adversus alteram partem movebat et movere sperabat, occasione vel nomine cuiusdam tenimenti seu poderis vel rerum, q. olim suprascriptus pater prefate mulieris detinuit vel detinebat aliquo iure in pleberio de Miciano, in curia de Castilione Fattalbecco, a dicta eccl. de Cam., et dicta mulier una cum dicto suo viro detinuerunt hucusque. Quamcumque sententiam seu arbitrium ipsi arbitri dederint, promiserunt dicte partes firmum habere et tenere. Pena: XXV libr. den. Pys. Act. in Burgo S. Sepulchri, in testimonio Bonifanti Benedictoli et Guidonis tt. Caciarinus not.

Originale. Summaria, c. CXXVI, n. 2. Cf. il reg. seguente.

2072. *Borgo S. Sepolcro, 11 Luglio 1235.*

A. MCCXXXV, iul. XI die intr., ind. VIII, Frederigo imp. Guido f. qd. Ranuciali de Papiano, in presentia uxoris Donneincase f. olim Iohannis[1] Vilani de plebe Miciani et testium infrascriptorum, ex arbitrio et laudo Alberti olim Rodolfi et Braimençonis olim de Citerna, cedit, concedit, transsigit, finit, refutat et renuntiat et per pactum de cetero non petendo remittit Rigone converso de Cam., procuratorio nomine recipienti pro eodem Cam., omne id ius in infinitum, seu omnia iura et actiones, petitiones et persecutiones, q. (in) commune uxoris suprascripte Donneincase, vel alio iure vel modo, habet vel habere videtur vel habere posset seu sibi competit in tenimento vel manso pos. in pleberio Miciani et in curia de Castilione de Fattalbecco seu ubicumque invenitur, q. tenimentum sive mansum suprascriptus Çani[2] pater dicte mulieris tenuerat olim ab eccl. Cam. et hucusque Guido predictus cum dicta uxore sua detinuit, scilicet terras, vineas, cultas et incultas, domum vel domos, pascuas, saxa, palludia, rupina, aquas et decursus aquarum et totum stabile quocumque, ubicumque et qualitercumque per singula in dictis locis invenitur vel inveniri potest et specialiter omne ius q. habet in duabus petiis terre de ipso tenimento, una quarum in Bigotti, infra hos fines: a tribus partibus via, ex alio (latere) filia olim Aldobran-

dini; alia petia ad Pratum frassini, iuxta terram plebis predicte et terram dicte eccl. Cam., et omne ius q. habet in dictis locis seu in rebus stabilibus. Per Theoçum olim Kerlendi de predictis investit. Profitetur se recepisse VI libr. den. Pys. et desuper meritum secundum legem. Promittit predicta omnia et infrascripta firma et rata habere et tenere, et si non observaverit, dare et solvere C sol. den. Pys. Item, sub simili pena C sol., si aliquo tempore appareret manifeste quod uxor sua predicta, de licentia sui, veniret contra aliquod predictorum, et dampna et expensas ei resarcire promittit; et si appareret de predictis rebus se dedisse vel concessisse alicui persone, ei suis expensis defendere et aquietare promittit. Act. in Burgo S. Sepulchri, in testimonio not., Guidonis monachi et dicti investitoris tt. Caciarinus not.

Originale. Summaria, c. CXXVI, n. 3. Cf. il reg. precedente.

[1] *Nell'orig.* Çani *espunto e con richiamo alla fine del doc., dove, prima della sottoscrizione notarile, leggesi* Iohannis [2] *Così nell'orig.*

2073. *3 Agosto 1235.*

« Rubeus conversus, vice et nomine Cam. heremi, libellario nomine seu fictus, ratificavit venditionem de supradicta terra factam a Sinibaldo predicto et suis heredibus; pro qua confirmatione recepit a predicto emptore sol. XXX. Sub a. Domini M°CC°XXXV, III° non. aug. Carta manu Boncompagni not. ».

Summaria, c. CXLV v., n. 1. Cf. i regg. nn. 2017 e 2074.

2074. *3 Agosto 1235.*

« Donnus Iohannes camerarius Cam., vice et nomine Cam. heremi, locationem et ratificationem factam a Rubeo converso predicto Sinibaldo de terra, quam emit a Baroncello, ratificavit et expresse confirmavit. Sub a. Domini M°CC°XXXV, III° non. aug. Carta manu Boncompagni not. ».

Summaria, c. CXLV v., n. 2. Cf. i regg. nn. 2017 e 2073.

2075. *Presso Fontebuono, 7 Agosto 1235.*

A. MCCXXXV, ind. VIII, settimo id. aug., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Bonaiutus qd. Martini et Iacobus f. eius, de consensu patris, pro remedio anime sue et parentum, dederunt, tradiderunt et concesserunt Guidoni priori Cam., pro se et suo mon. recipienti suisque successoribus in perpetuum, omnes decimationes, quas soliti erant percipere de tenimentis, q. fuerunt Guiducci et Perini, pos. in Villa de Agna vel alibi, per loca et vocabula, ubicumque terre atque possessiones dictorum tenimen-

torum reperiuntur. Pena: sol. centum Pis. Act. apud Fontembonum, in testimonio Mainetti qd. Sassoli et Orlandini f. sui et Dati de Mogiona. Matheus imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Agosto 7, n. 1. *Summaria, c. XXXVIII v., n. 1. Cf. il reg. seguente.*

2076. *Presso Fontebuono, 7 Agosto 1235.*

A. MCCXXXV, ind. octava, settimo id. aug., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Iacobus f. Bonaiuti, de consensu dicti patris, pro remedio anime sue atque parentum, dedit, tradidit et concessit Guidoni priori Cam., vice et utilitate dicti mon. recipienti suorumque successorum in perpetuum, duas partes pro indiviso de quadam petia terre pos. u. d. Casale: ab omnibus lateribus terra Cam., cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Pena: sol. centum Pis. Act. apud Fontembonum, in testimonio Mainetti qd. Sassoli, Orlandini f. sui et Dati qd. Aldibrandini. Matheus imp. aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Agosto 7, n. 2. *Summaria, c. XXXIIII v., n. 2, datato* a. M°CC°XLV°, VII id. aug. *Cf. il reg. precedente.*

2077. *Monastero di Pianettole, 14 Agosto 1235.*

A. MCCXXXV, Gregorio pp. residente, Federico imp. imperante, ind. octava, XIIII die intr. ag. In presentia Venture, Cambii, Palmeri, Maigneti et Ugolini, Arnuldus renuntiavit et refutavit (in manus) Guidonis prioris Cam. petiam unam terre sit. ad molendinum Cam.: iuxta viam a duobus lateribus et iuxta terram plebis Soare. Pena dupli. Pro hac renuntiatione habuit meritum iustum, XII sol. Act. in dormentorio mon. Planettoli. Ea die, in claustro dicti mon., coram supradictis testibus, Grisia, uxor dicto Arnudo, eodem modo promisit et iuravit non contravenire, ad similem penam. Cambius not. f. Venture de Planettolo, sicut invenit in abbreviatura et protocollo, scripta et scripto per manum Ugolini not., ita tenorem eius servando et omnia ex bona fide faciendo et etiam ex commissione sibi facta et precepto ab Iacobo iud. com. Aritii et assessore[1] et vicario tunc Petri Saraceni potestatis Aretine civitatis.

Originale. Summaria, c. CXIII v., n. 1, rogato manu Ugolini not.

[1] *Nell'orig.* assesso

2078. *Partina, 8 Settembre 1235.*

A. MCCXXXV, ind. octava, Gregorio pp. residente, Frederico imp. imperante, VIII die intr. sept. Presentibus presb. Alberto plebis Partene, Ynsinbardo et aliis, Gualkettus olim Geççi,

Godolus olim Temedei de Corçano et Ugolinus de Fregina per se et eorum heredes vendiderunt, tradiderunt et ad proprium in perpetuum concesserunt Ferreto castaldo domus Cam. de Monte[1] et successoribus, recipienti nomine dicte domus, omne ius et actionem, petitionem, quod et quam habebant vel sperabant habere adversus dictam domum de Monte, occasione unius commestionis vel qualibet alia occasione vel exceptione. Pro pretio XXVIII sol. Pis., quos fuerunt confessi se recepisse; et si predicta res magis valere potest, donaverunt inter vivos. Pena: C sol. Pis. Maria uxor Ugolini iamdicti et Milliore uxor dicti Godoli huic contractui consenserunt et parabolam dederunt, renuntiando iuri ypotece. Iacobus not. Act. apud plebem de Partena.

Originale. *Summaria, c. XLVI v., n. 3.*

[1] *Nell' orig.* Mote

2079. *Centena (territorio Aretino), 20 Settembre 1235.*

A. MCCXXXV, die XX sept., residente Frederico Romanorum imp., ind. VIII. Blancus de Colle alto et eius f. Orlandinus et Amatus olim Manentis eiusdem loci, occasione tenimenti infrascripti, q. ipsi et eorum antecessores ab infrascriptis mon. spatio XXX annorum et plus habuerunt, fuerunt confessi se tenere et habere et tenuisse, spatio predicto, nomine tenimenti a mon. Cam. et S. Bartholomei de Subcastello, a quolibet mon. pro dimidia parte, scilicet Blancus et f. eius dictus dimidiam partem et Amannatus aliam dimidiam, et pro ipsis mon. omnes terras et possessiones sit. in locis et intra fines q. inferius scribentur. Prima petia in Centena: a duabus partibus via, et est LXIII tab., ab alio latere vinea dicti Blanci, quam dicit esse de suo allodio; secunda petia iuxta dictam vineam et est LIIII tab. et dim.: ab inferiori latere Guido Aldegarde pro mon. de Subcastello, a duabus aliis partibus terra, quam dictus Blancus dicit suum esse allodium; tertia petia iuxta dictam terram de feudo: ab inferiori latere Comandus, ab alio latere Ubertinus, a superiori latere terra, quam dictus Blancus dicit suum esse allodium, et est nonaginta tab.; quarta petia: (iuxta) viam a duabus partibus, ab alio latere Dominicus Francole, et est XXXVI tab., ab inferiori latere terra, quam dictus Blancus dicit suum esse allodium; V^a^ petia: iuxta viam a superiori latere, ab alio latere dictus Blancus pro mon. de Subcastello tanto, ab inferiori latere Ubertinus olim Manentis, et est nonaginta et II tab., ab alio latere terra, quam dictus Blancus dicit suum esse allodium; VI^a^ petia in Campo de Macea et est XLVI tab.: iuxta terram de qua dicit dictus Blancus suum esse allodium, a duabus partibus ff. Manentis; VII^a^ pe-

tia in Poço: ab inferiori latere terra silvata, et dicit dictus Blancus de suo esse allodio, a superiori latere Girardus et Comandus, ab alio dictus Blancus, (et) est xxxv tab.; octava petia in Cerretum et est xx tab.: ab inferiori latere Gerardus et Comandus, ab alio dictus Blancus pro mon. Cam., in alio loco x tab., similiter (in) Cerretum, undique possidet Blancus dictus; nona petia in territorio Collalti, de qua infrascriptus not. erravit, ut superius apparet: prope domum Dominici Francoli, iuxta eumdem, ab alio latere Comandus, a superiori latere via, ab alio latere Iohannes pro mon. de Subcastello, et est xl tab. Mensurate omnes dicte terre per manus Detefece fabri de Castillione, et cum eius tab. dictas petias terre fuerunt confessi esse de proprietate prefati mon. de Subcastello pro dimidia parte et Cam. pro alia dimidia, et pro ipsis mon. promiserunt omni tempore residere, tenere et possidere, et possessionem non invertere et facere de dictis terris et tenimento talia et certa servitia, scilicet omni anno ad dictum mon. de Subcastello aportare et dare et solvere Rainerio abb. eiusdem mon., stipulanti et recipienti nomine eiusdem, vel eius fratribus et successoribus unam artotiram sive tortam in festo s. Bartholomei de xl ovis et quattuor caseis et sex den. Pis. et duas focacias bonas et magnas sine malitia et duas operas in estate et unam ad vineam laborandum, quando eis vel eorum heredibus rector vel nuntius dicti mon. denuntiabunt, et etiam sine aliqua denuntiatione, et castaldo de Motina vel eius successoribus pro mon. Cam. unam spallam porcinam et vi den. Pis. in festo s. Stephani et duas operas in estate et unam ad vineam laborandum et unum star. spelte ad star. Guineldi, promittendo per se suosque heredes dicta servitia se facere debere de ipso tenimento et pro eo et hec omnia alia servitia, q. faciunt homines suis dominis omni tempore, dicto Rainerio et Rigoni vicecomiti Cam., quilibet recipiens nomine mon., pro quo negotia agit. Pena: decem libr. den. Pis. Act. in dicta Centena, iuxta domum dicti Blanci, presentibus dicto Detefeci, Iohanne de Centena et Ugone de Colle alto tt. Turclus not.

Copia 1269 Settembre 24, eseguita da Brunus not. olim Melliorelli. *Nello Spoglio:* 1235, Settembre 25. *Summaria, c. CXXVI, n. 4. Mittarelli, IV, 336 cit.*

[1] *Così nella copia.*

2080. *23 Ottobre 1235.*

« Rigolus conversus castaldus curie Cam. de Motina, vice donni Guidonis prioris Cam., presb. Mercatum electum in plebanum S. Marie de Micciano locavit in sede predicte plebis, in choro, et ei dedit predicte plebis corporalem possessionen et administra-

tionem et claves. Sub a. Domini M°CCXXXV°, X° kal. nov. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. CXXVI v., n. 1. Mittarelli, IV, 337 cit. Cf. il reg. n. 2082.

2081. *Forlì, 26 Ottobre 1235.*

A. MCCXXXV, tempore Gregorii pp. et Federici secundi Romanorum imp., ind. octava, die sexto ex. oct., in Forl(ivio) « suporticu Inhate Tranchede ». Guido not. de Faraçano vendit Bencevenne converso Isole, comparatori vice et nomine Uguicionis abb. mon. Isole in perpetuum, duas torn. terre minus tribus perticis pos. in S. Brancatio, vel si aliter ibi dicitur, territorio Liv.[1] et plebe Meldule ad perticas Forumpopili: a primo latere strata, a secundo et a tertio Corradus Piligrini, a quarto Negrobonus et suprascriptum mon., cum arbustis, arboribus, cultu vel incultu, et cum introitu et exitu suo atque cum omnibus sibi pertinentibus et cum omnibus actionibus et exceptionibus, persecutionibus ac iure. Dat pretii nomine pro suprascripta re viginti quatuor libr. et viginti sex den. Rav., de quibus confitetur se fore bene solutum. Pena dupli. Petrus de Petella, Cercus de Faraçano, Benvignutus magister tt. Guido Liv.[1] not.

Originale.

[1] *Nell' orig.* ll *col segno d' abbreviazione.*

2082. *19 Novembre 1235.*

« Presb. Mercatus plebanus S. Marie de Micciano, pos. coram donno Guidone priore Cam., asseruit se fuisse positum in sede predicte plebis de Miccciano per Rigolum conversum Cam. heremi, vice donni Guidonis prioris Cam., et ab eodem tanquam domino et patrono recepisse claves predicte plebis. Post predicta predictus plebanus, genibus flexis et iunctis manibus, in manibus predicti prioris pro se et suis successoribus fecit obedientiam manualem pro obtinenda administratione plebis predicte. Sub a. Domini M°CCXXXV, XIII kal. dec. Carta manu Bruni not. ».

Summaria, c. CXXVI v., n. 2. Mittarelli, IV, 337 cit. Cf. il reg. n. 2080.

2083. *Presso Fontebuono, 12 Dicembre 1235.*

Pançus de Giordona se et suos heredes obligavit et insuper confessus est, coram Guidone priore Cam., quod ad mon. Cam. pertinebant totum podere vel tenimentum et omnes possessiones et terre et res, quod et quas ipse Pançus habebat et possidebat in districtu ville Iordone aut in districtu[1] Montekii per diversa loca et vocabula, et quod dominium et proprietas omnium predictarum rerum pertinebat ad dictum mon. Cam.; promisit dicta

omnia et singula tenere, possidere ad mandatum dicti prioris. Insuper confessus est manifeste quod erat et longo tempore existerat homo, colonus censitus, orrigenarius et ad servitium mon. Cam., et pro dicto tenimento et podere et dictis possessionibus, quas ipse prenominatus Guido prior nomine mon. Cam. ad colendum et utendum et fruendum concessit, constituit, fecit se et suos heredes colonum censitum et orrigenarium et ad servitium et inquilinum mon. Cam., et per se et suos heredes promisit dicto priori, recipienti pro dicto mon., non descendere, non separare se a dicto tenimento nec a dictis possessionibus absque licentia capituli Cam., immo adstrinsit se et suos heredes ad perpetuam residentiam et ad continuam habitationem in perpetuum super his faciendam. Nomine census, annuatim VII den. Pis. pro dictis tenimento et possessionibus dare et solvere promisit et decimam de dicto suo tenimento annuatim. Pena: XXV libr. den. Pis. Act. apud Fontembonam, in scaldatorio prioris, coram Iohanni f. olim Faci[2] de Marciano plebano, * * * * de Miciano. A. MCCXXXV, ind. VIII[a], Gregorio pp. residente et Fed(erico) imp. imperante, II id. dec. Brunus not.

Originale.

[1] *Nell' orig.* dicst *con segno d'abbreviazione.* [2] *Nell'orig.* fci *senza alcun segno di abbreviazione.*

2084. *Micciano, 29 Dicembre 1235.*

A. MCCXXXV, IIII kal. ian., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. VIII[a], ad Miçanum, ante domum Guelfolini eiusdem loci. In presentia Piccarini de Albiano, Detefeice fabri de Castilione, Martini olim Iohannis Gaybelli et Iohannis sive Çanni Formece tt. et Bonensegne Guidonis Fresonis, Guelfolinus de plebe Miçani et Brunesenda eius f., q. confessa est se esse maiorem XXV annorum etate, vendiderunt atque inrevocabiliter ad proprium concesserunt Basilio cellarario Cam. et Rigolo converso de Cam. et castaldo curie domus Motane, recipientibus pro Cam., clausuram in Miçano, in qua ipsi habitant: iuxta duas vias et ab aliis duabus partibus Ugo de Miçano et a parte inferiori Ubertinus de Campalla et Girardus Donisie, cum introitu et exitu suo omnique iure suo. Pro pretio viginti octo libr. den. Pis., quas fuerunt confessi fore solutas. Per supradictum Detefeice ipsos investierunt. Pena: duplum. Tacto libro evangeliorum omnia supradicta semper firma tenere et contra non venire aliqua occasione dicta Brunesenda corporaliter iuravit. Guido imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Dicembre 29, n. 1. *Summaria, c. CXXVII, n. 1. Cf. i due regg. seguenti.*

2085. *Micciano, 29 Dicembre 1235.*

A. MCCXXXV, IIII kal. ian., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. VIII[a], ad Miçanum, ante domum Guelfolini. In presentia Piccarini de Albiano, Detefeice fabri de Castilione, Martini olim Iohannis, Bonensegne olim Guidonis et Çanni Formece tt., Basilius monachus et cellararius de Cam. et Rigolus conversus de Cam. et castaldus curie de Motena pro Cam., ambo insimul vice prioris de Cam., dant, tradunt atque concedunt Guelfolino et Brunesende f., filiis et nepotibus in tertiam generationem de bonis dicti Cam. unam clausuram pos. in Miçano, in qua habitant, *etc., come nel reg. precedente.* Investitorem dederunt supradictum Detefeice. Pro hac libellaria, nomine pensionis, omni anno in festo s. Bartholomei de mense aug. sex sol. den. Pis. nuntio Cam., q. colligit hic alias pensiones Motane, persolvant, et nuntius, q. censum portaverit, recipiat commestionem ab eo, cui dederit censum prefatum, et ius suum nemini vendant, quin primo Rigolum vel successorem ter infra triginta dies interrogent et iis dare teneantur pro triginta et quattuor libr. Pis. — et Rigolus vel successor teneatur dare dictas triginta IIII libr. — et teneantur arbores in dicta clausura existentes bene custodire et in bono statu retinere. Promittunt predictam libellariam in bono statu retinere et defendere, pacto apposito quod, si dictum censum in dicto termino non solverint, cadant ab omni iure. Pena: XXV libr. den. Pis. Guido imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Dicembre 29, n. 2. *Cf. il reg. precedente e quello seguente.*

2086. *(Micciano), 29 Dicembre 1235.*

« Guelfolinus et Brunensenda per se suosque heredes usque in terciam generationem promiserunt annuatim solvere, nomine pensionis, in festo s. Bartholomei sol. VI den. bon. Pis. nuntio Cam., colligenti alias pensiones Motine, pro locatione eis facta a donno Basilio cellerario Cam. et Rigolo castaldione Motine, pro Cam. heremo, unius clausure pos. in Micciano, in qua habitabant, iuxta duas vias et Ugonem de Micciano et Ubertinum de Campalla et Gerardum Donisie; hoc apposito pacto, ut, q. censum portat, comestionem recipiat. Sub a. Domini M°CC°XXXV, IIII° kal. ian. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. CXXVI v., n. 3. Cf. i due regg. precedenti.

2087. *1235.*

« Presb. Boçça rector eccl. S. Angeli per se suosque successores in perpetuum dedit et reffutavit donno Rigoni Cam. he-

remi monacho pro Cam. omne ius et actionem, quod et quam habebat in terra de Pontoio et in toto iuditio, q. fecit Planus Archadore; item unam petiam terre pos. in Vignale cum medietate vie, q. ad eum vadit, iuxta Porcellum et terram Cam. et viam publicam. Sub a. Domini M°CCXXXV. Carta manu Vive not. de Ar(etio) ».

Summaria, c. LXI, n. 2.

2088. *Fontebuono, 1 Gennaio 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. VIIII, die primo ian. Vacutius f. [qd.] Vacai, pro remedio anime sue suorumque parentum, dedit, tradidit, donavit atque in perpetuum concessit Guidoni monacho Cam., recipienti pro Cam. heremo, omnes et singulas terras et res et bona et iura, que et quas ipse vel alius sive alii pro eo habebat seu tenebat vel habere seu tenere debebat a l. q. d. Gricia supra, versus Fontembonum et versus heremum, sicut trahit sega ipsius Gricie in Porrectum, usque in Civitellam et usque ad iugum alpium versus heremum, in omnibus et per omnia et singula, ubicumque sit vel inveniri poterit per loca et vocabula. Pena: XXV den. Pis. Excepit de his prata in tribus locis in Civitella, unum pratum in Siketa et unum parvum pratum, q. habet u. d. ad Pratum montaninum, que non dedit nec donavit. Act. in claustro conversorum Fontisboni. Interfuerunt Rigaletus f. qd. Fulki de Agna, Bonus f. qd. Pucioli et Albertus Basici tt. Iulianus sacri pal. not. et Friderici Romanorum imp. iud. ord. atque not.

Originale. Summaria, c. XII, n. 5.

2089. *1 Gennaio 1236.*

« Ceppo olim Ugolini de Ridiraculi et Bernardus Bonafe et Massarius eius ff. per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio animarum suarum suorumque parentum, donaverunt pure et irrevocabiliter inter vivos donno Basilio monacho Cam., pro Cam. heremo, petias II terre pos. in territorio de Ridiraculi, quarum prima est pos. u. d. ad Fatuchiaias, iuxta fossatum et fontem et terram Attendoli et Rubatoris; secunda est pos. u. d. a Lasticiolas, iuxta terram Clarembaldi et Poçolani et Danielis et montem, cum earum pertinentiis, iure et actione. Sub a. Domini M°CC°XXXVI°, die prima ian. Carta manu Iuliani not. ».

Summaria, c. CLXXXXI, n. 3.

2090. *Partina, 17 Gennaio 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, Gregorio pp. residente, Frederico imp. imperante, VII°X° die intr. ian. Presentibus Giginço,

Gionte Follis et Martiano tt., Restaurus et Gionta fratres ff. olim Gratiani per se et eorum heredes vendiderunt, tradiderunt et ad proprium in perpetuum concesserunt Ferreto castaldo domus Cam. de Monte et suis successoribus omne ius et actionem, petitionem, quod et quam habebant vel sperarent habere adversus dictam domum occasione duarum commestionum et v den., quos debebant percipere a dicta domo de tribus annis unum. Pro pretio xx sol. Pis., quos fuerunt confessi ab eo recepisse. Pena dupli. Obligaverunt eidem omnia eorum bona presentia et futura, promittendo sic facere et curare quod eorum uxores huic contractui consentient, sub pena c sol. Pis. Iacobus not. Act. apud plebem de Partena.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Gennaio 10. *Summaria, c. XLVI v., n. 4.*

2091. *Badia di Adelmo, 4 Febbraio 1236.*

A. MCCXXXV, ind. nona[1], secundo non. febr. Guido prior Cam., cum mon. S. Marie de Elmo suo vacaret pastore, ad ipsum personaliter accedens, ex officio suo examinavit vota monacorum dicti mon., ut quilibet illorum diceret quem vellet pro abb. Auditis et intellectis votis monacorum, q. de Aldobrando mon. prefati monacho concordes unanimiter exstiterunt, eosdem ad capitulum convocavit et, consentiente Spata rectore eccl. S. Quirici, Pag(ani) ep. Vult. delegato, coram dictis monacis omnibus in capitulo dictum Aldobrandum in abb. elegit et ei cum libro et clavibus commisit administrationem spiritualem et temporalem dicti mon. *Descrivesi la cerimonia.* Act. apud abatiam de Elmo, in predictis locis, coram Benedicto priore mon. S. Mariani, Guidone monacho Cam., Michaele priore S. Cassciani et Palmerio converso Cam. tt. Bonacursus de S. Geminiano[2] qd. Petri f. a Frederigo secundo regnante imp. not. ord.

Originale. Nello Spoglio: 1235, Febbraio 4. *Mittarelli, IV, 335 cit.*

[1] *È usato il computo fiorentino.* [2] *Nell' orig.* Gem *con segno d' abbreviazione.*

2092. *Presso il monastero di Fontebuono, 26 Febbraio 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. VIIII, quinto die kal. mar. « Quia anticus hostis nititur in quantum potest animas hominum captivare, inter eos non solum de antiquis, verum etiam de modernis factis çiçaniorum semina inserendo », ideo Ildibrandinus qd. Giunte de Mogione confessus est tunc temporis cum, una cum suis, in domo sua propria morabatur, antequam se traderet et offerret Domino in Cam. heremo serviturum inter vivos, pro remedio

anime sue suorumque parentum, se donasse, dedisse, cessisse et concessisse heremo Cam. in presentia Guidonis prioris ipsius heremi, nomine eiusdem heremi recipienti, pratum pos. in l. q. d. Fagiolo: a primo latere dicta heremus, a IIº Rigaletti et Bencivenni de S. Paulo, a IIIº et a IIIIº via publica. Insuper confessus est filium suum Orlandinum habuisse dictum pratum a dicto priore in feudo, hoc interveniente pacto: si dictus filius eius decederet absque filiis, dictum pratum debere remanere dicte heremo Cam., de quo reddebat annuatim dicte heremo unum den., nomine feudi. Act. apud mon. Fontisboni, in camera iamdicti prioris, coram Matheo de Pratale, Boncio qd. Bertoldi, Bonaiuto Cancellarii de Ernia tt. Albertus imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Marzo 25. *Summaria, c. XVIIII, n. 2.*

2093. *(Presso S. Martino al Monte?), 2 Marzo 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, Gregorio pp. residente, Frederico imp. imperante, secunda die intr. mar. Presentibus Martino Gratto, Gerardo de Soci et Philippo olim Dadei tt., Mafeus olim Tosci et Datus olim Ugucionis per se et eorum heredes, unusquisque in solidum, vendiderunt, dederunt, tradiderunt et ad proprium in perpetuum concesserunt Palmerio Cam., recipienti pro domo Cam. et successoribus, unam petiam terre pos. a Metaleito, in plano de Nucikie: terra dicte domus a duobus lateribus et fossata duo, cum omni eorum iure, finibus, pertinentiis et adiacentiis; item omne ius et actionem, petitionem, quod et quam haberent vel sperarent habere adversus omnem personam et locum pro ea. Pro pretio IIII libr. Pis., quas in veritate fuerunt confessi se recepisse; et si predicta res pluris esse pretii potest, donavit inter vivos. Pena dupli. Obligaverunt omnia eorum bona presentia et futura et specialiter unam petiam terre a Campo de Monte, cui est via et domus Cam. Agina uxor dicti Mathei[1] et Recevuta uxor dicti Dati huic contractui eorum verbo parabolam dederunt et consenserunt. Iacobus not. Act. apud eccl. de Monte.

Originale. Summaria, c. XVIIII, n. 3.

[1] *Così nell' orig.*

2094. *Presso Prataglia, 12 Marzo 1236.*

A. MCCXXXV, ind. nona[1], quarto id. mar., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Iohannes qd. Rodulfi et Maria uxor eius et Bonacorsus qd. Gianni et Druda uxor eius maritali consensu per se suosque heredes vendiderunt, tradiderunt et con-

cesserunt Basilio monacho Cam., recipienti pro se et vice Guidonis prioris Cam. suorumque successorum in perpetuum, unam petiam terre pos. u. d. Vallegisoli: a primo latere terra Cam. et consortium eorum, a secundo sumitas montis, ab aliis duobus fossato, medietatem pro indiviso, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione. Confessi sunt pro pretio recepisse sol. quadraginta den. Pis., scientes predictas res multo pluris pretii esse; tamen quantocumque pluris sunt, totum inrevocabiliter inter vivos donaverunt. Pena: sol. centum Pis. Act. apud Pretalem, in testimonio presb. Boninsegne, Trincie qd. Piccoli et Zeoli qd. Martinucçi. Matheus imperialis aule not.

Originale. *Nello Spoglio:* 1235, Marzo 12. *Summaria, c. XII, n. 3.*

[1] *È usato il computo fiorentino.*

2095. *(Perugia), 29 Aprile 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. VIIII, die secunda apr. ex. Perus olim sacrista Fontisboni et modo prior S. Trinitatis, Perusii, insimul cum Gregorio presb. et cler. ipsius eccl. et Martolo de S. Martino de Collibus ipsi eccl. familiario et fratre converso, obligat Ciotto Sigiçelli de Murcella eiusque heredibus aut cuicumque dare et concedere voluerit, iure pignoris, totam clusuram ipsius eccl. pos. in Vegiano: a primo latere f. Iohannis Ciaccoli, a secundo ff. Antici, ab aliis lateribus vie, prout est vineata et non vineata, cum pomis et arboribus et cum omnibus rebus et utilitatibus ad ipsam pertinentibus. Pro triginta libr. den. Luc., quas ab eo mutuo accepisse confitetur; de quibus reddidit Benvenuto Paganelli Casciatelle XVI libr., quas accepit mutuo olim Perus Bononiensis procurator mon. Cam., quando ibat ad curiam pp., et Perus olim prior huius eccl. pro eis estitit fideiussor; decem libr. reddidit Iacobo nepoti fratris Iangni pro filia Angeli Scavati; XIII sol. dedit inde in uno porcello; XX sol. dedit Martino Rusticonis, quando ivit ad Montem Christum; reliquos dedit pro petraria et in aliis agendis ipsius eccl.; quos den. omnes hinc ad kal. mar. proximas venientes ei et heredibus reddere promittit. Quod si non faceret ab inde in antea, sua auctoritate, sine misso potestatis, intret in dictam clusuram ad frudium et, iure pignoris, inde faciat quicquid sibi placuerit; si voluerit intrare in dictum pignus ad frudium, convenit et promittit ei reddere dictam pecuniam in dicto termino. Pena dupli. Act. coram Recabene Baronis, Benvenuto Aldrevandini et Areverio Corradi tt. Melioratus apostolice Sedis not.

Originale.

2096. *Raginopoli, 28 Maggio 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, quinta kal. iun., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Vanni qd. Albertucci vendidit, tradidit et concessit Basilio, vice Guidonis prioris Cam. recipienti, suisque successoribus in perpetuum unam petiam terre pos. in Faeto: a primo latere terra eccl. de Pretali, a secundo via, a tertio Vaccucci et dicti Vanni et fratris, medietatem pro indiviso, cum omni iure et actione. Confessus est se pro pretio recepisse sol. decem Pis., et quod pluris pretii est, eidem Basilio donavit. Pena: viginti sol. Act. Ragiropoli, in testimonio Iacobi de Riccio et presb. Martini et Martignonis Giancanis. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XXXIII v., n. 4.

2097. *28 Maggio 1236.*

« Salimbene f. olim Iohanelli et Matheus olim Guerruci per se suosque heredes in perpetuum dederunt, pro remedio animarum suarum suorumque parentum, donno Basilio monacho Cam., recipienti pro Cam. heremo, omnia sua iura et actiones, que et quas habebant infra clausuram Cam. de Pratal(i), in terris, vineis, resediis et possessionibus, quibus a primo latere est domus S. Blasii de Pratal(i), ab aliis via publica et fossatum. Sub a. Domini M°CC°XXXVI°, V° kal. iun. Carta manu Mathei not. ».

Summaria, c. XXXIII v., n. 3.

2098. *Presso Fontebuono, 1 Giugno 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, kal. iun., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Iuncta et Ristoro qd. Gratiani fuerunt confessi in veritate pro pretio recepisse a Guidone priore Cam. libr. tres Pis., pro quo pretio iure venditionis et, pro remedio anime sue suorumque parentum, iure donationis inrevocabiliter inter vivos dederunt, tradiderunt et concesserunt prefato priori, recipienti pro se suisque successoribus in perpetuum, duas petias terre, quarum prima u. d. Perboneldolo: a primo latere terra Cam., a secundo flumen, a tertio silva, a quarto via; alia prope Cam. u. d. Rionero: a primo latere terra Cam., a secundo via, a tertio fossato, a quarto via, cum introitu et egressu et cum omni iure et actione, usu seu requisitione. Pena: centum sol. Pis. Act. apud Fontembonum, in testimonio Iacobi Aliotti, Bonacolti de Cuna et Gilii de Lierna et aliorum plurium. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XII v., n. 1.

2099. *Eremo del Vivo, 27 Giugno 1236.*

Cum discordia intraverat inter Petrum priorem mon. de Vivo, ab una parte, et quosdam monacos eiusdem mon., ex alia parte, scilicet Ranerium, Pierum, Iunctam, Salvium, Iacobum, Ildibrandinum, Benedictum, occasione sacramenti, sive conspirationis, facti a predictis monacis contra et ad iniuriam iamdicti prioris, ambe partes dederunt discordiam in manibus communium amicorum finiendam et componendam ac pacificandam, scilicet abbatis S. Petri in Campo, abbatis S. Petri de Argnano et maioris heremi superioris de Vivo, q. inter eos arbitrati fuerunt et pacem fieri fecerunt; set cum discordia fugiat pacem occasione inobbedientie, iterum ad discordiam pervenerunt, in tantum quod monaci predicti, spreta obbedientia in priorem et in eius sequaces, aspere et dure insurrexerunt et in laqueo inregularitatis ac publice excomunicationis inciderunt et quedam turpia et non cuilibet bono viro recitanda dicere in claustro et coram laicis et conversis protulerunt ac non dubitaverunt. Tandem captis monacis predictis a conversis et laicis mon. illius et ex precepto predicti prioris, (eos) in carcerem recluserunt et tenuerunt; extractis de carcere et vinculis monacis iamdictis, iuraverunt dicere veritatem de malis eorum factis et perpetratis, dictis, cogitationibus ac pravis operationibus. Benedictus monacus, Ildibrandinus monacus, Iacobus, Ranerius, Pierus presb. et monacus examinati sunt. Act., iuratum, dictum et examinatum ante portas eccl. mon. de Vivo et apud predictum mon., in presentia magistri Henrici galigarii, magistri Mend[.] sartoris, Palmerii cortisciani. A. MCCXXXVI, v kal. iul., Gregorio pp. residente et Frederico Romanorum imp. imperante, ind. VIIII. Iohannes iud. ord. et tabellio Henrici imp.

Originale. Cf. i regg. nn. 2105, 2107, 2109 e 2117.

2100. *Presso Serravalle, 28 Giugno 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. VIIII, Gregorio pp. residente, Freder(ico) Romanorum imp. imperante, III^a^ die iun. ex. Presentibus Maranguone de Ragilopoli, Piernero, presb. Donato de Serravalle et Gargiano de Serravalle tt., Marcus abbas mon. S. Marie de Pretallia per se suosque successores locavit, dedit, cessit et concessit in perpetuum infiteoticum Fantino qd. Giannis de Serravalle et suis heredibus totum podere seu tenimentum, q. fuit iamdicti Giannis patris dicti Fantini et habuit et tenuit et ipse Fantinus tenuit et possedit vel alius pro eo, pos. in curia et districtu de Serravalle vel alibi, per diversa loca et vocabula, cum omnibus suis iuribus, finibus, pertinentiis et adaiacentiis usque in vias

publicas. Pena: x libr. den. Pis. Dictus Fantinus promisit et convenit annuatim die s. Stefani, nomine census, IIII den. apud Serravallem, sub pena x libr. den. Pis. Act. apud Serravallem. Not. Iacopus de Marciano.

Originale.

2101. *Borgo di Bagno (Romagna), Giugno 1236.*

A. MCCXXXVI, tempore Gregorii pp. et Federic[i.....] iun., ind. VIIII, in burgo Balnei. Albertinus de Sambolino, [consen]tiente sua uxore Novalla, dedit et concessit [...]o [....] priori mon. heremi nove, recipienti pro se suisque successoribus, unam petiam terre pos. in Redolmo, territorio plebis Galiate: iuxta illos de dicto mon. et Borestorum a duobus lateribus et montem, cum introitu exituque suo, et omnia iura omnesque actiones. Hec fecit quia dictus prior recepit eorum filium Cambium in filium et spetialem familiarem predicti mon., sicuti conversi et familiares ipsius loci per se habebunt. Pena: x libr. Rav. Testes: Bonço, Martinus et Albertus. Manes de Balneo imperialis not.

Originale.

2102. *Poppiena, 11 Luglio 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, quinto id. iul. Presb. Aiutus prior et rector abbatie S. Angeli de Popiena, presentibus, volentibus et consentientibus Uberto et presbiteris Simone et Bono fratribus suis, pro se et nomine ipsius abbatie, ex parte una, et presb. Cristoforus rector eccl. S. Marie de Pietraficta, pro se et nomine ipsius sue eccl., ex alia, unanimiter et concorditer fecerunt, constituerunt et eligerunt Guidonem priorem Cam. eorum arbitrum, laudatorem, dictorem et amicabilem compositorem de omni lite et controversia, q. vertebatur inter eos, — petebat dictus prior de Popiena ab ipso presb. Cristoforo obedientiam, reverentiam, electionem, institutionem, destitutionem, correctionem, visitationem, reformationem, tam in capite quam in membris et longe consuetudinis, q. omnia dictus prior dicebat et dicit se actenus habuisse in dicta eccl. de Pietraficta per longum tempus in accipiendo singulis annis de den., candelis et tovaliis, q. offeruntur ipsi eccl. in singulis festivitatibus s. Marie; ex adverso dictus presb. de Pietraficta dicebat quod dictus prior sibi fecerat multam iniuriam excomunicando ipsum sepe et vituperando obbrobriis et contumeliis, volens auferre de rebus ipsius eccl. de Pietraficta ultra quam consueverint accipere antecessores dicti prioris — et promiserunt dicte partes vicissim inter se quod

quicquid dictus arbiter inter eas arbitratus fuerit, laudaverit, dixerit et amicabiliter composuerit, diebus feriatis et aliis, sedendo vel stando, partibus presentibus et absentibus, vel una presente et altera absente, semel vel pluries, quotiescumque et qualitercumque, omni tempore ratum et firmum habebunt et tenebunt. Pena: libr. quinquaginta den. Pis. Qui arbiter, auditis et intellectis diligenter q. proposita sunt ex utraque parte et habito super his plurium sapientum consilio, modico interveniente intervallo, arbitratus fuit, laudavit, dixit et amicabiliter composuit inter dictas partes quod dictus prior de Popiena et successores habeant semper deinceps in predicta eccl. de Pietraficta electionem, institutionem, destitutionem, correctionem, visitationem, reformationem, obedientiam et reverentiam, tam in capite quam in membris, et quod dictus prior de Popiena et successores, quotiens necesse fuerit ire ad eccl. de Pietraficta, vadant cum congrua societate et honorifice recipiantur a rectoribus, q. pro tempore fuerint in dicta eccl., et a familiaribus et honorentur tamquam domini, et prior de Popiena, q. pro tempore fuerit, teneatur ire singulis annis ad dictam eccl. de Pietraficta in his duabus festivitatibus, videlicet Adsumptione et Nativitate virginis Marie, et in his duabus festivitatibus celebret illic missam et predicet populo; quod rectores illius eccl. et familiares vivant secundum ordinem Cam. et quod rectores, q. in dicta eccl. ponentur pro tempore, eligantur tantummodo de abbatia de Popiena, sive sit monacus sive conversus, et si non inveniretur idoneus in abbatia de Popiena, eligatur de ordine Cam.; quod prior, q. pro tempore fuerit in abbatia de Popiena, non possit excomunicare, interdicere nec amovere rectores, monacos, conversos vel familiares commorantes in dicta eccl. de Pietraficta sine iusta et rationabili causa secundum consuetudinem Cam., et si dictus prior contra hec venerit, dicti rectores, monaci, conversi et familiares illius domus debeant et possint habere recursum ad priorem Cam., q. videat et intelligat et postea, quod iustum fuerit, iudicet et discernat; quod rectores dicte eccl., causa reverentie et laboris, quem dictus prior substinuerit, teneantur semper deinceps in singulis predictis festivitatibus exibere eidem priori sol. x Pis. monete et duas tovalias competentes de his, q. oblate fuerint, et de candelis offertis tribuant competenter, et si aliqua questio oriretur inter predictos priorem de Popiena et rectorem de Pietraficta, debeant habere recursum ad priorem Cam. et non ad aliam personam sine ipsius mandato et licentia speciali, finitis, cassatis et penitus remotis omnibus aliis petitionibus et repetitionibus, quas unus alteri vel alter alteri faciebat seu facere poterat, et omnibus

literis et privilegiis impetratis et impetrandis in Romana curia pro predictis vel horum occasione, precipiens hoc laudum, dictum et arbitrium et omnia predicta et singula omni tempore a dictis partibus haberi et teneri incorrupta, sub predicta pena. Act. apud abbatiam de Popiena. Interfuerunt Iohannes plebanus de Stia, presb. Iohannes de Grizano et presb. Compagnus[1] de S. Iusto tt. Guido imperialis aule iud. et not.

Originale. Summaria, c. CCII v., n. 1. Mittarelli, IV, 337 cit.

[1] *L'orig. ha* Compag *con segno d' abbreviazione.*

2103. *Marciano, 15 Luglio 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. VIIII[a], Gregorio pp. residente, Freder(ico) imp. imperante, XV[a] die intr. iul. Presentibus Orlando de Partena, Guilielmino f. Borgensis et Iohanne del Fosko tt., Ildibrandinus de Vepre per se suosque heredes vendidit, dedit, tradidit et ad proprium in perpetuum concessit Palmerio Cam., recipienti pro heremo Cam., unam petiam prati pos. in Sambukeita: ab omni latere terra dicte heremus, cum omnibus suis finibus, pertinentiis et adiacentiis et omni iure suo; insuper omne ius et actionem, petitionem, quod et quam habebat vel habere sperabat adversus omnem personam et locum. Pro pretio XXIIII sol. Pis., quos fuit confessus se recepisse; et si predicta res pluris esse pretii potest vel magis valet, in totum et per totum donavit inter vivos. Pena dupli. Mambilia uxor dicti Ildibrandini huic contractui consensit et parabolam dedit. Iacobus not. Act. apud Marcianum, in domo dicti Ildibrandini.

Originale. Summaria, c. XVIIII, n. 4.

2104. *Forlì, 16 Agosto 1236.*

A. MCCXXXVI, tempore Gregorii pp. et Federici secundi Romanorum imp., ind. nona, die sexto decimo intr. ag., in Forlivio, in domo Gluti de Bretenorio[1]. Rumiolus nomine donationis simpliciter inter vivos dat et cedit et mandat Orlandino de Paderno, accipienti pro Petro f. qd. Venture converso S. Marie Cam. de Bononia, pro se, suis liberis, heredibus in perpetuum omne ius, omnem actionem, quod et quam habet vel habere sperat aut sibi pertinet in unam suam petiam terre pos. in Seterangno in curte Gleri, quam habet cum Maio vel cum suis heredibus, pro indiviso, territorio Bon., in plebe S. Petri: a primo latere Tolomeus, a secundo f. Clocoli, a tertio pratus monte, a quarto * * *, cum introitu et exitu suo atque cum omnibus actionibus et exceptionibus, persecutionibus ac iure. Pena dupli.

Mhateus[2] de Bononia, Bonectus, Grimammus de Paderno tt. Guido Liviensis[3] not.

Originale.

[1] *Nell'orig.* Bretenorio *con segno d'abbreviazione ondulato su* bre [2] *L'orig. ha* Mhateus *con segno d'abbreviazione sulla* us [3] *Nell'orig.* Il *con segno d'abbreviazione.*

2105. *Eremo di Camaldoli, 3 Settembre 1236.*

A. MCCXXXVI, pp. Gregorio residente et Frederico Romanorum imp. imperante, ind. nona, tertio non. set. Guido prior Cam., audito rumore mon. de Vivo, q. inter Petrum priorem eiusdem loci et quosdam monacos, scilicet Rainerium, Petrum, Iacobum et Ildibrandum dicti mon., controversia maxima erat, eos vocavit ad presentiam suam. Auditis et intellectis eorum dictis, q. proponere volebant, habito consilio fratrum suorum, precepit dicto priori de Vivo, sub pena excomunicationis, ut dictos monacos reciperet et eos collocaret in capite sive in membris de Vivo, providendo eis in spiritualibus et temporalibus competenter. Item excomunicavit dictum priorem de Vivo, si offenderet dictos monacos in personis per se vel per alium; similiter excomunicavit dictos monacos, si offenderent dictum priorem de Vivo in persona per se vel per alios. Item memoratum priorem de Vivo, quia noluit iurare precepta memorati prioris dicere veritatem de his, quibus erat a dictis monacis infamatus, scilicet de simoniaca pravitate et lapsu carnis, posuit sub interdicto, donec iuraverit eius precepta de supradictis. Item excomunicavit dictum P(etrum) priorem et prenominatos monacos, si pro predictis omnibus adcederent ad correctionem sive iudicium alterius, cum ipse sit regulariter paratus ipsos audire et eis plenarie facere rationem secundum b. Benedicti regulam et Cam. ordinis consuetudinem. Act. in herimo Cam., in cella dicti prioris eiusdem loci, coram Michaele, Ugone, Iohanne cellerario, Girardo, Dominico Cam. herimi herimitis et Basilio cellario Fontisboni, Palmerio et Canbio conversis de Vivo tt. Sassolus not. f. Carsedoneii de Aritio.

Originale. Cf. i regg. nn. 2099, 2107, 2109 e 2117.

2106. *5 Settembre 1236.*

« Christoforus olim Menci de Romena per se suosque heredes in perpetuum, pro remedio anime sue suorumque parentum, donavit pure et irrevocabiliter inter vivos Henrico visdonno, vicecomiti et sindico Cam., recipienti vice donni Guidonis prioris Cam., omne ius et actionem, quod et quam habebat in podere Uguitionis de Soci, q. fuit avus dicti Christofori. Sub a. Do-

mini M°CC°XXXVI°, die V^a mensis sept. Carta manu Guidonis not. ».

Summaria, c. LXVII v., n. 2.

2107. *Eremo del Vivo, 25 Settembre 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, VII kal. oct., tempore Gregorii pp. VIIII et Frederigi Romanorum imp. In presentia Burnaccii de Aritio scolaris et Iohannis Salvati tt., Petrus prior heremi et mon. de Vivo et sui monaci, videlicet Michael maior ipsius claustri et sacrista, Petrus et Baldança, requisiti a visitatoribus prioris heremi Cam., Sollicito priore S. Michaelis de Aritio et Benedicto heremita Cam. heremi, iuraverunt parere ac obbedire mandatis prioris Cam. et predictorum visitatorum et aliorum nuntiorum eiusdem prioris sive suarum litterarum et dicere totam veritatem et falsitatem tacere super excessibus personarum suarum, scilicet super persona prioris, monachorum, conversorum et aliorum familiarium mon. de Vivo, et super correctione et reformatione domus ipsius, videlicet in quo sit deformata et in quo melius et decentius possit reformari. Hoc facto supradicti visitatores, auctoritate qua fungebantur, absolverunt memoratum P(etrum) priorem de Vivo a vinculo interdicti, quo tempore fuerat suppositus per nominatum priorem Cam. heremi, donec iuraret parere et obbedire mandatis ipsius. Eodem die et in eodem loco, scilicet in calefactorio predicti mon. de Vivo, in presentia Bruni abb. de Argnano et Burnaccii scolaris predicti tt., Ranerius, Iacopus, Aldibrandus et frater Benedictus monachi eiusdem mon., sub forma predicta, per singula iuraverunt. Item eadem die et eodem loco, presentibus predictis testibus, scilicet Bruno abb. et Burnaccio, Benedictus et Petrus iuvenis, sub eadem forma, similiter iuraverunt, quemadmodum et alii monachi memorati et suprascripti de mon. pretaxato. Iuratum apud dictum mon. de Vivo. Dota not.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Settembre 24. *Cf. i regg. nn. 2099, 2105, 2109 e 2117.*

2108. *S. Andrea in Selva, 10 Ottobre 1236.*

A. MCCXXXXVI, ind. nona, sexto id. oct. Brunetta, q. morabatur ad Vicum, coram Alberto not. et testibus infrascriptis, obtulit se pro conversa in manibus Petri prioris eccl. et mon. S. Andree in Silva prope Riviltam pro ipsa eccl. et mon. et omnia sua bona mobilia et immobilia, presentia et futura seseque moventia, ubicumque constituta, et iura et actiones et nomina sibi competentes et competentia eidem Petro priori, pro suprascripta

eccl. et mon. recipienti, pro remedio anime sue et suorum parentum, obtulit et dedit, cum omni iure et proprietate et actione. Dictus prior, pro predicta eccl. et mon., predictam Brunettam duxit circumdando altare pro conversa, et ipsam obtulit se ad altare, osculando sacrum altare et iuntis manibus, tenendo manus suas in manibus suprascripti prioris pro suprascripto mon., promisit obbedientiam, et fecit et promisit ei astinentiam et castitatem et stabilitatem loci. Prenominatus prior investivit et fecit eam participem de officio et beneficio, q. de cetero factum fuerit in suprascripto mon., promittens ei, cum consensu et voluntate Bonamici conversi predicti mon., obligando se et suos successores, sub ypotheca rerum et bonorum suprascripti mon., dare victum et vestimentum et calciamentum, ad penam libr. viginti quinque den. Act. in suprascripta eccl. ante altare. Presentibus Bonacorso f. Strenne Assalliti, Sanguigno qd. Dati, Iohanne barberio de Buiti et Bonsignore q. moratur in suprascripta eccl. ad feudum tt. Albertus qd. Guiduccii de Buiti imperialis aule not.

Originale. *Summaria, c. CLXXXII, n. 3, rogato* manu Petri not. de Biuti.

2109. *Eremo del Vivo, 19 Ottobre 1236.*

Cum S(ollicitus) prior S. Micchaelis Ar. et Benedictus Cam. heremi heremita, G(uidonis) prioris Cam. visitatores, ad mon. de Vivo personaliter accesserint, ut visitationis officium de ipsius prioris Cam. mandato exercere deberent, in eodem mon. de Vivo tam priorem quam monacos et conversos [mon.] ipsius de Vivo, prius ab eisdem iuramento recepto, super statu et reformatione iam dicti mon. et excessibus personarum domus prefate, tam prioris quam aliorum fratrum, examinaverunt diligenter; unde, cum Petrum tunc priorem de Vivo, auditis et intellectis confessionibus, [ap]probationibus et atestationibus ipsius prioris de Vivo et fratrum illius videlicet et conversorum, [sicut] eviden[ter a]pparet per instrumenta scripta et publicata per manus notariorum Dote de Montechiello et Iacobi de Abbatia, invenerint depositione dignum, ipsum a primatus officio et aministratione ipsius et suarum obbedientiarum sententialiter removent, mandantes eidem Petro, auctoritate qua funguntur, ut, recepta prius corporis securitate, in heremo superiori de Vivo per duas quadragesimas ibidem agenda penitentiam de commissis moretur, nisi ante tempus assignatum penitentie sibi a suo prelato vel Cam. priore misericorditer fuerit provisum. Item Iuntam, Ranerium et Ildibrandinum, de quibus per instrumenta publica sibi constat et eorum confes-

siones contra suum prelatum coniurationem fecisse, similiter de mon. dicto et suarum obedientiarum per sententiam removent. Item Ghirardinum conversum, per quem domus de Vivo est nimium diffamata, sicut patet per dicta testium plurimorum, de dicta domo penitus removent; excomunicantes omnes et singulos, tam Petrum predictum quam alios, si contra sententiam venire presumpserint. Lata hec sententia a dictis visitatoribus, coram Frederigo Iudicato et Ubaldino et Benedicto conversis, in claustro dicti mon., die XIII ex. ott., a. MCCXXXVI, ind. nona. Iacobus not.

Originale. Mittarelli, IV, 338 cit. Cf. i regg. nn. 2099, 2105, 2107 e 2117.

2110. *Motena (Anghiari), 22 Ottobre 1236.*

A. MCCXXXVI, Fr(ederico) secundo Romanorum imp. imperante, XI kal. nov., ind. VIIII. Presb. Riccus rector eccl. de Turre simul cum fratre suo Acattabene, quilibet eorum in solidum, dederunt atque cesserunt priori Cam. clausuram unam sit. ad Ripam: iuxta Blanciam f. qd. Guelfolini, filios Guidonis Stefani et viam a duobus lateribus — quam clausarum a dicto priori in enphiteosin habebant, ut continebatur in instrumento facto manu Munaldi not. de Anglare[1] —; omne ius omnemque actionem, rationem dederunt, cesserunt. Pro pretio XXV libr. den. Pis., q. totum confessi fuerunt se ab eo accepisse. Bonensegnam dederunt investitorem. Pena: XXV libr. Promisit Acattabene se facturum et curaturum ita quod uxor sua confirmabit hunc contractum et renuntiabit omni suo iuri ad sensum sui sapientis infra XV dies postquam ei denuntiatum fuerit vel eius domui, sub pena C sol. Act. in area castaldionis de Motena, coram Anfoscio qd. Ugolini, Fabro de Castilione et Bonensegna Guidonis et aliis tt. Iohannes Guineldi not.

Originale. Summaria, c. CXXVII, n. 2.

[1] *Nell'orig.* Angla *con segno d'abbreviazione su* gla

2111. *Borgo S. Sepolcro, 25 Ottobre 1236.*

A. MCCXXXVI, VIII kal. nov., ind. nona, Fred(erico) imperante. Bencivenne f. olim Guelfulini de plebatu Miciani cedit et concedit, renuntiat et refutat Rigoni castaldo de Motena converso Cam., recipienti nomine domus Cam., omne ius et rationem, quod et quam habet vel habere potest quocumque iure vel titulo vel quolibet alio modo in quadam clausura, q. olim fuit suprascripti patris Guelfulini, quam ipse dederat Cam. quoad proprietatem, et recepit postmodum ipsam clausuram iure libellario a rectore Cam.,

sub annuo censu reddendo sex sol. per annum; et est ius sibi in dicta clausura pro dimidia parte totius, exceptis novem star. de suprascripta clausura, quam suprascriptus pater suus dederat, nomine partis, Brunesende sorori sue. Est dicta clausura in Miciano, inter fines: a duobus lateribus Ugo de la Fonte, ab alio suprascripta Brunesenda, ab alio Ubertinus de Canpalla. Eum per Çanni Fabri de Castilione nomine suprascripte domus investit. Confitetur se recepisse ab eo, nomine pretii, tredecim libr. den. Pis. Pena: duplum. Act. in Burgo S. Sepulcri, in presentia Ricomanni Peciali, Guidonis Kinamme et Bonibaronis de S. Petro et suprascripti investitoris tt. Guarnerius iud. ord. et not.

Originale. Summaria, c. CXXVII, n. 3.

2112. *S. Andrea in Selva (Lucca), 7 Novembre 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, septimo id. nov. Bene abbas mon. S. Stephani de Cintoria, visitator et corrector super monasteriis Cam. ordinis Pis. et Luc. et Vult. dioc. a Guidone priore et generali capitulo Cam. constitutus, tam in capite quam in membris, inquisivit Petrum priorem mon. S. Andree in Silva prope Rivoltam Luc. dioc., ut deberet recipere visitationem secundum Cam. ordinem. Prior Petrus dixit ei et talem dedit responsum, quod non recipiet ab eo visitationem; ideo quia non est in domo S. Andree pro domo Cam., set est ibi pro patronis S. Andree, ostendens eidem abb. unum instrumentum scriptum et firmatum per Albertum not. de Buiti, in quo continebatur quod patroni predicte eccl. S. Andree dederunt vota sua Rolando olim abb. de Cintoria et Venture olim abb. de Cantingnano, q. debent eligere priorem in suprascripta eccl. S. Andree, et ideo dixit quod non reciperet visitationem sine consensu patronorum predicte eccl. S. Andree. Quare predictus abbas visitator ipsum excomunicavit et suspendit eum ab officio et beneficio de prememorata eccl. et taliter Albertum not. qd. Guiduccii de Buiti hec scribere rogavit. Act. in claustro suprascripte eccl. S. Andree prope poste[riorem] alam, per quam intratur (in) eccl., presentibus Ruberto monaco et Adiuto converso S. Stefani de Cintoria et aliis tt. Arpinellus f. Alberti not. de Buiti Federici Romanorum imp., Ierusalem et Sicilie regis not. hec a suprascripto Alberto not. rogata, ipsius quoque mandato et vice, scripsit et firmavit ideoque complevit.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Novembre 7, n. 1. *Cf. il reg. seguente.*

2113. *S. Andrea in Selva, 7 Novembre 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, septimo id. nov. Petrus prior eccl. et mon. S. Andree in Silva Luc. dioc., motu et suasione et

consilio Ranuccini, Sardi et Tedicis germanorum qd. Lambercionis patronorum predicte eccl. S. Andree, iuravit precepta Bene abb. S. Stephani de Cintoria visitatoris a Guidone priore et generali capitulo Cam. constituti per monasteria Pis. et Luc. et Vult. dioc., tam in capite quam in membris, pro domo et capitulo Cam. recipienti, que et quanta ipse vel prior Cam. ei preceperit et imposuerit adtendere et observare et adtendet et observabit, et iuravit dicere veritatem et tacere falsitatem de omni eo, unde eum interrogavit; quo acto statim in continenti suprascriptus visitator Bene abbas extraxit eum de excomunicatione, quia excomunicaverat eum, sicut continetur in carta inde rogata ab Alberto not. de Buiti, scripta et firmata per Arpinellum not., et verberando eum cum baculo duxit eum in eccl. Act. apud predictam eccl., in claustro et eccl. prememorata, presentibus Roberto monaco, Adiuto converso predicti mon. S. Stephani de Cintoria et Ranuccino, Sardo et Tedicio germanis qd. Lambercionis tt. Albertus qd. Guiduccii de Buiti imperialis aule not.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Novembre 7, n. 2. *Cf. il reg. precedente.*

2114. *Gressa, 5 Dicembre 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. nona, Gregorio pp. residente, Freder(ico) imp. imperante, v^a^ die intr. dec. [Coram] Rodulfino Catanio, Rainerio de Gressa et Roberto tt., Bonensegna Tornarii et Rodulfinus eius f. et Guido Flandine vendiderunt, dederunt, tradiderunt et ad proprium in perpetuum concesserunt Palmerio, recipienti pro heremo Cam. et successoribus, tres petias terre, una quarum pos. a la Nucikia: fossatum a duobus lateribus et dicta domus heremi ab aliis duobus lateribus; secunda et tertia a Metalieito[1]: ab uno latere Cotrinenses, a tribus lateribus domus Cam., cum omnibus suis finibus, pertinentiis et adiacentiis et cum introitu et egressu; item omne ius et actionem, petitionem, quod et quam haberent vel sperarent habere. Pro pretio L sol. Pis., quos in veritate fuerunt confessi se recepisse et ab eo habuisse; et si predicta res pluris esse pretii potest vel magis valere, donaverunt in totum et per totum inter vivos. Pena dupli. Pro quibus omnibus faciendis et observandis, obligaverunt eidem omnia eorum bona presentia et futura et specialiter duas petias terre pos. in teniterio de Monte, una quarum pos. a Casuçço Gianuki, cui est via, Mafeus Cosci et filius olim Rigoli Bernardi; alia petia pos. a Renacio, cui est terra Ugolinelli de Partena et Montaninus. Et eius nomine se dictas petias et omnes alias res eorum constituerunt possidere, donec predicta domus heremi Cam. de predictis plene fuerit satisfacta, cum pene obligatione et omnium pre-

dictorum. Flandina uxor dicti Guidonis huic contractui consensit et parabolam dedit. Act. in castro Gresse, in domo Rodulfini Catanii. Iacobus not.

Originale. Nello Spoglio: 1236, Novembre 5. *Summaria, c. XVIIII, n. 5.*

[1] *Di lettura incerta.*

2115. *Presso l'eremo di Camaldoli, 28 Dicembre 1236.*

A. MCCXXXVI, ind. decima, quinta kal. ian., tempore Gregorii pp. et Frederigi imp. Rodulfus de Campo f. qd. * * *, pro remedio anime sue suorumque parentum, dedit, tradidit et concessit Guidoni priori Cam., recipienti pro se suisque successoribus in perpetuum, unam petiam terre pos. u. d. Vallemagnoli: a primo latere fossato, ab aliis tribus lateribus terra Cam., cum omni iure et actione, usu seu requisitione. Pena: sol. centum Pis. Act. apud heremum Cam., in testimonio Orlandini qd. Rainerii, Iacobi qd. Guidonis et Venture qd. Bongianni. Matheus imperialis aule not.

Originale. Summaria, c. XXXIII v., n. 2.

2116. *Micciano, 31 Dicembre 1236.*

A. MCCXXXVI, pridie kal. ian., tempore Gregorii pp. et Federici imp., ind. VIIII[a], ad Miçanum. In presentia Benentendi de Valle, Çanni Formete et Bonensegne Guidonis tt., Raynaldus f. olim Maçurelli dedit, vendidit atque concessit Canbio suo congnato f. Marcii ius et actionem, quod et quam ipse habebat in una terra pos. in Miçano in l. q. d. Capitale, quam terram ipse habebat ad libellum a mon. S. Bartholomei Anglaris et nominatim pro pretio quattuor libr. Pis., quas fuit confessus fore solutas et numeratas. Per supradictum Benentendi ipsum investivit. Teneatur dictus Canbius dare annuatim, nomine census, priori mon. S. Bartholomei Anglaris duos den. de Pi[si]s. Pena dupli. Guido imperialis aule not.

Originale.

2117. *(Eremo del Vivo), 1236.*

A. MCCXXXVI, II non.[1] Facta fuit examinatio super inquisitionibus quorumdam monachorum de Vivo a fratribus Ugone, Michaele Cam. heremi heremitis, de mandato G(uidonis) prioris Cam. Petrus monachus de Vivo, Rainerius monachus dicti loci, Iacobus monachus eiusdem loci, Ildebrand(inus) interrogati sunt[2].

Originale. Cf. i regg. nn. 2099, 2105, 2107 e 2109.

[1] *Così nell'orig. Con molta probabilità questa pergamena è del Settembre 1236 (cf. i regg. nn. 2105 e 2107); ad ogni modo sembra anteriore a quella datata 19 Ottobre 1236 (cf. il reg. n. 2109).* [2] *Mancano nel doc., oltre alla sottoscrizione notarile, le solite formule finali.*

PROSPETTO DELLE CARTE

NELLO SPOGLIO DELL'ARCHIVIO DI STATO DI FIRENZE[1]

E DEI NUMERI NEL PRESENTE VOLUME DI REGESTI.

SPOGLIO		REGESTO
569	Sec. XI, n. 4	1601
1120	Sec. XII, n. 7	1402
1132	1201, genn. 24	1379
1133	1201, febbr. 14	1380
1134	1201, apr. 28	1381
1135	1201, ag. 2	1382, 1383
1137	1201, dic. 24	1384
1138	1202, febbr. 14	1404
1139	1202, mar. 11	1386
1140	1202, mar. 19	1387
1141	1202, maggio 13	1389
1142	1202, giugno	1391
1143	1202, luglio 26	1392
1144	1202, luglio	1393
1145	1202, sett.	1395
1146-47	1202, ott. 21	1396
1148	1202, ott.	1397
1149	1202, nov. 1	1399
1150	1202, nov. 26	1400
1151	1203, febbr. 27	1405

SPOGLIO		REGESTO
1152	1203, febbr.	1403
1153	1203, febbr.	1406
1154	1203, febbr.	1407
1155	1203, maggio 19	1408
1156	1203, maggio 25	1409
1157	1203, maggio 29	1410
1159	1203, giugno, n. 2	1411
1160	1203, giugno, n. 3	1412
1161	1203, luglio	1416
1162	1203, ott. 12	1419
1163	1203, ott. 24	1420
1164	1203, dic. 30	1422
1165	1204, genn. 16	1401
1166	1204, mar. 21	1424
1167	1204, maggio 12	1425
1170[2]	1204, luglio 27	1426
1171	1204, dic.	1428
1174	1205, luglio 25	1431
1175	1205, ott. 5	1432
1177	1205, dic. 15	1433

[1] Vol. n. 53 (parte II) degli Spogli generali dell'Archivio Diplomatico. I numeri mancanti nella serie progressiva dello Spoglio sono delle carte delle badie di Decciano e Tifi (cfr. vol. I, p. VIII).

[2] Il n. 1168 dello Spoglio, che ha la data *1204, giugno* 7, è una falsificazione.

SPOGLIO		REGESTO
1180-81	1206, genn.	1435
1178-79	1206, genn.	1436
1182	1206, febbr. 12	1437
1185	1206, giugno 3	1439
1186	1206, giugno 3	1440
1187	1206, nov. 7	1442
1188	1206, nov. 27	1443
1189	1206, dic.	1444, 1447
1190	1207, genn. 10	1456
1191	1207, genn.	1445
1192	1207, mar. 25	1448
1193	1207, mar.	1449
1194	1207, apr. 28	1450
1195	1207, ag. 6	1451
1196	1207, ott. 24	1453
1197	1207, nov. 30	1454
1198	1208, mar. 7	1462
1200	1208, luglio	1457
1201 [1]	1208, nov. 6	1466
1202	1208, dic. 11	1458
1203	1209, genn. 17	1459
1204-5	1209, febbr. 2	1460
1206	1209, giugno 12	1464
1207	1209, luglio 25	1465
1209-11	1209, nov. 6	1466
1213	1210, febbr. 19	1467
1214-16	1210, febbr. 22	1468
1217	1210, apr. 2	1470
1218	1210, giugno 25	1474
1219	1210, giugno 25	1475
1220	1210, luglio 1	1476
1221	1210, luglio 21	1477
1222	1210, luglio 26	1478

SPOGLIO		REGESTO
1223	1210, ag. 4	1479
1224	1210, ott. 19	1480
1225	1210, ott. 24	1481
1226	1210, nov. 21	1482, 1483
1228	1210, dic. 20	1484
1229	1211, febbr. 6	1485
1230	1211, febbr. 20	1486
1231	1211, febbr. 27	1489
1232	1211, febbr. 27	1488
1233	1211, febbr. 27	1487
1234	1211, mar. 6	1490
1235	1211, mar. 27	1491
1236	1211, mar. 28	1492
1237	1211, apr. 4	1494
1238	1211, apr. 30	1495
1239	1211, maggio 1	1497
1240	1211, maggio 14	1498
1241	1211, maggio 23	1499
1242	1211, giugno 1	1500
1243	1211, luglio 5	1501, 1502
1244	1211, sett. 11	1503
1245	1211, dic.	1504
1246	1212, febbr. 22	1505
1247	1212, mar. 22	1506
1248	1212, mar. 22	1507
1249	1212, apr. 30	1508
1250	1212, apr.	1510
1251	1212, maggio 15	1511
1252	1212, maggio	1512
1253	1212, giugno 10	1514
1254	1212, ott. 9	1517
1255	1212, ott. 22	1518
1257	1213, febbr.	1520

[1] È una copia, con datazione errata, del privilegio imperiale *1209, nov. 6.*

SPOGLIO		REGESTO
1258	1213, mar. 30	1521
1259	1213, maggio 11	1523
1260	1213, giugno 14	1525
1261	1213, luglio 7	1526
1262	1213, sett. 24	1527
1263	1213, sett. 25	1528
1264	1213, sett. 25	1529
1265	1213, ott. 3	1530
1266	1213, ott. 14	1531
1267	1213, ott. 15	1532
1268	1213, nov. 27	1533
1269	1213, nov.	1534
1270	1214, genn. 31	1537
1271	1214, febbr. 6	1539
1272	1214, mar. 4	1562
1273	1214, mar. 5	1540
1274	1214, apr. 16	1543
1275	1214, apr. 17	1544
1276	1214, maggio 12	1541
1277	1214, maggio 20	1545
1278	1214, luglio 1	1372
1279	1214, luglio 13	1547
1280	1214, luglio 13	1549
1281	1214, luglio 23	1548
1282	1214, luglio 28	1551
1283	1214, luglio 30	1552
1284	1214, ag. 3	1553
1285	1214, ag. 3	1554
1286	1214, ag. 3	1555
1287	1214, ag. 26	1556
1288	1214, ott. 31	1557
1290	1214, dic. 8	1559
1291	1215, genn.	1560
1292	1215, febbr. 5	1561
1294	1215, apr. 24	1563

SPOGLIO		REGESTO
1296	1215, giugno 18	1565
1297	1215, ott. 9	1566, 1564
1298	1216, n. 1	1596
1299	1216, n. 2	1599
1300	1216, n. 3	1584
1301	1216, n. 4	1600
1302	1216, apr. 2	1568
1304	1216, apr.	1569
1305	1216, maggio 21	1571-1577
1306	1216, giugno 13	1578
1307	1216, sett. 2	1585
1308	1216, sett. 10	1587
1309	1216, ott. 1	1588
1310	1216, ott. 6	1589-90, 1593
1311	1216, ott. 9	1591
1312	1216, ott. 22	1594
1313	1216, nov. 3	1595
1315	1216, n. 5	1581
1316	1216, n. 6	1582
1317	1216, n. 7	1598
1318	1216, n. 8	1583
1319	1217, mar. 19	1616
1320	1217, maggio	1603
1321	1217, ag. 4	1607, 1606
1322	1217, ag. 22	1608
1323	1217, ott. 12	1609
1324	1217, ott. 12	1610
1325	1217, nov. 27	1612, 1611
1326	1218, genn. 16	1613
1327	1218, mar. 1	1615
1328	1218, giugno 1	1617, 1633
1329	1218, giugno 15	1618
1330	1218, luglio 6	1619
1332	1218, sett. 3	1620
1333	1218, sett. 15	1622

SPOGLIO		REGESTO
1334	1218, ott. 5	1623
1335	1218, ott. 25	1624
1336	1218, nov. 17	1625
1337	1218, dic. 29	1626
1338	1219, febbr. 17	1627
1339-41	1219, mar. 26	1628
1342	1219, apr. 24	1629, 1663, 1685, 1710
1343	1219, apr. 25	1882
1344	1219, maggio 27	1630
1345	1219, giugno 14	1631
1346	1219, giugno 19	1632
1347	1219, luglio 18	1634
1348	1219, ott. 6	1635
1349	1219, ott. 28	1636
1350	1219, ott. 28	1637
1351	1219, nov. 22	1638
1352	1219, nov. 22	1639
1353	1219, dic. 12	1640
1355	1220, febbr. 1	1642
1356	1220, maggio 1	1646
1357	1220, giugno 1	1647
1358	1220, giugno 22	1648
1359	1220, luglio 19	1649
1360	1220, ag. 2	1650
1361	1220, ag. 4	1651
1362	1220, ag. 8	1652, 1653
1363	1220, ag. 19	1654
1364	1220, sett. 22	1655
1365	1220, ott. 5	1656
1366	1220, ott. 18	1658
1367	1220, ott. 31	1859
1368	1220, nov. 15	1662
1369	1220, nov. 29	1664
1370	1221, genn. 30	1690, 1691

SPOGLIO		REGESTO
1371-72	1221, febbr. 10	1665
1373	1221, febbr. 20	1692
1374	1221, febbr.	1668
1375	1221, mar. 4	1669
1376	1221, mar. 12	1671
1377	1221, mar. 23	1672
1378	1221, giugno 22	1677
1379	1221, luglio 6	1678
1380	1221, ag. 1	1680
1381	1221, ag. 11	1681
1382-83	1221, ag. 29	1682
1384	1221, sett. 13	1683
1385	1221, sett. 25	1684
1386-87	1221, dic. 6	1687
1388	1222, genn. 4	1688
1390	1222, genn. 11	1713
1392	1222, apr. 9	1693
1393	1222, apr. 16	1694
1394	1222, apr. 17	1695
1395	1222, apr. 19	1696
1396	1222, apr. 20	1697
1397	1222, giugno 12	1698
1398	1222, ag. 3	1701
1399	1222, ag. 31	1702
1400	1222, sett. 1	1703
1401-2	1222, sett. 12	1704
1403	1222, nov. 30	1706
1404	1222, dic. 2	1707
1405	1222, dic. 28	1709, 1708
1406	1222, dic. 29	1711
1407	1223, genn. 27	1714
1408	1223, febbr. 25	1715
1409	1223, mar. 16	1716
1410	1223, mar. 27	1717
1411	1223, mar. 30	1719

SPOGLIO		REGESTO
1412	1223, mar.	1720
1413	1223, apr. 13	1721
1415	1223, apr. 24	1723
1416	1223, maggio 1	1724
1417	1223, maggio 4	1725
1418	1223, maggio 7	1727
1419	1223, maggio 8	1728
1420	1223, maggio 9	1729
1421	1223, maggio 9	1731
1422	1223, maggio 10	1732
1423	1223, maggio 21	1733
1424	1223, giugno 18	1735
1425	1223, luglio 16	1736
1426	1223, ag. 10	1737
1427	1223, ag. 21	1738, 1726
1428	1223, ag. 21	1739
1429	1223, ag. 21	1740
1430	1223, sett. 4	1741, 1743
1431-32	1223, sett. 10	1742
1434	1223, nov. 8	1746
1435	1224, apr. 9	1748
1436	1224, apr. 26	1749
1437	1224, maggio 14	1750
1438	1224, maggio 15	1751
1439	1224, maggio 15	1752
1440	1224, maggio 16	1753
1441	1224, maggio 16	1754
1442	1224, maggio 25	1756
1443	1224, giugno 9	1757
1444	1224, giugno 20	1758
1446	1224, ag. 25	1761
1447	1224, nov. 8	1762
1448	1224, nov. 12	1763, 1764
1449	1224, nov. 16	1765
1450	1224, nov. 25	1766

SPOGLIO		REGESTO
1451	1224, nov. 25	1767
1452	1224, nov. 25	1768
1453	1224, nov. 25	1769
1454	1224, nov. 27	1770
1455	1224, dic. 5	1771
1456	1225, genn. 2	1772
1457	1225, febbr. 15	1773
1458	1225, mar. 10	1774
1459	1225, mar. 10	1775
1460	1225, apr. 1	1776
1461	1225, apr. 11	1777
1462	1225, apr. 16	1778
1463	1225, apr, 26	1779
1464	1225, apr. 27	1780
1465	1225, apr. 28	1781
1466	1225, apr. 28	1782
1468	1225, ag. 20	1785
1469	1225, ag. 26	1786
1470	1225, dic.	1788
1471	1225	1789
1473	1226, mar. 15	1792
1474	1226, mar. 18	1793
1475	1226, apr. 25	1795
1476	1226, apr. 26	1796
1477	1226, maggio 3	1797
1478	1226, maggio 3	1798
1479-80	1226, maggio	1799
1481	1226, giugno 19	1801
1482	1226, giugno 23	1802
1483	1226, luglio 3	1803
1484	1226, ag. 1	1804
1485	1226, ag. 16	1806
1486	1226, ag. 17	1807
1487	1226, sett. 28	1809
1488	1226, sett. 30	1810

SPOGLIO		REGESTO
1489	1226, ott. 6	1811
1490	1226, ott. 11	1812
1491	1226, ott. 23	1813
1492	1226, nov. 29	1815, 1814
1493	1226, dic. 30	1816
1495	1227, genn. 14	1817
1497	1227, febbr. 26	1818
1498	1227, mar. 2	1820
1499	1227, mar. 15	1822, 1824
1500	1227, mar. 28	1823
1501	1227, apr. 12	1825, 1867
1503	1227, apr. 25	1826
1504	1227, apr. 25	1827
1505	1227, apr. 26	1831, 1832
1506-7	1227, apr. 29	1833
1508	1227, apr. 29	1834
1509	1227, maggio	1835, 1836
1510	1227, giugno 12	1837
1511	1227, giugno 13	1838
1512	1227, giugno 14	1840
1513	1227, giugno 15	1841
1514	1227, giugno 17	1842
1515	1227, giugno 19	1843
1516	1227, giugno 22	1844
1517	1227, giugno 23	1845
1518	1227, ag. 11	1850, 1854
1519	1227, ag. 27	1851
1520	1227, sett. 5	1852
1521	1227, sett, 8	1853, 1855
1522	1227, ott. 5	1856
1523	1227, ott. 9	1857
1524	1227, ott. 18	1858
1525	1227, dic. 2	1859

SPOGLIO		REGESTO
1526	1227, dic. 9, n. 1	1861
1527	1227, dic. 9, n. 2	1860
1528	1227, dic. 21	1862
1529	1228, febbr. 17	1864
1531	1228, apr. 24	1866
1532	1228, maggio 23	1868
1534	1228, dic. 28	1877
1535	1229, genn. 30	1878
1536	1229, febbr. 11	1879
1538	1229, apr. 12	1880
1539	1229, apr. 14	1881
1540	1229, giugno 9	1884
1541	1229, giugno 11	1886
1542	1229, giugno 13	1887
1543	1229, giugno 21	1888
1544	1229, giugno 26	1889
1545	1229, luglio 2	1890
1546	1229, ag. 14	1891
1548	1229, nov. 15	1901
1549	1229, nov. 27	1902
1550	1230, febbr 5	1903
1551	1230, febbr. 14	1939, 1946-47
1552	1230, apr. 16	1906
1553	1230, apr. 18	1907
1554	1230, apr. 25	1908
1555	1230, maggio 16	1911
1556	1230, maggio 21	1912 ecc. [1]
1558	1230, sett. 11	1917
1559	1230, ott. 8	1920
1561	1230, ott. 28	1925
1562	1230, nov. 14	1929
1563	1230, nov. 17	1930
1564	1230, dic. 2	1932

[1] Cioè i nn. 1904, 1905, 1909, 1910, 1914-1916, 1918, 1919, 1922-24, 1926, 1928, 1935, 1936, 1939, 1943-45.

SPOGLIO		REGESTO
1565	1230, dic. 9	1933 ecc.[1]
1566	1230, dic. 21	1934, 1972
1567	1231, febbr. 28	1940
1568	1231, apr. 24	1949
1569	1231, apr. 30	1951, 1950
1570	1231, maggio 2	1952
1571	1231, maggio 8	1953
1572	1231, giugno 8	1955
1573	1231, giugno 22	1957
1574	1231, luglio 23	1958
1575	1231, luglio 28	1959
1576	1231, ag. 8	1961
1578	1231, ag. 31, n. 2	1970
1579	1231, ott. 9	1964
1580	1231, ott. 20	1966
1581	1231, ott. 22	1967, 1968
1583	1231, nov. 18	1969
1584	1232, genn. 28	1973
1585	1232, mar. 2	1975
1588	1232, apr. 27	1977
1589	1232, maggio 2	1978
1590	1232, maggio 18	1979
1591	1232, giugno 11	1980
1595	1232, ott. 6	1982
1596	1232, ott. 15	1983
1597	1232, nov. 1	1984
1598	1232, nov. 25	1986
1599	1232, nov. 26	1987
1600	1232, dic. 16	1988
1601	1232, dic. 21	1989
1603	1233, genn. 5	1990
1604	1233, genn. 6	1991
1605	1233, genn. 20	1993

SPOGLIO		REGESTO
1606	1233, febbr. 21	1995
1607	1233, mar. 1	1996
1608	1233, mar. 7	1997
1609	1233, mar. 17	1999, 2000
1610	1233, mar. 23	2001
1611	1233, mar. 26	2002
1612	1233, mar. 27	2003
1613	1233, mar. 28	2004
1614	1233, apr. 17	2006
1615	1233, apr. 27	2007
1616	1233, giugno 8	2008
1617	1233, giugno 9	2009
1618	1233, giugno 12	2010
1620	1233, luglio 12	1981
1621	1233, luglio 14	2011
1622	1233, sett. 21	2012
1623	1233, sett. 27	2013
1625	1233, ott. 11	2014
1626	1233, nov. 6	2015
1627	1233, nov. 7	2016
1628	1233, dic. 13	2018
1429	1233, dic. 13	2019
1630	1233, dic. 13	2020
1631	1233, dic. 13	2021
1632	1233, dic. 17	2022
1633	1233, dic. 24	2033
1634	1234, genn. 4	2025
1635	1234, genn. 17	2026
1636	1234, genn. 21	2027
1637	1234, genn. 28	2028
1638	1234, genn. 28	2029
1639	1234, mar. 18	2031
1640	1234, mar. 24	2030

[1] Cioè i nn. 1931, 1941, 1963 e 1848.

SPOGLIO		REGESTO
1642	1234, apr. 15	2032
1643	1234, apr. 18	2033
1644	1234, apr. 28	2034
1645	1234, maggio 22	2037
1646	1234, giugno 18	2040
1647	1234, giugno 24	2046
1648	1234, giugno 30	2041
1649	1234, luglio 3	2043
1651	1234, luglio 21	2045
1652	1234, ag. 19	2047
1653	1234, sett. 14	2051
1655	1234, sett. 27	2052
1656	1234, ott. 24	2053
1659	1235, genn. 13	2058
1660	1235, febbr. 4	2091
1661	1235, febbr. 25	2059
1662	1235, mar. 12	2094
1663	1235, mar. 29	2061
1666	1235, apr. 23	2065
1667	1235, apr. 23	2066
1668	1235, maggio 10	2068
1669	1235, maggio 10	2069
1671	1235, giugno 3	2039
1672	1235, luglio 7	2071
1673	1235, luglio 11	2072
1674	1235, ag. 7	2075
1675	1235, ag. 7	2076
1676	1235, ag. 14	2077
1677	1235, sett. 8	2078
1678	1235, sett. 25	2079
1680	1235, ott. 26	2081

SPOGLIO		REGESTO
1681	1235, dic. 12	2083
1682	1235, dic. 29	2084
1863	1235, dic. 29	2085
1684	1236, genn. 1	2088
1685	1236, genn. 10	2090
1686	1236, mar. 2	2093
1687	1236, mar. 25	2092
1688	1236, apr. 14, n. 1	2064
1689	1236, apr. 14, n. 2	2063
1691	1236, apr. 29	2095
1692	1236, maggio 14	2070
1693	1236, maggio 28	2096
1694	1236, giugno 1	2098
1696	1236, giugno 27	2099
1697	1236, giugno 28	2100
1698	1236, giugno	2101
1699	1236, luglio 11	2102
1700	1236, luglio 15	2103
1701	1236, ag. 16	2104
1702	1236, sett. 3	2105
1703	1236, sett. 24	2107
1704	1236, ott. 10	2108
1705	1236, ott. 19	2109
1706	1236, ott. 22	2110
1707	1236, ott. 25	2111
1708	1236, nov. 5	2114
1709	1236, nov. 7	2112
1710	1236, nov. 7	2113
1711	1236, dic. 28	2115
1712	1236, dic. 31	2116
1713	1236	2117

SCRITTORI

CITATI CON ABBREVIATURA NELLE NOTE BIBLIOGRAFICHE.

ALTICOZZI F. A., *Risposta Apologetica al libro dell'antico dominio del vescovo d'Arezzo sopra Cortona* (scritto da Lorenzo Guazzesi).
Vol. I, Livorno, 1763.

BOEHMER-FICKER, *Die Regesten der Kaiserreichs 1198-1272.*
Innsbruck, 1881-1882.

BRÉQUIGNY L. G. O., *Diplomata, chartae, epistolae et alia documenta ad res Francicas spectantia.* (Pars II, tt. 1, 2, Innocentii pp. III ep.).
Parisiis, 1791.

Bullarium Romanum novissimum a b. Leone Magno usque ad S. D. N. Urbanum VIII etc. Opus Laertii Cherubini.
To. I. Romae, 1638.

Bullarum, diplomatum et privilegiorum sanctorum Romanorum Pontificum Taurinensis editio ... cura et studio R. P. D. Aloysii Tomassetti.
To. III. Augustae Taurinorum, 1858.

Codex diplomaticus Sardiniae, a cura di Pasquale Tola. To. I.
(To. X degli *Historiae patriae monumenta* edita iussu Regis Caroli Alberti). Augustae Taurinorum, 1861.

DAVIDSOHN R., *Geschichte von Florenz.*
Band I. Berlin, 1896.

FICKER J., *Forschungen zur Reichs und Rechtsgeschichte Italiens.*
Band IV (Urkunden). Innsbruck, 1874.

[FORTUNIUS AUG.], *Historiarum Camaldulensium libri tres,* Augustino Florentino monacho Camaldulense auctore.
I, Florentiae, 1575; II, Venetiis, 1579.

Gregorii pp. noni gesta quaedam insignia nunc primum studio atque industria Gerardi Vossii ... in lucem edita.
Romae, 1586.

HASTIVILLIUS A., *Romualdina seu eremitica Camaldulensis ordinis historia.*
Parisiis, 1631.

HESSEL A., *Geschichte der Stadt Bologna von 1116 bis 1280.*
Berlin, 1910.

HOROY, *Bibliotheca Patristica medii aevi. — Honorii III summi pontificis opera omnia.*
To. I-IV. Paris, 1879.

HUILLARD-BRÉHOLLES I. L. A., *Historia diplomatica Friderici secundi, sive constitutiones, privilegia, mandata etc.*
To. I e II. Parisiis, 1859-1861.

Innocentii III *Epistolarum libri undecim,* ed. S. Baluze.
To. I, II. Parisiis, 1682.

Innocentii III *Epistolarum libri quatuor etc.,* ed. Bosquet.
Tolosae Tectosagum, 1635.

MANCINI S., *Cortona nel medio evo.*
Firenze, 1897.

MIGNE J. P., *Patrologiae cursus completus.*
Series Latina. To. CCXIV-CCXVII. Lutetiae Par., 1855.

MITTARELLI I. B. & COSTADONI ANS., *Annales Camaldulenses ordinis S. Benedicti.*
To. IV. Venetiis, 1759.

PELLINI P., *Dell' historia di Perugia.*
Parte I. Venetia, 1664.

POTTHAST AUG., *Regesta Pontificum Romanorum inde ab anno post Christum natum 1198 ad annum 1304.*
Berolini, 1874-75.

PRESSUTTI P., *Regesta Honorii pp. III iussu et munificentia Leonis XIII etc.*
Romae, 1888.

RAYNALDUS O., *Annales ecclesiastici ab anno 1198, ubi desinit card. Baronius.*
To. I. Lucae, 1747.

REPETTI, *Dizionario geografico fisico storico della Toscana.*
Firenze, 1833-43.

WINKELMANN E., *Acta imperii inedita sec. XIII et XIV.*
Band I. Innsbruck, 1880.

YEPES, *Coronica general de la orden de S. Benito.*
Vol. V. Valladolid, 1615.

CONTENUTO DEL VOLUME

Avvertenza . . . . . *pag.* VII

Abbreviazioni adottate nel testo . . . . . - IX

Documenti:
dall' a. 1201 al 1236; nn. 1379-2117 . . . 3

Prospetto delle carte nello Spoglio dell'Archivio di Stato in Firenze e dei numeri nel presente volume . . . 389

Scrittori citati con abbreviatura nelle note bibliografiche . 397

FINITO DI STAMPARE

il giorno 15 di aprile 1914

dalla Unione Tipografica Coope-

rativa di Perugia. Edizione

di 350 esemplari

6

BOSTON PUBLIC LIBRARY
3 9999 05676 914 2

APR 24 1916